REGALIARVM TRACTATVS EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO ALEXANDRO BICHIO EPISCOPO CARPECTORACTEN. S.R.E. CARDINALI DICATVS.

AVCTORE NOBILI DON ACACIO DE RIPOLL OLIM IN ANTIQVISSIMA SERTORIANA OSCENSI Vniuersitate postea in Barcinonensi Legum Interprete.



Anno 

1644.

CVM LICENTIA BARCINONE:

Ex Prælo Gabrielis Nogues, in Vico Sancti Dominici. Expensis Francisci Menescal, Mercatoris Bibliopolę, & Gabrielis Nogues Typographi.

Errata inter excudendum sich expende.

PAgina prima, columna prima, linea duodecima, competent, lege compaunt, & lin.23. locxmtenens, lege locumtenens. Pag.2.col.2. in fine specialait, lege specialiter. Pag.2.col.1.lin.8.lex.lege textus, Pag. 4. col. 2.lin.38. multat, legem mulctatum. Pag.5.col.1.lin.20.cognoscere, lege cognoscendi. Pag.6. col.5. lin.20.intestesto, lege intellecto, & col.2.lin.4. Carolus, lege Ludouicus. Pag.7. col. 1.lin.11.obbligarunt, lege obligarunt, & col.2.lin.15.inceperit, lege inceperint. Pag.9.col. 2.lin. 41.sequi, lege sequen. Pag.10.col.1.lin.36. Comitis, lege Comites.& col.2.lin.15.possit, lege possint. Pag. 12.col.1.lin.29. gemuis, lege gemmis, & lin.34. Mencah.leg. Menchaca, & col.2.lin.5.naturalie, lege naturalia, & lin.9. obliganes, lege obligauit, & lin.13. liberam, lege liberum. Pag.13. col.2.lin.6.(titulo 20.) abundas, & lin.10.situ.adde 10. à num 46. Pag.14.col.2. lin.31.allum, lege alium. Pag.16.col.2.lin.45.cum lege Cumanus. Pag.21.col.2. lin.33. poterat, lege poterant. Pag.18.col.2.lin.18. vbi, lege ibi. Pag.21. col.1. lin.4.fit, lege sit, Pag.23.col.2.lin.11.finanent, lege finalmet. Pag.25.col.2.lin.26. diuetsificat, lege diuetsificat. Pag.26.col.2. lin.9. post dictionem creati adde a. Pag.27.col.1.lin.16.ad cam, lege ad cam. Pag.28.col.2.lin.7.fit, lege sit. Pag.31. col.2.lin.2.Concellaris.leg. Cancellaria.& lin.25.1623.lege 1622. Pag.33.col.2. lin.12.exercrui, lege exereeti. Pag.34.lin.3.cor, lege cor. Pag.36.col.1.lin.penul. alios per cum allegatos, lege alij per cum allegati. Pag.38.col.1.lin.11.en demonis, lege Eudemonis, Pag.39.col.1.lin.2.Ludouici, lege Ludouicus. Pag.41.col.2. lin.33.Pontlficium, lege Pontificum, & lin.34.Eclesiasticæ, lege Ecclesiæ. Pag.45. col.1.lin.45.temunebat, lege remanebat. Pag.46.col.2.lin.penu.moi.lege molle, & lin.vltima solcuant, lege soluant. Pag.47.col.2.lin.penul.extrinsecus, lege extrincesis, & lin.39.comprehenduntur, lege cõprehendantur. Pag.48.col.2.lin.38. post dictionem quin, adde non, Pag.52.col.2.lin.45.post dictionem in hieme adde non. Pag.55.col.1.lin.40.dictio cum abundat, & lin.45. referrentur. lege referuntur, Pag.57.col.2.lin.29.flmne, lege flumine. Pag.65.col.2.lin.35. Pasterfamilas, lege Paterfamillas, & lin. vltima de meno. lege de minoribus. Pag.68. col.1.lin.9.datis, lege dat.& col.2.lin.44.Comitatibus, lege Comitibus, Pag.70. col.1.lin.45.Authoristata, lege autorisæa, & col.2.lin.38.Princlpubus, lege Principibus. Pag.71.col.2.lin.33.Sacrameuentum, lege Sacramentum. Pag.72.col.2. lin.20.Olibe, lege Oliba. Pag.76.col.1.lin.8.& lege est. Pag.81.col.1.lin.4. associnantibus, lege associantibus. Pag.85.col.1.lin.21.æternæ, lege æterna, & lin.23. lectæ, lege lecta, & lin.24.iusta, lege iuxta, & col.2.lin.11. transcribentum, lege transcribẽdum. Pag.87.col.2.lin.21.decedit, lege decidit. Pag.9.col.2.lin.penul. Magistratur, lege Megistratu, Pag.91.col.1. lin. 5. terminare. lege terminari. Pag.92.col.2.lin.41.fe.lege sc. Pag.94.col.2.lin.vlt.obseruantia, lege obseruantiam. Pag.96.col.1.lin.dictio (& 6) abundat. Pag.97.col.2.lin.32.talli.lege tolli. Pagina 102. col.2. lin. vltima dictio (ln) abundat. Pagina 104.col.1.lin.45. esieta, lege dicta. Pag.105.col.2.lin.23. estant.lege extant. Pag.107.col.2.lin.41. Canone, deficit si quid inuenisti, & lin.penul.dici, lege diui. Pag.108.col.1.lin.27 Thesauris, lege Tesaurus. Pag.110.col.2. lin.1.indinis, lege indignis. Pag.114. col.1.lin.29.hę, lege hęc. Pag.118.col.1.lin.41.indini, lege indigni. Pag.120.col.1 lin.11.viterius, lege alterius.& lin.33.institntas, lege institutus. Pag.122. col.2. lin.31. punitio, lege punitotum. Pag.130.col.2. lin.38. aducte, lege adducere.

Pag.181.col.1.lin.20.aperi,lege operi. Pag.136.col.1.lin.42.mesuras,lege mensuras. Pag.137.col.1.lin.13.à qua,lege à quo. Pag.142.col.1.lin.36. glosa, lege glosan. Pag.145.col.1.lin.7.Ppesbyteris,lege Presbyteri,& lin.28.Presbyteris lege Presbyteri. Pag.148.col.2.lin.38.Reliosus,lege Religiosus. Pag.154.col.1, lin.7. iudicata, lege indicatæ. Pag.155.col.1.lin.23. concedant, lege concedi. Pag.159.col.1.lin.40. indicij, lege iudicij. Pag.167. col.1. lin.13. dictio (non) abudat. Pag.170.col.2.lin.36.esset,lege esse. Pag.171.col.1.lin.33.represalias, lege represalias. Pag.172.col.1. lin.33. grauem, lege grauis. Pag.177.col.1.lin.22 remtones, lege remissiones. Pag.180.col.2.lin.30.numen,lege nomen. Pag.183 col.1.lin.8.tenore,lege tenorem, Pag.185.col.1.lin.34.fractione,lege fractionis. Pag.199.col.2.lin.27.mures,lege muros. Pag.200.col.1.lin.13.plate,lege plateę. Pag.206.col.1.lin.24.muris,lege muros. Pag.210.col.1.lin.vlt. couentionis,lege conuentionis,& col.2.lin.14.Iudx,lege Iudex. Pag.211.col.2.lin.36. dicti,lege dictæ. Pag.213.col.1.lin.44.creræ,lege creare,& col.2.lin.23.presumeldum, leg.presumendum. Pag.214.col.2.lin.22.fitiemtes,lege fitientes. Pag.215.col.2 lin.41.præferendus,lege præferendum, Pag.217.col.1.lin.14.totum,lege totum. Pag.208.col.2.lin.2.Principis,lege Principes, & col.2.lin.16. peritos, lege periti. Pag.219.col.2.lin.16.post dictionen (Deputatis) deficit (a) Pag.220.col.1. lin.19.filij,lege filijs. Pag.222.col.1.lin.40.tanctorum, lege tantorum,& col.2. lin.16.omittam,lege omitam. Pag.225.col.1.lin.37.Augustinianos,lege Augustinianos. Pag.226.col.1.lin.12.Allessoris,lege Assessoribus. Pag.232.col.1.lin.31 prætenderunt,lege prætendere. Pag.254.col.2.lin.9.facta,lege factæ. Pag.258. col.2.lin.23. Comitatū,lege Comitatibus,& lin.25.Cabrera,lege Çalba. Pag.277 col.2.lin.19.milites,lege millies. Pag.280.col.1.lin.34.dependenditus,lege dependentibus. Pag.284.lin.46.sed lege ad Pag.289. col.2.lin.vltim.333.lege 335. Pag.290.col.1.lin.12.dictio (non) abundit Pag.293.col.2.lin.37.Curia,lege Curiæ,& lin.39.Curie generales,lege Curia generalis. Pag.297.col.1.lin.2. deus, lege decision.& lin.16.receptas,lege receptis. Pag.314.col.1.lin.21.da,lege de. Pag.305.col.1.lin.penul.patrimonialie,l.patrimoniale. Pag.306.col.1.lin.penul. Barono,lege Baronæ. Pag.309.col.1.lin.31.habeant,lege habeas. Pag.317. col.2. linea 28.reipublica,lege respublica. Pagina 318.col.1.lin.16.totam, lege totum. Pag.324.col.2.lin.43.dictio (nec) abundas. Pag.335.col.1.lin.18.cum,lege cum.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO ALEXANDRO BICHIO EPISCOPO CARPENTORACTEN. S.R.E. CARDINALI.



VITATIS Ius, quod Iurecconsulti respectu Parentum in filiorum fauorem agnouerunt, (vt atteſtatur Paulus Iurecconsultus libro ſecundo ad Sabinum, cuius fragmentum refertur in l.in ſuis.ff.de liberis, & poſthumis) mihi videtur verſa vice, in me reperiri. agnoſcendo me deuinctum V.Eminenciæ ſeruituti, propter honorem, quo dilectum filium meum Don Bernardum de Ripoll, dignatur V.Eminencia cohoneſtare. Cuius quidem honoris, & obſequij cum ipſe demonſtrationem præſtare non valeat, decreui (ipſius partes ſuſcipiens) vniuerſo Populo, in animi grati pignus, hos fructus, quos parturij, V. Eminenciæ dicare. Cumque ipſa materia Regalis ſit, aclamare videtur, in lucem non prodire, ſub minori tutelari vmbra, quam V. Eminenciæ. Dignetur V. Eminencia obſecro eos admittere. Noſque patrem, & filium, in famulatu habere. Deus omnipotens V.Eminenciam dignetur longeuos annos conſeruare, in Sanctæ Eccleſiæ cultu. Barcinone.

Veſtra Eminentia.

Perpetuus Famulus.

DON ACACIVS DE RIPOLL.

EX COMISSIONE.



Ractatum istum Regaliarum, Auctore Nobili Don Acacio de Ripoll, & in Oscensi & in Barcinonensi Vniuersitate olim Legum Inteprete, ex Commissione Domini Vicarij Generali, per atrente euolui, nihilque in eo Sacræ Doctrinæ absonum, nihil moribus bonis aduersum deprehendi. Qua propter censeo dignum, vt lucem cum bono publico videat, vt tribuat. In Collegio Barcinonensi Societatis Iesu, 7. Iunij 1642.

Maginus Pages Societatis Iesu, Theologia Doctor, & Professor.

13. Aprilis 1644. Imprimatur.

Boldo Vic. Gen. & Offic.



Xcelentissimi Domini Philippi de la Motte Audencour Locumtenentis, & Capitanei Generalis Cataloniæ, commissione, Regaliarum librum mentis acie, ac diligentia elaboratum, à Nobili Don Acacio de Ripoll olim in Oscensi Vniuersitate, & in Barcinonẽsi Legum Interprete Legi, reuolui, recognoui, cuius Impressionem Iudicibus, causarum, Patronis, Professoribus Legum vtilitatem censeo ad laturam. Dat. Barchinone, die 20. Februarij 1643.

Joannes Baptista de Monjo, Regia Audientia Doctor.

21. Februarij 1643 Attenta supra dicta relatione. Imprimatur.

Fontanella Regens.

NOBILI

NOBILI DON ACACIO DE RIPOLL.



TVm mi Accasij de Regalijs volumen Avidissimus per legi,& obseruantissimus perlustraui: *studium quidem quo non aliud in Ciuitate nostra, vel ad vtilitatem fructuosius, vel ad dignitatem amplius, vel ad Vrbis summam pulchrius, vel ad totius Imperij, atque omnium gentium notitiam Illustrius excogitari poteji*: Eo caste maiori condignum laude, quod inter armorum *strepitum*, vbi. *verba iuris Ciuilis exaudiri non possunt, Nec leges se expectare iubent*, a te laboratissime erutum omnibus erudiendis propinatur. Nihil in eo Iurisprudentia condidit Excelentius, nihil tamen secretius vestigatur; iustitiam enim itacolis, *Boni & aqui iustitiam profiteris, aquum ab iniquo separas, licitum ab illicito decernis*, vt neque a Iurisconsultorum responsis, neque ab Imperatorum rescriptis in minimo videaris aberrare. Quidquid iacebat practicum acutissime theorisas; quidquid eleuebatur theoricum, planissime iam reddis practicabile; emines praxis, palparis theorica, vtraque collustraris. Nec immerito dici poterit Armandiarum, vel cum alijs Armaniarum Regaliam tuo operi pertinere, cum in eo, *arma*, a te pro *Consule distribuenda*, reperiantur conclusa, *vt Imperium, Maiestasque conseruetur.* Gratulor igitur tibi pro tanto in publicam rem collato beneficio nam.

Quid est suauius quam bene rem gerere bono publico, Reipublicæ pro accepto imò & pro acceptis; Tertius enim fructus tui ingenij: *cui par est nihil, & nihil secundum*, hic inter editos anumeratur. haud tamen inter edendos vltimus, *sunt quidem præclara quæ in publicum profers, sed non minora ea, quæ in limine tenes.* Perge igitur Amantissime Acacij, meque tibi semper obseruantissimum cumque Bilbilitano canentem percipe.

Ede tuos tandem populo faustine libellos,
& cultum docto pectore profer opus.

Vale Ausæ 13. Kalend. April. Anno Christi 1644.

Don Ioannes Ludouicus
DE MONCADA.

Ad

Ad nobilem Don Acacium de Ripoll V.I. Consultum eximium in laudem operis.

Ioannes Baptista Canet, V. I. D. Ciuis Hororatus Ilerdæ & Primarius legum Professor.

FLVMINEAS cygnus Ripas vestigat amatas,
Dulcius vt dulci fundat ab ore melos
Vt cantent melius Docti,& præconia fundant
Ad Ripas qualis concinit albus olor.
Ripa Auctor,flumen liber est,exornat vtrumque,
Æternas casiæ semper olentis odor.
Hic cantu Auctorem laudat,quo doctius vnquam
nulli tractarunt Regia iura viri.
Et ne de tantis Auctoris laudibus vlla
Ætas conticeat,non ego fama Canet.

Eiusdem ad Auctorem.

AVREVS in lucem liber hic qui prodit apertam
Non medicatæ lumine laudis eget.
Fert liber Auctori lucem,liber accipit illam
Nec sine luce Auctor,nec sine luce liber.
Regia Regali nam iura nitore relucent
Et qui composuit iure relucet opus.
Ergo si tantum splendorem fundit vterque
Spargetur toto quan tus in orbe nitor?

De Dimas Pobla donsell,Decimas.

LO que en Cathedra enseñastes
En Escuelas eminentes,
Que son de sciencia las fuentes
Impresso noslo entregastes,
En volumenes que engastes
son de tantas Margaritas,
Como ay razones escritas
Con eloquencia tan rara,
Que Ciceron las nombrara
Elegantes,y exquisitas.

No trato de la Doctrina
Pues no es de mi profession,
Pero es tal la relation
Que dizen es peregrina,
Y que es vna rica mina
El libro de Regalias,
Dexo hiperboles por frias
Digo solo que el es tal,
Que en fin es plato Real
Corona de librerias.

De vn Amigo del Autor en alabança de su dotrina.

SONETO.

EL orizonte apenas el dorado
Phebo cõ su arrebol rayaua vn dia,
quando las nueue Hermanas à porfia
fueron à vn fresco,y apasible prado.
Alli con artificio delicado
con las rosas mesclando argenteria,
vna guirnalda hizieron, que excedia
à la que Ariadna tiene en su tocado.
Viẽdo el cuydado de las Musas bellas
les preguntè dudoso,cuya era
la corona,y dixeron,que de Apolo.
Guardalda,repliquè,sabias Donsellas,
para otro nueuo Apolo,à quiẽ venera
el mundo desde el vno al otro Polo.
Ripoll,tu eres solo
esse,cuya dotrina el orbe assombra,
q̃ el otro aũ no fue sõbra de tu sõbra.

Index

Index Capitulorum huius operis.

PROOE-

PROOEMIVM, AD LECTOREM.



SExdecim fuerunt anni, in quibus me ocupatum habuerunt, in Regio olim consilio Baiuliç Generalis, tanquam consiliarium, & terdecim ęx dictis deseruientem vna, officio Aduocati Fiscalis. Ex quibus quotidie, iura Fisci defendendo, ordinarie de Regalijs tractare intra manus habui. in quibus cum multæ quæstiones orirentur circa eas, ad quarum decisionem, cum seorsim diuisæ essent, magnum suscepi laborem. Ideo vt quæ sparsim Doctorest tractant, in vnum congestum haberentur, decreui, hunc breuem ractatum Regaliarum texere, solum referens præcipua requisita, ad vniuscuiusque Regaliæ intelligentiam. videlicet, in quo consistat illarum essentia, & modus practicandi, quia de quæstio nibus occurrentibus circa vnam quamque, si esset hic tractandum, in immēsum protraheretur calamus. referam tamen in vnaquaq. Doctores dictas quæstiones tractantes. Et cum vulgare habeamus dictū illud, (*gaudent breuitate moderni*). Ideo qua potui, nō deficiendo promissis, de earum intelligentia sequentem tractatum in mei gratiam texere curaui. quo ab aliquibus viso, me impulerunt, vt typis curarem mandari hunc beneuole lector offero tibi, & vale Barcinonæ die 20. Februarij 1643.

DON ACACIVS
DE RIPOLL.

CAPVT. I.

CAPVT I.

QVÆ DICANTVR REGALIÆ, ET QVARE.

SVMMARIVM.

REGALIÆ, absolute quæ dicantur, num.1.
Regalia quare sic appellentur, num. 2.
Regaliæ sunt quæ Regis dicuntur propriæ, num.3.
Regalia ex qua causa competunt Regi, n.4.
Regaliæ ad honorẽ Regis sunt cõstitutæ, n.5
Regaliæ quare sic appellentur ex mente aliquorum, num.6.
Regaliæ competunt ratione supremæ superioritatis, num.7.
Regaliæ non sunt iura quæ compent, non ut Regi, num.8.
Regalia an sit omne ius Regi reseruatum, num.9.
Redditus, & tributa Regia an sint Regaliæ, num.10.
Regaliæ quomodo inducantur, num.11.
Regaliæ in Chatalonia qualiter crebentur, num.12.
Regalias in Cathalonia exercet Locumtenens Generalis, num.13.
Locumtenens Generalis in Cathalonia qualem iurisdictionem exerceat, num.14.
Locumtenens Generalis in Cathalonia potest facere ea omnia, quæ dominus Rex, num. 15.
Interdictum possessorium retinendæ, an locum habeat in Regalijs, num.16. & 19.
Titulus coloratus requiritur in manutentione, num.17.
Incapacitas in Regalijs obstat, num.18.
Titulus qualis requiratur in manutentione, num.19.
Regaliæ an censeantur concessæ in generali concessione, num.20.
Iurisdictio superior remanet Regi respectu illius quam concessit, num.21.

CAP I.

1 EGALIÆ absolute sumptæ, sunt iura illa suprema, quæ Imperatori, seu Regi, vel supremo domino, non recognoscẽti superiorem competunt. Ita docuerũt Andræas de Isernia, Bal. & communiter Scribentes in cap.1. quæ sint Regaliæ. Appel-
2 lantur autem hoc nomine, a *Regis* nomine, tanquam informante, cum sint
3 Iura quædam proptia domini Regis eo quod dicuntur affixæ eius ossibus. Et ab eo separari non possint omnes, cum pertineant Dignitati, & potestati Regiæ, in compensationem immensi
4 laboris, quem Rex in custodia, & cõseruatione subditorum sustinet. Iuxta notata per Mier. ad cõstituto. Reginæ Mariæ col. 10. cap. 35. in noua compila. pag. 491. num. 2. sequitur Rollan. à Valle. con. 1. num. 153. tom. 2. vbi sequendo
5 Mathæum de Afflict. dicit. Quod Regaliæ ad decorem, & honorem Principis deputatæ sunt, & ad eum dirigũtur. Iuxta tradita per Oliba ad vsati. alium namq; de Iure fisci cap. 5. num. 1. & sic prædictum nomen *Regalia* declarant Matan. de ord. Iudicio. 4. par. dis. 5. n. 3. Cæpola de serui. rusti. cap. 3. num. 17. iuxta tradita per Rossen. de Fœud. tom. 1. cap. 5. col. 1. in additio. littera. E. licet Cæpola dicto loco meo Iudicio, exemplo a se tradito, non confirmet
6 suum dictum. Post quam enim pro regula tradidit. Regalias dici eas, quæ ad Principem tantum expectant, vel ad alium non habentem superiorem, quæ

 specialrite

ſpecialiter a Principe fuiſſent cōceſſæ.
Iuxta tradita per Bal.in c.1.de vſi.feu-
7 do.confirmet exemplo viarum publica-
rum,& itinerum.Cæterum hoc exem-
plum,non confirmat generalem regu-
lam,ibi a ſe traditã,quia Regaliæ ſunt
in ſignum dominij, & ſuperioritatis,
argumento lex.cum gloſ.in c. omnis
de cenſi. & in c.præterea quoniam de
iure patto.& gloſ.in c.generali de elec.
8 lib.6. l.ſi quis ſiue C.de vecti.& com-
mi.l.ſed,& 2.in princi.ff.eod.& ſic ve-
ræ Regaliæ ſunt illæ, quæ in ſignum
ſuperioritatis,& legis diſpoſitione,in-
ter Regalias connumeratæ, & ſtabili-
tæ ſunt,& ideo licet Principi ſit reſer-
9 uatum aliquod ius, non inde connu-
merabitur inter Regalias. pro vt reſ-
pectu Sauponis, fuit declaratum in Se-
natu Portugaliæ, deciſumq; fuit;quod
ius faciendi Sauponem conceſſum In-
fanti Henrico filio Regis Ioannis Pri-
mi illius Regni, non poſſe dici de Re-
galijs.Iuxta tradita per Bar.in l.omnes
Populi,col.9.verſ.Tertio quæro, ff.de
ius,& iure. Bar.in l. 1. §. penul. ff. de
poſtu.Alexan.conſ.68.num.14.volu.2.
non enim Regalia ſunt iura quæ Prin-
cipi res eruantur, ſed quæ ratione ſu-
premæ poteſtatis, redditus, & tributi,
ab antiquo per legem, ſeu conſtitutio-
10 nem, aut immemorialem conſuetudi-
nem, ſub nomine Regaliæ pertinent.
Iuxta relata per Anto. de Gamma de-
ciſ.31.fiunt enim Regaliæ. aut ex con-
11 ſtitutione Regnantis, vel Regni con-
ſuetudine, veluti quando Rex ſibi re-
ſeruauit aliqua, quæ inferioribus ve-
tauit, vel quando aliqua ordinauit,
cum populi conſenſu, & aprobatione,
vt ateſtatur Horatius Montanus de Re-
12 ga.in proœmi.n.11. ex quibus in Cata-
lonia Regaliæ poſſunt fieri in Curijs
generalibus,&c,vel quæ erant Regaliæ,
pro non Regalijs declarari; Iuxta tra-
dita per Anto. Oliba. ad vſati. alium
namq; cap.6. nu.41. ex quibus rema-
net clarum, quæ dicantur Regaliæ, &
quare, ſic appellatæ. Supereſt vt indi-
uidue de ſingulis ſermo habeatur. Vi-
delicet quot ſint Regaliæ,& quæ vna-
quæq; ſit.De quibus ſeparatim ſingula
capitula congetam. Sed ſciendum eſt,
quod cum Locumtenens Generalis in
13 Catalonia,habeat a Domino noſtro Re-
ge plenatiã poteſtatē,& ſit conſtitutus,
alter ergo, vt ateſtur Horatius Monta-
nus,de Regali. In proœ. num.29. ſolet
14 Regalias omnes exercere. & cum per
Conſiliarios ciuitatis Barcinone fuiſſet
contradictum de tempore Sereniſsimi
Regis Ferdinandi. Idem Rex Ferdi-
nandus reſcripſit, quod poterat eius
Locumtenens Generalis,Regalias om-
nes exercere, eſt Regia littera Regiſ-
15 trata,in archiuo. Regio Curiæ primo.
Sigilli ſecreti Ludouici Gonçalez anni
1479. vſq; 83. fol.66.dat.Toleti die 11.
April. 1480. vnde poteſt abſolute fa-
cere ea omnia,quæ dominus Rex, niſi
haberet inſtructionem ſecretã, de cer-
tis rebus ſibi prohibitis, quam propter
fidelitatem tenetur ſeruare. Verum ſi
aliquam faceret, teneret, & valida
eſſet.
16 Sed quæri hic oportune poterit,an ſi
aduerſus aliquem agatur, eo quod ipſe
prætendat,ſe habere aliquod exerciciũ
Regaliæ, & ipſe petat, ſe manuteneri
in paſſeſsione ſeu quaſi, debeat habere
17 locum eius prætenſio. Cui dubio reſ-
ponderi facile poteſt, quia, ad hoc, vt
quis in poſſeſsione manuteneatur re-
quiritur, quod ipſe habeat aliquem ti-
tulum,ſaltim colotatum, ad rem poſsi-
dendam, neque ei debet obſtare Regu-
la aliqua iuris, quæ ipſum impediat, &
incapacem reddat, & ſic cum ordinarie
18 nemo habeat ius capacitatis, ad poſsi-
dendum Regalias, etiam eas,quæ con-
ceſsibiles ſunt,quo ad vſq;ſint conceſſę,
aut præſcriptæ,(vt infra dicetur.) Ideo
euidenter non eſt ei concedenda ma-
nutentio lite pendente, niſi exhibeat
Titulum conceſsionis, quia tunc ma-
19 nutenebitur, nam ex titulo habet co-
lorem,repræſentando Regem, qui po-
tuit eum capacem facere,& hanc reſo-
lutionem,

lutionem, tanquam veram refert, & sequitur Horati. Monta. de Regalijs, §. flumina nauigabilia, num. 9. pag. 61. vbi attestatur, quod hæc resolutio seruatur in Regno Neapo. in Regalijs, quæ ex statuto, seu consuetudine illius Regni, Barones solent communicatas habere. Ex quibus factum fuit, quod in interdicto interim, non fuit concessum Philipo Prats loci de Mollet, qui illud intentauerat contra Iuratos Parochiarum de Mollet, Galles, y Parets, qui habebāt ius, & causam a fisco circa impositiones, & solutionem iuris quinti, cum prouisione facta. In officio Magistri Rationalis die 8. Iunij 1638. vt potest videri in processu.

20 In summa igitur est, quod quando dominusRex concedit iurisdictionem amplissimam, non censetur Regalias concessisse, & licet eas concedat, semper ius aliud superius respectu earum reseruat. Quia necesse est, quod semper
21 dominoRegi remaneat maior iurisdictio, ea, quam dat tex. in cap. dudum, §. non igitur de præben. in 6. Ange. in l. 1. ff. de iuris. omni. iudi. Affiic. in tracta. de Regali. §. potestas, num. 16.

SVMMARIVM.

Regaliæ quot sint, num. 1.
Regaliæ, an sic nominentur, vel Regalia, num. 2.
Regaliæ appellatio proprior est, num. 3.
Regaliæ solēt diuidi, ad instar bonorū, n. 4.
Bona Regia quotuplicia sint, num. 5.
Regaliæ quot modis competant domino Regi, num. 6.
Regaliæ de iure communi, & Cataloniæ ex quo dicantur, num. 7. & n. 22.
Regaliæ ius exercet dominus Rex in personas Ecclesiasticas, num. 8.
Regaliæ an veniant in generali concessione, num. 9.
Regaliæ quot modis adquirantur, num. 10.
Regaliæ concessibiles an sint præscriptibiles, num. 11.
Concessibilia sunt præscriptibilia, num. 12.
Regaliæ quare sint concessibiles, num. 13.
Regaliæ verius diuiduntur inter maiores, & minores, num. 14.
Regaliæ maiores quæ dicantur, num. 15.
Regaliæ demonstrant Regem, num. 16.
Regaliæ magis consistunt in potestate Regis, quam in fructibus patrimonij, n. 17.
Duces, Marchiones, Comites, Nobiles, Milites, Ciues Honoratos creare, & cæteros, ius Regaliæ est, num. 18.
Regaliæ minores quæ dicantur, num. 19.
Regaliæ maiores enumerantur, num. 20.
Regaliæ minores referuntur, num. 21.
Regaliæ ex qua causa competant domino Regi, num. 22.
Regaliæ iuxta iura Cataloniæ referuntur, num. 23.
Regaliarum concessio facta a domino Rege an possit reuocari, num. 24.
Regaliæ quomodo adquirantur, num. 25.

Caput Secundum quot sint Regaliæ, & quæ.



1 GENERALIS diuisio est ab interpretibus tradita, vt regalię alię sint maiores, aliæ minores. Hæc diuisio communiter traditur ab scribentibus iuxta plures Authores quos refert Roseētaulus de fœud. tom. 1. cap. 5. conclu. 1.

2 Noster Anto. Oliba. in tracta. de iure fisci ad vsa. alium namq; cap. 5. in principio. Cum ante quam diuidat Regalias, sub nomine plurali, in genero neutro adiectiuo docet appellari quasi nomen illud *Regalia* adiectiuum sit ad nomen *Iura*, hoc confirmans in eodem capite, num. 12. cum ait. Regalia iura in Catalonia aliter diuidi. Quomodocunq; sit. In hoc libro per fœmineum genus designabo, sic enim inscribitur titulus 56. lib. 2. fœudo, vbi legitur *Quæ sint Regaliæ* tum eo
3 quod magis adaptetur ad Catalanum quovulgariter *les Regalias* nominātur.

A 2 Alij

4 Alij verò Regalias aliter diuiserunt, ad instar bonorum domini Regis. Quia cum bona Regia alia dicantur fiscalia, quæ à populo Regi præstãtur, ad onera Regia sustentanda, alia dicãtur bona Patrimonialia, quæ sunt
5 ea quæ in bonis ipsius Principis cõsiſtũt, vt ex alijs refert Oliba vbi supra, c.5.n.7.& 8. ita asserunt Regalias, esse duas quarum altera appellatur fiscalis, altera verò Patrimonialis.
6 Calicius verò (quem allegat ibidem Olib.num 12. ait, quod in Catalonia sunt in duplici differentia, aliæ quæ competunt domino Regi Comiti Bar-
7 cinonensi ex dispositione iuris communis, de quibus in authenticis. Aliæ verò sunt, quæ eidem competunt de iure Cataloniæ secundum vsaticos, & Constitutiones. Bosch in suo lib. dels titols de honor en Catalunya, lib. 2. cap.41.§.3. aliter diuidit Regalias, ad cuius modum videtur quod Oliba.
8 In dicto vsatico alium namq; tradit, cum principaliter intendat, agere de Regalijs domino nostro Regi expectantibus, contra personas Ecclesiasticas, & sic inter fiscum Curiæ Secularis, & Ecclesiasticæ Curiæ fiscum, ipsas Regalias diuidit inter Ecclesiasticas, & Seculares. Ita vt Regaliæ superiores, quas exercet contra Seculares, dicantur Regaliæ Seculares. Et quas exercet suo casu contra Ecclesiasticos dicantur Regaliæ Ecclesiasticæ.
9 Licet enim Regaliæ in generalissima concessione non comprehendantur iuxta tradita à Cancer.3.tom. variar.cap.3.de priuile.à num.317. si tamen concedantur expressè, solent per inferiores exerceri.

Cum autem agendum sit de vsu, &
10 exercicio Regaliatum ab alijs quàm à domino Rege, quarum vsus concessione, aut titulo præscriptionis adquiritur. Et ex hijs tritum fit principium Regalias concessibiles esse, quia sepa-
11 rabiles, & sic posse præscribi. Inseparabiles verò, ex eo non esse concessibiles. Ideo, nec præscriptibiles esse, quia concessibilia sunt præscriptibilia
12 iuxta tex. in l. summa, ff.de aqua plu. arcẽ. alijs iuribus hoc cõfirmat Mier. ad consti.Reg.Iacobi Secundi cola 4. cap.9. pag.209. & hoc eueniat ex eo
13 quod sint de maioribus, vel minoribus. Ideo quo ad nostrum institutum attinet, censeo, veram diuisionem esse inter maiores, & minores.
14 Hanc diuisionem approbat Hora. Monta. in suo libro de regal. in summario præludiorum n.6.& 49. maximè dicto num.6. dũ dicit quod eæ quæ non possunt separari dicãtur maiores. Minores verò sint, quæ separari possũt.
15 Sed videamus, quæ maiores dicantur, quæ vè minores? Dicũtur autem maiores, ex eo quod sint de superioribus gemmis coronæ Regiæ idest, quæ denotãt Regẽ esse eũ, qui eas exercet. Quæ inferioribus à Rege competere
16 non possunt. Et hæ dicuntur consistere in potestate magis, quàm in fructibus patrimonij Regij, iuxta tradita per Mier. ad consti.Reg.Petri Secundi in Curia Barcino.cola.2.c.15.n.5.pag.23.
17 tom.1. veluti creandi Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, Nobiles, Milites, Equites. Ciues Honoratos, Mercatores, & alios de quibus infra.
18 Minores verò Regaliæ dicuntur illæ, quæ magis consistunt in redditibus, & fructibus patrimonialibus. Iuxta ea quæ recensentur. In cap.1.de vsib. fœudo. veluti exactio tributorum, impositionum, & cisarum, penarum multatum. Item etiã, & fructuũ patrimonij ipsius Regis, § fina. in Noual. quibus modis naturales afficiantur sui Iacob. de Sãto Georgio in tracta. fœudo verbo Princeps n.6. Soci.con.16.to.5.n.14. Cuma.cõs.162. Paris. consil.2.n.7. vol.2. quos refert Roscentaul. de fœudis. tom.1. cap.5. conf.3. per totum.
19 Qua diuisione supposita videndum est, quæ nam Regaliæ sint maiores, quæ ve minores, vt certum habeamus

beamus, quæ possint ab inferioribus adquiri.

Regaliæ igitur maiores de quibus aliquæ ossibus domini Regis sunt affixe ac plures sunt, quæ summarie referuntur hic. Cum in discursu huius tractatus. Indiuiduâ de vna quaq; faciam disputationem.

20 Prima igitur est conuocatio, & celebratio Curiarum, cum ipsa ad solum dominum Regem expectet, vel ad eius Primogenitum.

Alia est creatio dignitatum, veluti, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Vicecomitatus, Nobilium, Militum, Ciuium Honoratorum, Mercatorum, & Notariorum, Cali. intra grauatorio Curiarum, num. 83.

Alia est Regalia imponendi vectigalia, & tributa.

Alia cognoscere de oppressione vassallorum.

Alia Regalia consistit in facultate construendi molendina, Pontes, & cimbas ad flumina transuehendum.

Alia capiendi bona vacantia.

Alia respectu Salinarum, minarum, & metallorum.

Alia indicandi Pacem, & Treugam.

Alia cognoscendi contra Ecclesiasticas personas de rebus, in quibus fiscus habet interesse.

Alia dãdi licetiam cudendi monetam auream, argẽteam, siue æneam.

Alia legitimandi incestuosos.

Alia indulgendi veniam ætatis.

Alia auferendi hæreditatem incapacibus delatam.

Alia inmitendi sonum.

Alia succedendi in bonis, quæ auferuntur tanquam ab indignis.

Alia succedendi in bonis delinquentium.

Alia Regalia est Angariarum, Pariangarum, & Plaustrorum.

Alia concedendi pondera, & mensuras.

Alia restituendi ad honores.

Alia concedendi moratorias.

Alia euocandi causas.

Alia imponendi Represalias.

Alia concedendi duellum, & bellum.

Alia contra vassallos fallentes.

Alia edificandi opera publica.

Alia dandi iurisdictionem, & creandi Officiales.

Alia executio Regiarum Sententiarum.

Alia succedendi, contrahentibus incestas nuptias.

Alia dandi securitatem venientibus ad Curias.

Alia compellendi vassallos, vt eum adiuuent.

Alia circa vias publicas.

Alia interpretandi Regia Priuilegia.

Alia concedendi nundinas.

Alia in iure, & modo præscribendi.

Alia Hospicij.

Alia creandi Ciuitates, & villas.

Alia dandi licentiam adue ndendum, res fideicommisso subiectas.

Alia habendi cortinam, & defferendi currum cum sex æquitibus, & duobus auriguis discoopertis.

21 Minores verò Regaliæ, sunt illæ, quæ non insignum supremæ iurisdictionis. Regi competunt, nec ei coherent. Sed quæ eius patrimonium tangunt, & magis inherent eius Bursæ qualis sunt. Exactiones fructuum fundorum patrimonialium.

Exactiones tributorum, seu impositionum.

Exactiones penarum, & mulctarum.

Exactiones etiam pariangarum, & plaustrorum.

22 Regalia vendendi officia.

Regalia exequendi debita fiscalia.

Regalia tractarum rerum siue mercium de quibus Cancer. 3. to. vari. cap. 13. num. 261.

Habet autem dominus Rex Regalias ex diuersis causis, vt atestatur Marqui. in vsati hoc quod iuris est sancto. fol. 309. pag. 2. col. 4. in princi. versi. *Itē est sciendum*, quia quædam competunt,
23 ex dispositione iuris communis autheuticorū. Aliæ ex dispositione vsaticorum huius Principatus quas enumerat Marqui. ibidem de omnibus istis in hoc tractatu sermo habebitur.
24 Regaliæ autem licet concessæ sint à Rege siue sint in magnā, siue in modicam diminutionem sui patrimonij possunt per successorem in Regno reuocari de iure cōmuni Bosii. in tracta. de Princi. in fine. & in titulo de Regali. n. 34. Felin. in cap. 1. n. 1. de proba. & in cap. ad audientiam num. 5. de præscrip. Bart. in l. prohibere. §. quodui, aut clam ex capite intellecto de iure iuran. quæ omnia, & alia tradit Marta de iurisd. 1. par. cap. 41. num. 13. de concessione Regaliarum, & adquisitione latius in cap. 42. de Regalia vsatici hoc quod iuris est sanctorum.

SVMMARIVM.

Principium semper est in consideratione, num. 1.

Notitia rei qualiter adquiratur, num. 2.

Perfectum quid dicatur. num. 3.

Hispania Gotorum tempore qualiter gubernabatur, num. 4.

Hispaniam, qui deuastarunt, num. 5.

Gotici vbi commorabant, num. 6.

Gotici qualiter viuebant, num. 7.

Infans don Pelaius Primus Castelle Rex quo tempore deuastauit Mauros, num. 8.

Nauarræ Rex primus Garci Ximenex quo tempore deuastauit Sarracenos, num. 9.

Aragonenses Primum Aznar crearunt Comitem quo tempore Mauros expulit, num. 10.

Catalani crearunt primum Comitem Bernardum quo tempore expulit Mauros, num. 11.

Catalani quādo se subiecerint, & quomodo Carolo Magno, num. 12.

Carolus Magnus qualiter admisit Catalanos ad suam subiectionem, num. 13.

Carolus Pius qualiter se habuit cum Catalanis, num. 14.

Catalani qualiter se subiecerint Regiæ potestati, num. 15.

Vnio duarum prouinciarum qualiter facta indicetur, num. 16.

Comes Primus Barcinonensis quis fuerit creatus, num. 17.

Comes Secundus Barcinonensis quis fuit, num. 18.

Comes Vuifredus liberauit à Mauris Cataloniam, num. 19.

Feudum Cataloniæ quando fuit remissum, num. 20.

Comites Barcinone quando ceperunt vti Regalijs, num. 21.

Comites Barcinone qualiter fuerunt appellati, num. 22.

Regalia iura quare sic dicta, num. 23.

Regalia competit non recognoscentibus superiorem, num. 24.

Regaliarum diuisio, num. 25.

Maiora Regalia quare dicantur, num. 26.

Legis condendæ potestas est de supremis Regalijs, num. 27.

Leges condere in Catalonia non potest solus Rex, num. 28.

Leges facere quare non liceat soli Regi in Catalonia, num. 29.

Rex in Catalonia pacto se abdicauit leges solum facere, num. 30.

Prohibitio legis condendæ in Catalonia à quo tempore incepit cum sequen. num. 31.

Constitutiones in Catalonia quando inceperint sub certa forma fieri, num. 32.

Goticæ leges quando vigebant in Catalonia, num. 33.

Constitutiones Cataloniæ quando inceperint, num. 34. & 35.

Catalani qualiter se subiecerunt Carolo Magno, num. 36.

Constitutiones Cataloniæ factæ fuerunt ad instar temporis Gotorum, num. 37.

Potestas à populo in Regem translata qualiter dicatur, num. 38.

Princeps

Pactum

Caput Tertium, de Regalijs competentibus Comitibus Barcinone, & à quo tempore, & an eas communicare possent.

1 
Tractaturus de Regalijs competẽtibus Comitibus Barcinone præsuponendum esse censeo eorum principium, tanquam fundamentum, & bassem, huius edificij, supra

supra quod materia huius capitis edi-
ficanda est. Sine his aparet, vix mate-
riam prosequi posse, vt refert Anto.
2 Oliba de actio. rom.1. lib.3. cap.2. in
principio in hæc verba: *Vix enim iu-
ris notitia alicuius Prouinciæ, vix sine
ipsius gentis antiquitate, & inicijs potest
intelligi* quod præcensit Iure Consul-
tus Caius, lib.1. ad legem duodecim
tabularum, cuius fracmẽtum refertur
in l.1. ff. de origin. iuris, in hæc pro-
3 rumpens verba: *Facturus legum vetus-
tarum interpretationem, necessario prius
ab vrbis inicijs repetendum existimaui,
non quia velin verbosos commentarios fa-
cere. Sed quod in omnibus rebus animad-
uerto, id perfectum esse, quod ex omnibus
4 suis partibus constat*, & ibi Acur. in glos.
quibus suppositis sciendum est. Anti-
quitus in tota Hispania, quo tempore
à Goricis occupata erat, vniformiter
eisdem legibus in pace, & quiete vni-
uersali, omnes homines viuere, quousq;
5 Eruigius Ericus. & Vitissa Gotici Re-
ges, & vltimo loco Rodericus Crude-
lis, & Tiranus, totam Hispaniam de-
uastauit. Eo tempore multi ex Goti-
6 cis in montes se receperunt, & ibi eis-
dem Goticis legibus vtebantur, & sub
eadem obseruantia constituti erant,
vt atestatur Anto. Oliba de actio. to.1.
lib.3. cap.1. num.6. refert etiam. Suri-
ta in suis annalibus lib.1. cap.6. cumq;
prædicti Gotici, qui in montibus se
receperant, diuisi essent propter ter-
rarum distantiam, cum quidam essent
in Montaneis Asturiarum, alij in Mõ-
taneis Nauarræ, & Iaccæ, alij in Piri-
neis, ex qua distantia impossibile erat,
sub vnius Regis potestate, & Guber-
7 nio existere; decreuerunt tanquam
separati, diuisim eligere Reges. Vnde
in Asturijs fuit electus, & creatus. In-
fans don Pelaius, qui iuxta præcita-
8 tos Authores, contra Sarracenos bel-
lum intulit, anno septingentesimo
decimo septimo. In Montibus Nauar-
9 ræ crearunt Garciam Egidium. Siue
Hispanæ nominatũ Garci-Ximenez.
Qui similiter Sarracenos expellere
incepit à suo districtu, anno septin-
gentesimo vigesimo quarto. Arago-
nenses verò habitantes in Montibus
10 de Sobrarbe, & Ribagorça, eligeruut
sibi in Comitem Aznar Primum, qui
anno septingentesimo trigesimo Mau-
ros à suo Regno expellere incoauit.
11 Catalani veró, ex Goricis elegerunt
sibi in Comitem, seu Primatũ vnum
vocatũ, Bernardum, qui debellare ce-
pit Mauros. In anno septingentesimo
quadragesimo. Vt atestatur Pineda in
Monarchia Ecclesiastica, lib.18. cap.3.
§.5. Expulsis vero Mauris à Catalonia,
12 existentibus adhuc. In reliquis Hispa-
niæ partibus. Timentibus, & recelan-
tibus Catalanis, de ipsorum viribus, &
fortitudine, ac potestate, decreuerunt
se subscribere protectioni Caroli Mag-
ni Regis Fráciæ, voluntatie tamen. Et
ex mera, & spõranea volũtate, eo tamẽ
adiecto pacto, quod ipse Rex Carolus
Magnus, eosdem Catalanos sub eisdem
13 legibus, ac libertatibus, quibus ipsi
vtebantur, conseruaret, & eisdem vt
Rex præesset. Sub quibus conuentio-
nibus. Imperator Carolus Magnus,
eos admisit, eisdemq; promisit eos
manutenere, & conseruare. In pristi-
na, & antiqua eorum libertate. vt ate-
stantur Surita in suis Annalibus to.1.
lib.1. cap.9. Diago. tracta. de los Con-
des de Barcelona lib.1. cap.19. Bosc in
suo lib. dels titols de honor lib.4. c.3.
14 idem etiam concessit, & approbauit
Ludouicus Pio eius filius. Similiter
ratificauit Carolus Caluo, prædicto-
rum filius, & nepos vt extant eorum
priuilegia registrata in domo Deputa-
tionis in lib.1. priuilegiorũ à fol.140.
cum sequi quanto magis, quod etiam
15 si non extarent conuentiones, & pri-
uilegia, adhuc remanerent Catalani in
eorum primeua libertate. & modo
viuendi, quia tacite sub hac conditio-
ne vnio censetur facta, cum de iure
16 quando fit vnio duarum Prouincia-
rum, tacite inest quod vna quæq; vi-
uet

uat iuxta antiquas leges.& consuetu-
dines,vt probat Socin. senior cons.7.
num.2.lib.2.loquens de vnione Ciui-
tatis de Arecio cum Ciuitate Floren-
17 tiæ Bar.in l.si conuenerit.§.si nuda.ff.
de pigno.actio. Per actis supradictis.
Ludouicus Pio creauit primum Co-
mitem Barcinonensem Goticum, ex
Gallia Narbonensi, vocatum Barà
quem tãquam proditorem dictus Lu-
douicus Pio, à Comitatu priuauit,no-
minando in Comitem,quendam Ber-
nardum,& post eum Vuifredum Pri-
mum. Cui successit francigena qui-
dam nobilis nominatus Balamon.
quẽ occidit Vuifredus, qui fuit filius
dicti Vuifredi, & secundus Comes
dicti nominis. Hunc secundum Vui-
19 fredum. In Comitem habuerunt, &
propter eius magnum valorem, eo
quod ipse solus liberauerat secundo
Comitatum Cataloniæ, quem Mauri
post primã expulsionem,iterum ocu-
pauerant. Propter hanc ac Mauris re-
portatam,victoriam,per dictum Vvi-
20 fredo secundum Comitem, Carolus
Caluo, remisit eidem Vvifredo Secũ-
do, fœudum, sub quo ipse pro dicto
Rege Franciæ dictum Comitatum
obtinebat. ita atestatur Diago in tra-
cta. de Comiti Barcino. lib.2. cap.7.
Beuter.lib.5.cap.15. Marqui. in vsati.
cum dominus Bosc in suo lib. dels ri-
tols de honor. lib.2. cap 6. pag.167.
lib.3.cap.1.§.1.pag.307.Liberato igi-
21 tur Comitatu à Fœudi seruitute, Co-
mitisBarcinone,tanquam non recog-
noscentes superiorem, iura Regalia
exercere ceperunt, vt atestatur Mar-
qui.in vsa.si quando col.penul.Mier.
colla,9.in curia Barcino.fœudi.primi.
cap.10. num.13. & 14. Olib. de actio.
par.1.lib.3.cap.1.Cali. in directo.pac.
& treugæ dubio 1. vers.Et hic quæro
22 & dub.13.col.1.& ex hac suprema po-
testate, Principes nominatos fuisse
atestatur Cali.in vsati. cum dominus
n.6. in proæmio vsatico. Nec mirum,
23 quia licet Regalia iura appellari vi-

deantur, quia Regibus competunt
iuxta nominis etimologiam, præci-
pua tamen causa est.Quia ea exercen-
24 tes non recognoscunt superiorem.Ita
pluribus relatis Roscentau. de fœu-
dis,tom.1.cap.5.de regali. conclu. 2.
a nu.1.& conclu.62.in princi. & con-
25 cl.85.Regaliæ verò in maiores,& mi-
minores diuiduntur ex diuisione sum-
marie tradita per Roscen. de fœudis
cap.5.de rega.concl.secũda, & dictum
est in cap. quot sint regaliæ, & quæ.
nu.15.& quod maiores ideo dicuntur,
26 quia afixę sint Coronæ superiori Re-
gis vt ab eo separari non possit,quod
confirmat exemplo.Legis condendæ.
27 Asserens Roscentaulus dicta conclu-
sione secunda.legis condendæ faculta-
tem supremæ Regis gemmæ abhere-
28 re,& ab ea non posse separari. Ex qua
doctrina mirati fuerunt aliqui, quali-
ter in Catalonia leges condere soli
Regi non competat. Sed ipsi, & Cu-
rijs,quæ ex tribus componuntur bra-
chijs,vt dictum est.
29 Prædicti autem mirati non debent.
Eo quod Reges in Catalonia soli, sine
interuentu curiarum,leges facere non
possunt. Nã prædictæ regaliæ. quoad
actum legis condendæ, fuit per Re-
gem derogatũ pacto expresso. Prout
30 atestatur Oliba ad vsati.alium namqꝫ
cap.1. à num.17. quod confirmat ex
constitutione 2. Titu. de vsat. consti.
quæ est Regis Petri Secundi in curijs
1283. incipiente, *Volem*, *y statuim*,
præcensit Calicius. In extragranato.
Curia cap.6. num.3. & cap.2. num.3.
31 & 4. Marqui. in vsati. si cum domi-
nus.fol.20.idem Oliba cap.3.num.40.
hoc tamen fundamẽtum apparet non
probare prohibitionem legis condẽ-
dæ à tempore Reg. Petri Secundi
initium habere, quia regnare cepit
anno 1283. iuxta cronologiam con-
tentam in principio voluminis con-
32 stitutionum. Vnde verius existimo
hanc conuentionem inter Regem,&
Principatum originẽ traxisse à con-
uentione

nentione facta inter Principem, &
Principatum. Quando ipse Principa-
33 tus se obtulit sub pacto. Quod Prin-
ceps eum haberet sub legibus Goti-
cis, vt refert Surita in suis annalibus
lib.1.cap.6. Oliba de actio. pri. patt.
lib.3.cap.1. num.6. cum vero Goticæ
leges deficeret nonæ leges factæ fue-
runt quam rationem post hæc elabo-
34 rata inueni apud Philipum Vinyes
in allegato suo opere incepto de con-
uocatione curia cap.1.a num.13. con-
firmantem pluribus conuocationibus
curiatum anteriorum, in quibus fue-
runt factæ constitutiones de consensu
35 Regis, & curiæ num. 37. resoluendo
hoc idem. Quod necessitas condendi
constitutiones per Regem & Curiam
emanat ex lege Regia qua sibi Regem
eligerunt Carolum Magnum Fran-
ciæ Regem licet enim in Regem eū-
36 dem elegerint non tamen in eum
transtulerunt potestatem absolutam
condendi leges, sed eas fore decer-
nendas vti tempore Gotorum soli-
tum erat fieri, ita atestatur Vinyes
37 vbi supra. Referri per Adamum Got-
sem in sua politic.lib.5.cap.5 § 6. vbi
ait quod per solam Principis electio-
nem non censetur data facultas legis-
latiua in hæc verba protumpens.
38 *Non igitur sentiendum est cum quis
aliquis hominum coetus in vnum conue-
nit Principem, quæ sibi delegit quasi na-
turali ductu, & sequela, etiam legum fe-
rendarum potestatem illi collatam adeo.
Sed tantum ipsi communitati per modum
proprietatis naturam consequentis datur.
Nam constituto illo corpore, naturalis iu-
ris, & legum necessitas, adeoq; potestas
exurgit, & Principi pro voluntate reipub-
lice, & vsu communicat.* Hæc verba re-
fert Vinyes, & ea tanquam ab autho-
re non facile reperto hic transcribere
39 volui. Quod enim Princeps habet, po-
puli consensu censetur habere iuxta
tradita per DD. in l. 1. ff. de constit.
princ. & in l.2.ff. de origi. iuris. Pa-
nor. & alij in cap. per venerabilem.
Qui filij sint legitimi Diuus Thom.
quæst.90.art.3. & quæst.97. citata in
opus de potest.Papæ.2. par.cap.2.quos
refert & sequitur, Suarez de legib. lib.
3.cap.4. num.2. Andræas Bosc in epi-
tome. Dels titols de honor de Cata-
lunya Rossello, y Cetdanya lib. 5. tit.
3.tractan.de legibus. Quibus antiqui-
40 tus Cathalani vsi fuerunt, tempora
distinguit. Afferens a creatione mun-
di, vsque ad vniuersale diluuium, non
reperiri leges iuxta quas gens viue-
ret. Iuxta notata per Sanctos Patres.
Bosc.lib.2.cap.1.per totum, & lib.5.ca.
10.vbi asserit ex Oliba ad vsati. alium
namq; cap.2. num.2 quod ex quo Co-
41 mites fuerunt domini absoluti, leges
statuerunt ad inuicem, quas obserua-
bant. Non tamen in forma scriptas
quoad vsque Comes Berengarius vn-
decimus vna cum Almodi eius vxore
conuocatis curijs in anno 1070. vt
refert Oliba de actio.1.part.lib.3.cap.
2.de consilio Episcoporum, Magnatū,
Abbatum, Comitum, Vicecomitum,
42 Varuassorum, ad scripta redigerunt
vsaticos. Qua autem forma obserua-
bantur refert Bosc dicto cap. 10. cum
suis 55.dicens, quod milites, & ciues
43 non ingrediebantur in constitutioni-
bus ordinandis. Sed quod Comes cum
Episcopis, Abbatibus, Nobilibus, &
Magnatis, eas faciebant. Et hoc dura-
uit quovsq; Rex Ildefonsus in anno
1173. In loco vocato *font de aldara* fecit
44 primam constitutionem cum militi-
bus & vniuersitatibus & est Constitu-
tio prima sub titulo de Pace & treuga,
ita etiam Calicius in extragranato.cu-
ria ita etiam Oliba. lib.3. c.3.n.39. de
actio, *faciunt notata per Grego. Marti-
nez 12. q.90. art. dubio.5. vbi de Repu-
blica pactionata loquens ait vbi autem res
publica non totam Regi contulit potesta-
45 tem sed limitatam, vtendus est illa limi-
tatione, qua sibi potestas est collata à Re-
publica, vt contingit in Catalonia, in qua
Rex ex sua institutione non potest con-
46 dere leges sine Comite ipsa Republica in*
Comitijs

comitijs generalibus vt patet ex libro Cō-
ſtitutionum.
45 Ex prædictis igitur aparet. Leges,
ſiuè conſtiturìones in Catalonia fieri
non poſſe, per ſolum Regem, ſed ne-
ceſſario, debere fieri cum intreruentu
curiarum. Eo quod Reges in vim pa-
cti, a ſe abdicarunt facultatem libe-
46 ram diſponendi leges. Pacta enim hoc
operātur, quod Princeps pacto facto,
tanquam particularis habētur, Bart.
conſ.59. lib.1. Ancar. conſ.437. quos
alios referens ſequitur, Surd.conſ.323.
num.5. Petrus Gregor. in ſua repub.
47 lib.7.cap.16.num.8. Regis enim inte-
gritas conſiſtit in fide ſeruanda, & iu-
ſtitia miniſtranda, vt legitur Prouer-
biorum.35.num.5.vbi *aufer impietatem*
de cultu Regis, & firmabitur iuſtitia tro-
48 *nus eius.* & Diuus Grego.li.7.Epiſ.120.
Ita loquitur, *ſummum in Regibus bonum*
eſt iuſtitiam colere, ac ſua vnicuiq; tribue-
49 *re.* Nec ex hoc dici poteſt minutam,
ſeu truncatam eſſe Regiam dignita-
tem, contrariariq; hanc reſolutionem
alteri reſolutioni prædictæ. Quod Re-
galia condendi legem, ſit de ſuperio-
ribus, vt diximus, & quod ſupremæ
50 ideo dicantur, quia ſint de gemnis
pretioſioribus, quæ a Regio diadema-
te ſeparari nullo modo poſſunt. Quia
conſiderandum eſt, quod tradit Phili-
pus Vinyes dicto diſcurſu 1. à nn. 42.
vbi refert ex Menċah. libro contro-
uerſia Illuſtrium cap.47.nu. 10. aſſe-
51 rente. Quod cum poteſtas primeuis
temporibus penes populum eſſet, ab
eoque in Principem tranſlata, potuit
in parte, vel in toto transferri. Quod
52 factum erat. Et ſic inſpicitur conſue-
tudo condendi leges, in vno quoque
Regno faciunt tradita per Ludoui. a
Molina e Societate Ieſu de iuſti. &
53 iure diſpu.580. Ioan. de Salas eiuſdem
Societatis de legibus diſp. 1. ſectio. 9.
reſoluendo. Regem non poſſe obbli-
gare populum liberum, ſub hac, & illa
conditione, per vim, ad quid diuer-
ſum. Ducti omnes hoc fundamento,
quod tradit dictus Menchaca, quod in
54 dubio ſemper libertas præſumitur, In
populo. Cum reſeruata iudicetur. Ex
generalitate, l. omnes populi, ff. de iu-
55 ſti. & iure. §. ſed naturalia inſti. de iure
natu. gentium, & ciui. l.2. §. dein de.
56 quia ff. de Iuſ. & iur. Supoſito enim,
quod a principio voluntarie Rex ſe
obbligauet, ad obſeruantiam. conuen-
tionis, & libertatis, non poteſt obſer-
uantia retorqueri in eius magnitudi-
nem. Experimur, namq; & de fide ha-
57 bemus Deum Omnipotētem liberam
hominem cum libera, & abſoluta vo-
luntate creaſſé, dediſſeque eidem li-
58 berum arbitrium operandi. Vt legitur
ex fide decretum in Sacro Santa Tri-
denti. Synodo ſeſſ.6. de iuſtificatione,
Cano.4. nunquid poteſt dici ſine hæ-
reſi minutam fuiſſe diuinam poten-
59 tiam reſpectu hominis? Euidens qui-
dem eſt, non poſſe dici truncatam. Cū
libertas hominis, a Deo emanauerit.
Sic licet Rex habeat ſupremam facul-
tatem legis condendæ, potuit tamen
Rex ex ſuamet magnitudine, ſupre-
mam illam poteſtatem limitare, in ac-
60 tu. Vt in hoc Principatu fuit factum
ne conſtitutiones per ipſum ſolum
fierent, ſine intreruentu curiarum, &
hoc recte ad notauit & latiſsimis fun-
damentis corroborat Petrus Ludoui-
cus Martinez in diſcurſu ſuo facto de
vice Rege extraneo Regni Aragoniæ
pri.part. a num.92. vſque ad 112. Calic.
61 Ramirez in tracta de lege Regia §.21.
per tot. quod præcenſerat in §.19. di-
cens, quod Monarchia, quæ legibus po
puli ſeruatis, eſt gubernata, diutius vi-
62 uit, & difficilius tumultuatur. Quia cū
leges ortæ fuerint ex animis ciuium,
longiores radices habent, indeq; diffi-
cilius euelluntur. Alia ad hoc inſtitu-
tum refert Paleotus de conſultationi-
bus pri. part. quæſt.3. arti.5. ad finem.
Plura etiam in huius dicti confirma-
tionem refert Actuarius Aphoriſmo-
rum politicorum de republica inſti-
63 tuenda lib.2.cap.7.num.4. vbi de hu-
iuſmodi

iusmodi [illegible] pactionibus [illegible]
ait. *Nec [illegible] Mai [illegible]*
[illegible], ex d[illegible] igitur [illegible]
64 prob[illegible] ante Regem Petrum [illegible]
tum esse in Catalonia fieri constitutio-
nes in curijs generalibus, cum [illegible]
[illegible] Regis, & interuetu trium Bra-
chiorum, ex quibus cōponitur curia.
Dictum vero Mieres, asserentis, à dicto
tempore cōstitutiones fieri, interpre-
65 tatur Philipus Vinyas. In dicto pri-
mo discursu. de conuocatione curiæ.
num. 46. cum sequen. multa deducēs
ad interpretationem mētis dicti Mier.
& in hoc (tanquam tritissimum [illegible]
cipium in Catalonia) non est inni-
tandum potuisse quidem Regem [illegible]
66 electione sua, se subiacere legum pa-
ctionatarum obseruantiæ, nec ex eo
minui supremum illud ius regali[illegible]
quod tanquam [illegible] gemmæ a[illegible]-
67 heret. Cum [illegible] iurandi Religio interpo[illegible]
hoc, vt pacta [illegible] [illegible]
[illegible] obseruari [illegible]. *Reg.*
68 cap [illegible] & Macabe. [illegible]
uit illis Re[illegible] & ex [illegible]
& intrauit [illegible] Simon Parali-
pomenon, cap. 13. ibi: *D[illegible]*
Regis, & imposuerunt [illegible]
runtq; et in manu eius legem [illegible]
constituerunt [illegible] regem vnxit [illegible]
Io[illegible] Pontifex [illegible] & filij [illegible]
[illegible], at [illegible] dixerunt, Viuat Rex. T[illegible]
69 plura similia [illegible]
cap. 14. [illegible] n. 3. [illegible]
Bo[illegible] d[illegible] cif. [illegible] R[illegible]
lege Regi[illegible]
Meno. de [illegible]
de ad obseru[illegible] iuramen[illegible],
Reges, & Comites [illegible]
fuerunt iurare. R[illegible] R[illegible]
obligatus, ex iura[illegible] præst[illegible]
70 pri[illegible] Regem, & [illegible]
sores ad [illegible] præst[illegible] ad [illegible] icti
71 iuris Reges [illegible] hoc Principatu, illud
prius præstare, antequam [illegible]
72 pr[illegible] S. [illegible]
ex [illegible]

c[illegible]
m[illegible]
p[illegible]
Bal. con[illegible] n. 1. [illegible] 271. [illegible]
Ma[illegible] tacitis, & [illegible]
lib. 1. [illegible] 13. Ti[illegible] 20. n. 9. [illegible]
73 ctu[illegible] a Principe, [illegible] à
successoribus [illegible] sunt seruandi. M[illegible]
plures referens Autores, de taci[illegible]
amb[illegible] lib. 3. ti[illegible] con. 4[illegible] O[illegible] ad Vsati.
alium namq; c[illegible] n. 9. Bal. consil. 317.
vol. 1. Rolan. con. [illegible] n. 32. & con. 45.
n. 8. & con. 25. n. 3[illegible] vol. [illegible] Craue. con.
[illegible] n. 51. & con. 24[illegible] n. 10.
74 [illegible] fundamentum [illegible]
quod legitur in [illegible] facta per
Regem [illegible] Secundum de iure
vul[illegible] treccen-
[illegible] anno 1299.
[illegible] in quo instru-
mento leguntur hæc verba: *Præterea*
[illegible] & concedimus
[illegible] & omnibus alijs & sin-
gulis [illegible] liter, & generali-
te[illegible]
[illegible] omnium, &
[illegible] supr[illegible] generaliter [illegible]
[illegible] legitimè stipulā-
[illegible] & perpetuo
[illegible] hæredes, &
[illegible], quod successo-
res [illegible] Barcinone, & in
C[illegible] gen[illegible] quàm [illegible]
[illegible] alter[illegible] successiue tem-
pore [illegible] sionis, ante-
quam [illegible] Milites, Ciues, &
B[illegible] [illegible] arum, & [illegible]
[illegible] ant, seu p[illegible]
[illegible] tem, vel
[illegible] & antequam
[illegible] regi[illegible]
[illegible] tenea tur h[illegible]
[illegible] emrati-
[illegible] ratione ip[illegible]
succe[illegible] nostrorum in Comita-
tu Barc[illegible] quæcunq; fu-
erit [illegible] per se, & sup-
[illegible] vbi [illegible]
[illegible] remis-
sionem

sionem [illegible] terrag[ij], [illegible]j, & actionis & relaxationis [illegible] cum publico in[illegible] [illegible], & [illegible] prædi[illegible] laudationem, & [illegible] & iuramentum, & [illegible] [illegible]tum omnium fecerit cum publico instrumento, aliqui de prædictis supra generaliter, vel specialiter dictis, sub nomina[illegible], vel eorum successores non tenerentur esse [illegible] in aliq[illegible]. & si per aliquem cuiusc[illegible]nque conditionis, seu status extiteri[illegible] [illegible]cramentum fidelit[illegible], vel homagium, seu alia quævis obligatio facta esset antequam prædicta, [illegible] e[illegible] dictum laudata, ap[illegible]ro[illegible]ata, & iurata essent per nonum quævis dominū n[illegible] valerent, & pro non factis penitus haberetur. quæ verba sunt formalia: Priuilegijs etia Regiis

75 supradicta sunt confirmata. Primo ex priuilegio Regis Petri Te[illegible], [illegible] idus Iulij 1336. alio per eundem 4. [illegible]lend. Nouem. 1339. alio 4. calen. Aprilis 1344. circa vnionem Regni tunc Maioricæ, & Minoricæ, cum Comitatu Barcinone. Corroboratur etiam ex constitutione secunda [illegible]

76 ramento. voluntario, & necessario quæ est Regis Iacobi Secundi in secunda Curia Barcinone anni 12[illegible] cap. 27. Hanc vero obligationem [illegible]randi Regis a primeuis temp[illegible]

77 obseruari atestatur. Re[illegible] priuilegio conce[illegible]. Ci[illegible] 14. calen. Nouem. 13[illegible] de hoc iuramento. [illegible] uisse prædecessores [illegible] rè, & Comites p[illegible]d præstasse refert [illegible] cap. 12. cete[illegible] dictum iuramen[illegible] R[illegible]

78 legibus Goti[illegible] Philip. Viny[illegible]r. [illegible] curi. cap. 77. v[illegible] *De l[illegible]* cum seque[illegible]ens hoc a[illegible] Gariuay in [illegible] lib. 8. c[illegible] uens hoc d[illegible] fuisse in con[illegible]

79 Toletan. 8. re[illegible]. R[illegible] do Rey Goto. æra. 691. [illegible]

c[illegible]io. Toleta. [illegible] 192. c. 1[illegible]. vbi legū[illegible] [illegible] verba: *[illegible] per [illegible] etiam se [illegible] la p[illegible] [illegible] [illegible]pleturum. iuris iurandi [illegible]one [illegible]* quod scriptum [illegible]tur. In re[illegible] [illegible]ctione consiliorum Toleta. per Archiepiscopum Garc[illegible] de Loa[illegible] c[illegible]. Tolet. 8. fol. 436. c. 10. prædictum

80 iuramentum fuisse ante omnes præstitum. per Bambam Regem Gotum. refert Archiepiscopus don Rodericus lib. 3. suæ Historiæ c. 1. allegat. per Vinyes dicto. discur. 4. n. 83. & primeuis temporibus solitū esse. vt de He-

81 bræis atestatur. Abulans. 1. Reg. c. 10. quæst. 3. de Græcis Plato dialo. 3. de legibus. De Lacedemonijs Strabo. Sermo. 44. de legib. Marques cu su Gouernador Christiano lib. 2. c. 21.

Ex prædictis [illegible] R[illegible] n Cathaloniæ ad iuramentum p[illegible] [illegible]um

82 a[illegible] ei præstet [illegible]. Guiler. [illegible] ca. [illegible] per [illegible] n. [illegible] 17. col. 3. Mar in cod. [illegible] Regis [illegible] col. 2. [illegible] 62. circa finem [illegible] in secunda curia Barcinone [illegible] in consuet. Cathal. [illegible] n. 69. [illegible] nu. 5. [illegible] vlat[illegible] [illegible] 10. & [illegible] 4 [illegible] 34. Peguer. in [illegible] crimin[illegible] c. [illegible] n. 7. Cancer. [illegible] 3.

83 [illegible] 3. n. 3[illegible] adeo hoc est verum [illegible] dato quod [illegible] ali[illegible] [illegible]iectionis [illegible] antequam Rex [illegible], prædicti actus essent nulliter [illegible] & [illegible] Regi. quia verba [illegible] quæ [illegible] in [illegible] venditione [illegible] *si per ali[illegible] cuiuscun[illegible] [illegible]* &c.

84 *[illegible] non factis penitus [illegible]ntur.* continentur in [illegible] decr[illegible] [illegible]ans, Roma. cons. 4[illegible] 1. ver. & [illegible] Zabarella. con. 30. Capi deci[illegible] Alexan[illegible] 97. n. 4. li[illegible] 11. li. 6. S[illegible] [illegible] S[illegible] [illegible] lib[illegible] Ial. con[illegible]

2. de

86 2. de reseruat. Gonçalez ad regul. 8.
cancellar. glos. 67. num. 12. nec mi-
rum, cum sit ferè totius mundi vsus,
& consuetudo omnium Prouincia-
rum, quod illarum domini, seu Gu-
bernatores ante ingressum sui offi-
87 cii, iurent de obseruandis statutis, &
priuilegiis, vt colligitur ex authent.
de defenso ciuita.§.ius iurandum, ibi:
Secundum consuetudinem vestræ Ciuita-
tis iudicare iurauerint, Gail. obseru. 36.
lib.1. Mastril. de magist. lib.2. cap.2.
num.12. Cancer.3. par. cap.13. num.
88 339. Hocque iuramentum tam neces-
sarium esse affirma Minsinge.centur.
2. obseru.76. vt attestetur non pos-
89 se renuntiari,nec remitti. Prodeat in
lucem obseruantia Serenissimi Regis
Petri Tertii, qui mortuo Rege Iaco-
bo Primo in anno 1276. cum succe-
deret vniuersaliter in omnibus eius
Regnis,nunquam,vt Regem a vassal-
lis se tractari.nec nominari permisit,
donec a vassallis Regnum deferre-
90 tur,& iurasset. Interim tamen Prin-
cipem se nominare fecit, vt refert
Zurita lib. 4. annalium cap.5.& Hie-
ronym. Blancas in commentariis A-
ragonū sub Petro Tertio anno 1276.
fol. 71. Huius nominis *Principis* sig-
91 nificationem referunt in l. si plures,
§.appatet,& ibi Acur.ff.de admin.tu-
tor.Molin.Theol. de iustit.& iur. di-
sput. 22. Açor lib. 2. moral. institut.
cap. 11. quæst. 22. Camil. Borrel. de
Catholi. Regis præstan. cap.33.num.
66. Petr. Gregor. de republ. lib. 6.
92 cap. 1.& 2. Et licet euenerit, quod a-
liquibus primogenitis fuit præstitū
iuramentum per vasallos Cataloniæ,
in vita parentum. Videlicet respectu
Principis Ioannis filii Regis Petri
Tertii die 4. Maij 1354. similiter res-
pectu Principis Ildephonsi filii Regis
93 Ferdinandi Primi 30. Martii 1412.
& domnæ Ioannæ filiæ Regis Ferdi-
nandi Catholici anno 1503. & cū Phi-
lippo II. filio Imperatoris Caroli V.
anno 1542. & Philippi III. filii Phi-
lippi Secundi anno 1585. tamen in
præstatione dictorum iuramentorū,
maximè in iuramento præstito, per
94 Imperatorem Carolum patrem dicti
Philippi Secundi anno 1542. legun-
tur hæc verba: *E que ans de exercir al-*
gun acte de jurisdictio en lo Principat de
Catalunya, Comptats de Rossellò, y Cer-
danya, prestarà dins la ciutat de Barce-
lona consemblant jurament del que en la
present vila de Monçò sa Magestat en
dit nom per sa Alteza ha prestat. Simi-
95 lia verba leguntur in iuramēto præ-
stito per Regem Philippum Secun-
dum pro Principe Philippo eius filio
in curiis Montisoni 1585. cum his se-
quentibus additis, *Y darà obra ab aca-*
bament, que venint dit Serenissim Prin-
cep a edat de catorze anys, farà, y presta-
96 *rà en la dita Ciutat dit jurament;* ita re-
fert Philippus Vinyes, in quodam dis-
cursu quem dedicauit consulibus, &
consilio centum virorum ciuitatis Bar
cinon. cum sua epistola dat,&c. 8. Fe-
bruar. 1626. typis manda. penes Ste-
phanum Liberòs resoluens, hanc iu-
97 ramenti præstationem à legibus Go-
ticis emanasse. referens verba eiusdē
legis,quæ repetiuntur in lib. foro A-
ragon.l.2. in prolog. & sunt sequen-
tia: *E todo home ante que deua ser Rey, è*
ante que reciua el Regno deuey de facer
sacramēto de que guarde esta ley en todas
cosas, è que la compla, e pois que lo pro-
meta ante los Obispos de Dios, e en nin-
guna manera non asume de quebrantar el
juramento. Ex quibus infertur, quod
98 cū forma iuramēti prçstādi per Regē,
sit data.vt præstetur in ciuitat.Barcin.
quod si alibi præstetur, nullius erit
momēti,& efficaciæ iuxta traditā per
Ias.in l.cū quis,n.11.C.de iuris,& fac.
ignot. vers.secūdo pondera.Roman.
cōs.402. prout dicimus de loco desig
99 nato in remissoria in quo taliter testes
iurare debēt,quod in alio loco iurātes,
nullū est examen,c.statutū.§.in nullo

Bologne conf. 1. num. 110. Expres-
sio enim vnius casus specialis, vel
generalis, omnes alios similes, &
maiores comprehendit, etiam si es-
113 semus in odiosis, Bal. & alij in auth.
quas actiones C. de SS. Eccle. & cons.
112. lib. 1. & con. 403. lib. 5. Rolan.
cons.5.num.29.lib.1. Cephal.cons.38.
num.14.& 17. Bologn. cons. 1. num.
159. Similiter asserit dictionem illam
114 *aliqua*, & *quelibet*, esse vniuersalissi-
mam, comprehendereq; non solum
specificata, sed etiam maiora ex-
pressis, & incogitata, & incognita.
Manti. cons. 30. num. 3. & cons. 66.
num.6.& cons.209. num.5. Tiraquel.
de retrac.§.1. glos.7. num.20. Craue.
cons.496. num.68. lib.5. Surd. cons.
267.num 8.

115 Dato tamen quod nouus Rex in in-
gressu sui Regni recusaret, iuramen-
tum præstare de seruandis Constitu-
tionibus, queri potest, qualiter esset
procedendum. Quo casu fuerunt ali-
116 qui, qui dixerunt, posse Regem com-
pelli vi coactiua, ex traditis per Men-
doça de pac.lib.1. cap.5.quæst.2. num.
6.mihi pag.176. hoc tamen tanquam
erroneum dictum, non esse in consi-
deratione existimo. Ex tritissimo illo
principio, quod legitur, in cap.nemo.
117 9.quæ.t.3.ca.nemini.15.quæst.4. quod
prima sedes, a nemine iudicetur. Li-
cet enim de Summo Pontifice loqua-
118 tur, certum tamen est. Regem quoad
suos subditos, primam sedem esse, &
sic tali casu verius est, & consultius
119 precibus.& supplicationibus humiliter
supplicare Regiam Maiestatem digna-
ri, facere cum suis subditis, quod sui
prædecessores fecerunt. Iuxta tradita
per Abulen. Exodi. cap.18. quæst.46.
& 1.Regum cap. 15. quæst. 17. & cap.
28. quæstio. 4. Patrem Ioannem de
Salas de legib. distinc. 14. sectio. 2.
num.25.

120 In Catalonia vero existimarunt ali-
qui, traditam esse formam in Consti-
tutione 8. sub titu. de obser. const. quæ
est Reginæ Mariæ vti Locumtenentis
Ildephonsi Quarti, in Curijs Barcinone
anno 1422.& aliæ Constitutiones. In
eodem titulo. Sed hæ omnes Consti-
tutiones, non disponunt circa casum
121 prædictum. Solum enim loquuntur,
quando per Locumtenentem Gene-
ralem, seu per Regios Ministros con-
trafactum est Constitutionibus. Dis-
ponendo hoc casu, qualiter sit proce-
dendum contra eos. Non vero loquũ-
tur dictæ Constitutiones, quando Rex
122 recusaret ex sua persona facere, quod
debet. Et sic existimo hoc casu, reme-
dium humanum deesse, solumq; suppli-
cationibus iteratis humiliter implo-
randum esse effectum. Non enim cre-
dendum est, tam inhumanum esse Re-
123 gem, qui suos vassallos nollet tracta-
re, sicuti fecerunt sui prædecessores.
Vnde hæc renitentia ex parte Regis
non est pensanda. Cum non possit cõ-
prehẽdi in aliquo pio intellectu, iux-
124 ta tradita per Surdum decis. 326. a nu.
52. vbi tractãs de casibus fortuitis so-
litis, & insolitis, opinatis, & inopina-
tis resolnit. Quod etiam si quis renun-
tiauerit casibus fortuitis solitis, & in-
125 solitis, opinatis, & inopinatis non cõ-
prehendi in renuntiatione casus ino-
pinatos, qui a sapientiori homine co-
gitari non poterat. Quod confirmat
ex graui bello, quod viguit inter
126 Cæsarem, & Florentinos. Qui Epis-
copum suspenderant, iuxta relata per
Corne. cons.12. vol.2. relatũ a Pur-
purato cons. 466. de aduentu Turca-
rum in partes Italiæ, & cons.529. nu.
5. de bello Cæsareo. Menoch. de arbi.
casu.80. Beci. cons.82. nu. 13. in fine
Purpura.cons.466.n.30. & cons.529.
nu.5. Surd. cons.61. nu.63. & sic cum
renitentia Regis, in faciendo ea om-
127 nia, quæ sui prædecessores fecerunt,
non possit a prudentiori homine re-
celari, non est cur de hoc, sermo ha-
beatur, sed dato pro constanti, Regẽ

fertur damnum, non statur eius assertioni, Felin. in cap. quæ in Ecclesia de Consti. Deci. conf. 410. n. 8. & con. 445. num. 6. Bal. conf. 326. nu. 10. vol. 1. Roma. conf. 352. ad fin. Soci. con. 173. col. penul. vol. 2. Oldral. conf. 270. Decia. respon. 23. num. 6. Gramma. decis. 15. num. 11. Gigas de crimi. læsæ Magest. quæst. 14. Deci. con. 544. Rui con. 147. num. 8 Ias. couf. 34. vol. 1. & conf.
146 66. col. 4. vol. 3. Iero. Gabr. conf. 179. num. 5. lib. 1. & quod non credatur vbi de eiusdem Principis commodo tractatur scribit Deci. conf. 445. in casu ad me transmisso num. 63. Rollan. a Valle. conf. 1. nu. 58. & sequen. lib. 2. Mohed. Deci. 3. aliàs 278. de fœud. ad Cle-
147 mẽtinam vnicam de probario. Cõsiderati etiã potest alia ratio quam tradit, Men. li. 2. præs. 11. n. 8. ex Crau. de antiqui tempo. 1. part. princi. num. 14. in fine, quod Principi asserenti super re, quæ non pendet a sua voluntate.
148 non est credendum, maxime si dependeat a contractu per eum celebrato, vt Latius Mennoch. lib. 2. præs. 10. n. 16. quia licet Princeps possit, ius alterare, non verò quando in vim contra-
149 ctus est dispositum. Vnde cum obbligatio Regia in Catalonia præstãdi iuramentum, sit in vim contractus prædictæ venditionis iuris Bouatici, &
150 Constitutionis Regis Iacobi iam allegatæ, euidens est, quod assertioni Regiæ de sua iusta allegata causa, eum ex ea dependeat iuramentum præstari,
151 vel non præstari, non est standum. Est autem certissimum, quod prestare iuramentum, vel non præstare, non dependet a mera Regis voluntate, cum
152 ex Constitutionibus sit ligatus. Vnde resolutiuè dicitur. Principi asserenti non esse credendum, tradit Mennoch. dicta præs. 11. n. 8. li. 2. Craue. vbi supra num. 15. idem tradit, Masear. conclu. 1233. num. 10. cum sequen. maximè n. 104. vbi ait, quod in principio nõ presumitur iusta causa, quando facit aliquid super quo non potest libere disponere Soci. Senior conf. 273. col. penul. vol. 2. Deci. conf. 605. nu. 6. & sequen. & ibi Andre. de Isernia cap. 1. in princi. ad fin. titu. quo tempor. minor, & Clarius expressit Mascar. dicta conclu. 1233. num. 114. resolutiuè dicens
153 Principis assertioni nõ esse standum, quando ex ea aliquod damnum vassallis posset inferri, & hoc idẽ sentit, Oldral. conf. 258. Andr. de Isern. in ca. 1. qui succede. tene. & ibi Afflic. num. 17. Rolan. a Valle conf. 1. num. 58. vol. 2. Ioseph. Ludoui. conc. 14. vers. Infertur quadragesimo tercio. Caueant igitur Reges, vassallos optimere, eis negare legum obseruantiam, quia licet vassalli nulla debeant de facto procedimenta facere, animaduertant tamen Reges, populum innocentem, pro se Deum Omnipotentem habere vltorem.

S V M M A R I V M.

Regalia conuocandi Curias in Catalonia, est superior, num. 1.

Regalia conuocandi Curias quare superior in Catalonia, num. 2.

Constitutiones, & capitula Curiarum in Catalonia dicuntur ius commune, n. 3.

Doctor Philipus Vinyes librum incepit de conuocatione Curiarum, num. 4.

Relata in hoc opere grauissimos habẽt authores, num. 5.

Curiarum congregatio ex quibus personis fiat, num. 6.

Brachium Ecclesiasticum in Catalonia ex quibus componatur, num. 7.

Brachium Militare in Catalonia ex quibus congregatur, num. 8.

Votum in Curijs qui habeant, num. 9.

Impeditus venire ad Curias, an possit mittere Procuratorem, num. 10.

Impedimentum prædictũ qualiter sit probandum, num. 11.

Brachium Regale ex quibus Constituatur, num. 12.

Brachia

CAPVT QVARTVM DE Regalia Conuocandi Curias.



1 Egalia hæc conuocationis Curiarum primo loco ame fuit cõstituta tanquam superior.Propterea quod, eam ex altioribus Principis apellet Calicius in Marga.fisci.dubio 8.casu 178. Oliba ad vsati. Alium namq; de iure fisci.cap.10.num.9 præcensit Mier.in prohemio Curia Reginæ Leonoris in Ciuitate Dertusæ col.7. tom.2. num. 1.pag.132.Bellu.in specu. Princi. Rubri.1.num.3. & ibi addi.Camilli Borrelli verbo *præsidere Princeps cum* ea in
2 hoc Principatu sit mater cæterarum, cum a Curijs depẽdeat tótum ius, quo Principatus Cataloniæ gubernatur. Cum in illis,Constitutiones, & capitula Curiarum fiant, quæ quo ad nos ius commune appellantur. Iuxta doctrinam Baldi in cap.vlti.col.8.verbo *circa hæc* de consuetu. Manti.conie&a. vlti. vol.lib.6. titu.7. num.1. Crauc. conf.589. num.9. Caualca. decil.30. a num.6.Molin.de Hispa.primo.lib. 3. cap.12.num.2.De materia Curiarum
3 librum edebat Magnificus Philipus Vinyes de Regio Consilio & in eo fisci Aduocatus. quẽ per discursus diuidebat magna eruditione & claritate (dignum opus tanto authore) cuius
4 quidem aliqua fracmenta typis mandata habeo(dolendum valde ne ad vltimum finem opus illud perueniat, cum eo in lucem edito, nil amplius esset perquirendum,nec euigilãdum)
5 de aliquibus ibi notatis vtar. Cum ea

quæ

quæ in hoc opere traduntur, non meà, sed aliena sint, & esse debent, vt scriptis authoritatem præbeam: contextura sola, mea est, Cum necesse sit ad resolutionem veritatis ex diuersis, & sparsitis locis, diuersa congerere, vt ex diuersis floribus, ramus fiat odorifer rus.

6 In conuocatione Curiarum, quæ ex tribus brachijs, seu stamentis constat, (vt vtar vocabulo adequato materiæ) iuxta tradita per Oliba ad dict. vsatl. cap. 8. num. 10. Calici. Marga. fisci. dub. 8. vers. 155. & 177. per nobilem Ludouicum de Paguera in suo libro post humo qui fuit impressus anno 1632. in cap. 5. Mier. ad constitu. Reg. Mariæ in Curia Barci. col. 1. cap. 34. num. 9. vi-
7 delicet Brachio Ecclesiastico, in quo interueniunt Archiepiscopus Tarraconen. seu Antiquior Episcopus, illo deficiente. Ceteriq; Episcopi & Capitula vniuscuiusq; Episcopatus, Abbates, Priores Conuentuum, habentium vasallos, & similiter Commẽdatores sancti Ioannis qui habent vasallos.
8 Brachiũ militare, quod conflatur ex Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Nobilibus, Militibus, seu alijs non militibus, si tamen habent vasallos, qui Curias ingrediuntur cum nota, quod non ingrediuntur
9 vt milites, sed tanquam domini vasallorum, & habent vorum in curijs, sicut quilibet miles, vt refert Cancer 3. tom. cap. 13. de iuri. Castro num. 35. Cali. in extragraua. curi. cap. 6. per totum, mi-
10 les verò qui iusta causa est impeditus, potest suum procuratorem ad Curias mittere. Pegue. cap. 18. num. 7. de quo impedimento. Creditur eidem iuranti
11 Peguer. ibidem. num. 9. debet autem Procurator esse miles Peguer. cap. 16. §. circa procuratores Regu. 20. dicens in Regu. 21. vnum militem non posse habere vltra quatuor mandata. Bra-
12 chium verò Regale, quod est tertium. Conflatur ex omnibus Ciuitatibus Regijs, & ex certis Villis Regijs specialiter nominatis in processibus Curiarum.
13 Prædicta tria Brachia corpus generale Curiatum faciunt. Ita quod licet conuocentur ad Curias Ciuitates, & Villæ, non tamen omnes Villæ. Sed illæ tantum, quæ solitæ, & assuetæ sunt intrare Curias. Ad Curias tamen non accedũt consules, siue iuraticearum, sed tantum Curias ingrediuntur Syndici respectiuè per eas creati. Iuxta formã Syndicatus traditã per Pegue. in suo post humo c. 19. Quæ reperiuntur abilitate, in processibus Curiarum recõditis in archiuis Regio, & domus Deputationis. Quæ vero reperiuntur ingressæ in vltimis Curijs quæ finitæ fuerunt sunt iuxta firmas, & subscriptiones sequentes Ciuitas Barcinone, Ciuitas Ilerdæ, Ciuitas Gerundæ, Ciuitas Dertusæ, Ciuitas Vici, Ciuitas Minorissæ, Ciuitas Balagarij.

Villa Perpiniani, Villa Ceruariæ, Villa Villa-Francæ del Panades, Villa Podij Ceritanij, Villa Tarregæ, Villa Bergæ, Villa Coquiliberi, Villa Granullariorum, Villa de Mataront, Villa Villæ-Francæ Confluentis, Villa Campi Rotundi, Villa Bisulduni, Villa Pratorum Regalium, Villa Villæ-Nouæ de Cubelles, Castrum de Pals, Villa de Salses, Villa Turricellæ de Montegrino, Villa de Arbucio, Villa Calidarum de Monte Bouino, Villa de Çarreal, Villa de Figueris, Villa de Tultirio, Villa de Volono, Villa Talarni, Villa de Crudillis, Villa de Argeles, Villa de Cabra, Villa Sancti Petri de Auro.

Prædictæ Villæ fuerunt habilitatæ & pro eis eorũ Syndici in Curijs anni 1599. vt est videre in volumine Cõstitutionum illius anni in fine, vbi leguntur firmæ earum omnium, quæ in dictis Curijs interuenerunt pro Bra-
14 chijs Ecclesiastico Militari, & Regali. Cũ autẽ hæc conuocatio, & congregatio horum trium brachiorum sit fienda ne-

da necessarium est, quod fiat ab aliquo
habente iurisdictionem, alias conuo-
catio esset nulla, etiamsi coniuncti or-
dinarent, vt probat Loceus in suo
lib. de iure vniuer. 1. par. cap. 3. num.
15 *66*. quod confirmat ex l. 2. cum glos.
ff. de decre. ab ordi. facien. l. 2. C. de
decuri. lib. 10. Bart. in l. 2. á num. 1. C.
eod. & in l. actor. col. 2. ff. rem ratam
haber. & in l. omnes populi. ff. de iust.
& iur. Rolan. conf. *90*. num. 3. vol. 1.
16 Mier. in procemio Curi. Reginæ Ma-
riæ in Curiis Barcin. nu. *36*. pag. 358.
tom. 2. & vltra id quod conuocans
iurisdictionem habeat, debet esse præ-
sens, iuxta Barrho. Socin. in l. 1. num.
24. & 25. ff. quod cuiusque vniuer.
17 Losa. vbi sup. num. *67*. iuxta quæ, in
hoc Principatu prædicta conuocatio
est fienda per dominum Regem, nec
18 potest eam facere per medium alte-
rius personæ, eidem hanc facultatem
committendo, seu delegando. Notant
authores supra citati, & signanter
Mier. in procem. Curia Reginæ Ma-
riæ, col. 10. num. 33. fol. 358. in illis
19 verbis: *Cum sit vna de regaliis affixis
ossibus domini Regis, & de præcipuis*, tra-
dit Marqui. in vsati. iudicium in Cu-
ria datum, cap. *6*. num. 17. dum loquẽs
de Curijs generalibus, siue parlamen-
tis, ait: *Est enim ipsissima Regis persona
in his actibus necessaria*, refert Oliba ad
dictum vsati. cap. *6*. num. 17. Peguera
20 in suo posthum. cap. 7. Hæc autem
suprema Regalia solet per dominum
Regem communicari Serenissimæ
dominę Reginæ, seu Primogenito ex
iusta causa, approbante Curia genera-
li, ex iusta causa illius absentiæ appro
bata. & debet esse generalis approba-
tio, & hoc sentit Iacob. Calic. in extra
grauata, curi. cap. 4. principali, num.
21 7. dum dicit: *Putò tamen, quod si domi-
nus Rex esset in expeditione armorum, &
dimisisset Locumtenentem Generalẽ Se-
renissimam Reginam consortem suam, cũ
speciali procuratorio celebrandi Curiam
generalem, &c. & sibi daret potestatem*
22 *specialem Primogenito suo conuocandi, &
tenendi Curiam, & hoc acceptaret, &
approbaret Curia, quod valeret ipsa conuo-
catio, & omnia inde secuta*; ponderan-
do illa verba: *Et hoc acceptaret, & ap-
probaret ipsa Curia*: prout de dominis
Regibus tenet, ac valet, quod appro-
bat Bellu. in specu. Princip. rubr. 1. n.
23 14. vers. & ideo, vbi ait: *Solent vt om-
nis fori dubitatio tollatur in hoc casu ne-
cessitatis Reginam, seu Primogenitũ ha-
bilitare*. Ex quibus apparet conuoca-
tionem, & celebrationem Curiarum
magis valere ex approbatione Bra-
24 chiorum, quam ex eò, quod dominus
Rex potuisset ex se (salua eius clemẽ
tia) prædictam Regaliam alteri com-
mittere.

25 Ex quibus in anno 1364. per Sere-
nissimum Regem Petrum, in Curiis
celebratis in ciuitate de Lleyda fuit
per eum delegata Serenissima Regi-
na Eleonor eius consors, & per Curiã
approbata, licet in illis Curiis vix
quidquam fuerit factum, vt refert Vi
nyes in dicto discursu progrediens,
quod in anno *1366*. conuocatis Curijs
in ciuitate de Tortosa, presidente do-
26 mina Regina Eleonore fuerunt Cu-
riæ celebratæ. Similiter refert Regi-
nam Mariam, vti Procuratricem Se-
renissimi Regis Ildephõsi in ciuitate
de Tortosa, celebrasse Curias in an-
no 1421. cum approbatione Curiarũ,
vt apparet de verbis ipsius approba-
tionis, in dicto discursu relatis extra-
ctis ab originali processu dictarum
curiarum recondito in Regio Archi-
uo fol. 22. vbi legitur quędam scri-
ptura præsentata per Abbatem Mo-
nasterij Beatæ Mariæ de Montserrat,
dictæ dominæ Reginæ, tenoris se-
quentis.

Los conuocats per vos molt excellent senyora muller, è Lloctinent General, è hauent especial potestat a las cosas deuall escritas del molt Illustre Rey Nalfonso per

gratia de D[illegible] [illegible] de [illegible] fi[illegible] [illegible] r[illegible]nant, [illegible] çiut[illegible] [illegible] Corts, [illegible] d[illegible] [illegible] de la C[illegible] [illegible] e per[illegible] [illegible] men[illegible] d[illegible] [illegible] [illegible]lica del Prin[illegible] de Cat[illegible]un[illegible]. [illegible] dupten, que lo cas [illegible] Corts, pogues esser comun[illegible] per so d[illegible] senyor Rey, a ni[illegible]guna persona de quaiseuol dignitat, o condicio sie, encara que en lo poder, e lloctinencia de aquella haje ex[illegible], o manament [illegible] de conuocacio de Corts, ans [illegible] parria que en propria persona del [illegible] senyor Rey conuocar, e celebrar [illegible] pertanyent [illegible] neces[illegible] [illegible] sa per [illegible] de constitucions [illegible] per los molt Illustres Reys [illegible] antecessors del dit senyor R[illegible], e per actes de Corts, [illegible] temps [illegible] celebrar o co[illegible] Corts [illegible] e per la persona d[illegible] dits senyors [illegible] fet [illegible] consentiment expres [illegible] las causas de las Corts de Cat[illegible]. E [illegible] [illegible] lo ca[illegible] [illegible] la p[illegible] [illegible] ment [illegible], e p[illegible] [illegible] pronacio de la cosa publica, [illegible] tota manera de d[illegible] [illegible] d[illegible] e gran [illegible] dels [illegible] [illegible] fots [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] senyor [illegible] [illegible] Tort[illegible] [illegible] [illegible] dits [illegible], que [illegible] [illegible] m[illegible] fet, e donat per [illegible] [illegible] sie fet [illegible] en [illegible] ridor tacitament, ni expr[illegible] ni indirect[illegible] al dit Princ[illegible] [illegible] ges de Barcelona, constitu[illegible] [illegible] [illegible] e Corts [illegible]

[illegible] [illegible] en general, o [illegible] particul[illegible] en vniuers[illegible] [illegible] Prelats, Eccl[illegible] [illegible] Magnats, [illegible], Militars, c[illegible] de Ciutats, e [illegible] las Reals atorgats, [illegible], o pertanyents, ans romanguē los d[illegible] [illegible] e habitants en aquell generalment e [illegible] particular en aquell punt [illegible] dret, e e[illegible] que eren abans d[illegible] dita conuocacio [illegible] Encara protestē, e s[illegible] tenē q[illegible] las presents Corts, conuocaci[illegible], e finament d[illegible] no sien, ni [illegible] xen tretes a [illegible] en [illegible] temps, en semblant [illegible], major, o menor no pus[illegible] esser engen[illegible] prejudici algu en proprietat, o po[illegible] [illegible] quasi a dit Principat, o Braços d[illegible] que [illegible] les quals prote[illegible]tions, o retencions, no [illegible] adepartir per nengun [illegible] contrari [illegible] [illegible] es aquella [illegible] [illegible] [illegible] e excepsions [illegible], o a[illegible]res, [illegible] [illegible] a present no curen, [illegible] [illegible] a con[illegible] celebr[illegible] [illegible] al [illegible] Senyor Deu [illegible] [illegible] celebrar, e finir a laor, e magni[illegible] [illegible] & tuicio de la Corona [illegible] molt Illustre [illegible] dit [illegible] de la cosa publica [illegible] sots [illegible] supplicant a vos molt excellent senyor [illegible] en [illegible] en [illegible] ab lo poder p[illegible] dit senyor [illegible] a [illegible] donats [illegible] insertad[illegible], e [illegible] en lo proces [illegible] [illegible] [illegible] Principat [illegible] [illegible] [illegible] General [illegible] Catal[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], & aliis [illegible] [illegible] R[illegible] [illegible] C[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]ta

27 Iuxta quem mo[illegible] [illegible] refert ibidem S[illegible] R[illegible] [illegible] Mariam, in ciuit[illegible] [illegible] anno 14[illegible] & in villa [illegible] M[illegible] anno 1435. curias celebrasse, & [illegible] habuit parlamentum in ciuitate de Barcelona, & in Tarragona, & Leyda in ann. 14[illegible]9.

28 Similes curias, cum approbatione brachij [illegible] fuisse celebratas de anno 14[illegible]6. per Serenissimum Regē Ioannem Regem Nauarræ vti fratrem, & locumtenentem Serenissimi Regis Ildefonsi refert.

29 Alias curias celebratas fuisse anno 1473. per Infantem Ferdinandum filium Serenissimi Regis Ioannis.

30 Alias similiter celebratas refert de anno 1512. per Serenissimum Regem Ferdinandum vocatum Catolicum, in quarum conclusione delegauit Serenissimam Reginam Germanam, eius consortem. cuius interessentia, cu[illegible] fuerunt celebratæ.

31 Aliam curiarum celebrationem refert de anno 1547. per Regem Philipū filium Imperatoris Caroli Quinti in villa de Monso, tanquam approbatum in initio curiarum quæ acceperant in anno 1542. quod idem obseruatū fuisse atestatur de anno 1528. in curijs celebratis per [illegible] Imperatorem Carolum in villa de Monso, in quibus per curiam [illegible] habilitatus Ferdinandus de Ar[illegible] Calabriæ. similiter [illegible] pum Quartum in ciuitate de [illegible] lona ceptæ in a[illegible] rogatæ, [illegible] per[illegible] fantis Ferdinandi [illegible] sui, [illegible] expirarunt.

32 Prædi[illegible] a[illegible] habent locum [illegible] vero [illegible] oro [illegible] quo [illegible] mo [illegible] cum

33 [illegible]

parlamentum, quod [illegible] re Infans [illegible] 1487. co[illegible] dissentit D[illegible] ert autem [illegible]

a curijs in hoc, quod [illegible] curiarū fit, pro omnibus negotijs concurrentibus vniuersale interesse [illegible] Prouinciæ. Conuocatio autem pro Parlamento; fit ratione alicuius negotij particularis, vt ex Mieres, & alijs refert Michael Ferr. 1. par. obser. c. 14. docens, easdem personas esse conuocandas pro Parlamento, atq; pro curijs. tradit etiam Mier. in proœmio curia. Reginæ Mariæ in curia Barcin. col. 10. pag. 60. n. 25. vnum tamen est. quod [illegible] Parlamentum potest vnq[illegible] [illegible] casū [illegible] ab alia persona, quam Regis. videlicet per Gubernatorem Catholi[illegible] vt refert Mier. [illegible] fol. co n. 44. [illegible] ita [illegible] per [illegible] de Calcio in suo [illegible] in [illegible] ex [illegible] c. 4. n. [illegible] Ga[illegible] C[illegible] per mortem Regis [illegible] Mich[illegible] 1. p. [illegible]

[illegible] Suri[illegible] Marti[illegible]

Curia [illegible] constitutiones, [illegible] approbatione Regis [illegible] tempore Regis [illegible] 1283. habuit [illegible] vt refert [illegible] de [illegible] n. 4[illegible] alia enim [illegible] vnita, c[illegible] nullius [illegible] momenti, [illegible] vnius corporis, ex [illegible] tanquam capite illius

illius, quod probatur ex toto Titulo *de celebrar Corts.* & constit.1. titu. de vsat.consti. *y altres drets*, in illis verbis: *De aprobatio, y consentiment de Prelats*, &c. quibus etiā verbis vtitur Rex
40 in dispositione cōstitutionum in hac prorumpens verba: *Statuim, è ordenam de aprobatio, è loacio, ò consentimēt de la present cort*; & in principio processus, qui formatur in conuocatione curiarum omnium, & in hoc concordant practici omnes Catalani. Olib.ad vsa. alium namq; c.1.n.17.& de actio.t.p. lib.3.c.2.n.14.præcensit ante eū Calici. Margati. fisci.dubi.8.ver.16.& in vsati.cum dominus Raymundus nota.5.& in extragraua.curi.c.2.4.6. & in vsati. hæc sunt vsualia num.3.vnde
41 (salua Regis clemencia aqua hæc libertas emanauit) dici solet. quod Rex sine brachijs, non potest cōstitutiones facere. neq; ex hoc diminuta dicitur Regia potestas cum ab ea emanauerit. latè hoc probat Castillo Remirez in tracta. de lege Regia. §.4.n-11.& 13.ex
42 quibus dicit Remirez, ibidē quod Rex vna cū curijs est supra ipsum solū. eadem etiam authoritate fiunt aliæ iuris dispositiones, que vulgo dicuntur
43 capitula curiarū, quæ quo ad validitatem, & obseruantiam, idem robur habent, quod cōstitutiones. differunt tamen in hoc videlicet, in modo illa faciendi. quia constitutiones fiunt per Regem, & curiam simul statuentes, & loquentes, & sic incipit constitutio: *Statuim, y ordenā.* capitula verò curiatum, fiunt ad instanciam brachiorum,
44 aut duorum, aut vnius. Inter se dispo nentiū, quæ eis conuenire iudicant. & ordinato capitulo, illud offerūt Regi, qui illud decretat simpliciter, si ei placuerit illius dispositio, sub his verbis: *Plau à sa Magestat*, aut cōdicionaliter sub his verbis: *Plau à sa Magestat, ab tal, y tal manera*, &c. provt hoc reperitur. in diuersis capitulis curiarum, sitis in diuersis titulis cōstitutionum de modo verò faciendi cōstitutiones, & capitula refert Andreas Bosc plura in suo libro dels titols de honor lib.5. cap.1.§.2. vers. differencia entre.

De securitate venientium ad curias, vide notata infra c.37. de Regalia vsatici authoritate, & rogatu.

SVMMARIVM.

Regis potestas magna est, num.1.

Omnia intra Regnum sunt sub protectione Regis, n. 2.

Iurisdictio omnis præsumitur Regis, num.3.

Regi pertinet punire, & honorare subditos, n.4.

Regalis dignitas est Honorifica, & onerosa, n.5.

Populus vniuersalis inter quos diuidatur, num. 6.

Nobiles à plebeis quando differant, num.7.

Respublica inter quos diuidatur, n.8.

Rex inter Rempublicam non connumeratur, n.9.

Differantia inter omnes, ex quo causetur, num. 10.

Rex diuersificat gentes, & quomodo, num. 11.

Ducalis dignitas est prima, num.12.

Dux, vel Comes, quis dicatur, num.13.

Ducalis dignitas quo tempore incoauerit, num. 14.

Ducalis dignitas an fuerit prestantior Comitali, num. 15.

Comites quot modis dicantur, num.16.

Comitis nomen quid significet, num. 17.

Comites à quo creabantur, num.18.

Comites Barcinonen. antiquitus non creabant Comites, num.19.

Comites Barcinonenses in principio subsistebant Regi Franciæ, num. 20.

Comites Barcinonenses quando fuerint liberati à subiectione Regis Franciæ, num. 21.

C *Rex*

Rectores

Cap. 5. De Regalia creandi Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, Nobiles, Æquites, Ciues Honoratos, Mercatores, & Notarios.



1 REGVM Suprema potestas, satis ex se notoria est, quamque grandis sit, cum ab ea omnia táquam a sua fonte emaneant, iuxta illud, quod refert Afflic. in consti. Neapo. q.17.n.1. & alij quos ipse allegat, afferentes omnes, quod omnia
2 quæ intra Regna sunt, quatenus attinent ad potestatem, subsunt domino Regi. glos. in l. Barbarius, in fine. ff. de offi. Præto. quare cũ circa iurisdictio-
3 nem, ipse Rex habeat fundatam suam intentionem, vt dicit Panor. in c. si diligenti extra de præscrip. & ei omnes sint subditi, nil mirum, si ei pertineat, inferiores honorare, cum eos punire eidem incũbat. Afflic. in cõsti. Neapo.
4 titu. de priuile. eorum, qui citati extra ciuitatẽ non veniũt n.4. latè, & doctè refert Philipus Vinyes in suo lib. de conuocatio. curia. in inicio discursus octaui, & latè, ibi confirmans. ex ele-
5 gãti dicto diui Gregorij lib.14. mora. c.26. vbi dignitatem Regiam honorificam appellat, & onerosam in illis verbis: *Potestas accepta honor, & onus existimatur.* Olib. in viati. aliam namq; c.7. n.77.
6 Vniuersum autem Populum diuidi generalius, in nobiles, & plebeios, tritissimum est principium; intelligendo sub nomine *Nobilium* omnes qui à plebeis quomodocunque diuisi sunt. iuxta notata per don Ludoui-
7 cum à Peguera in sua praxi. cap. 4. num. 1. dum Rempublicam in tres partes diuidit videlicet, Regem,
8 Ciues, & Plebeios. licet meo iudicio, Princeps inter partes Reipublicæ, connumerari non debeat. propter
9 eius superioritatem, idem tradit Bosc in suo libro dels titols de honors lib.3. cap.3. pag. 314. col.2. verb. *De aqui se ha de entendre*, iam de primeuo iure est Tex. in authentico de defensoribus Ciuitatum, §. primum illud, & ibi glos. verbo *Nobiliores*, l.1. C. de condi. in publicis orreis lib.10. l. cohartalis. C. de cohar. lib. 10 l. 2. §. deinde. ff. de origi. iur. refert Ioan. Garcia de Hispan. nobili. glos. 6. num. 15. & glos. 1. differentiam au-
10 tem inter eos, oriri, ex magnificencia, quam Reges exercent, eos honorando, cum titulis honoris. videlicet
11 Ducatus, Marchionatus, & aliorum

de quibus ſeparatim,ſummariè tamen
aliqua hic referam.
12 Ducalem dignitatem primam eſ-
ſe,experientia docet.cum cęteris om-
nibus præcedat. quis autem dicatur.
Dux, vel Comes traditur in titu.10.
13 quis dicatur Dux, vel Comes in vſi.
fœudo.hic enim Titulus,iam de tem-
pore Gotorum exiſtebat,iuxta tradi-
14 ta per Alfonsũ Lopez de Aro. in ſuo
libr.in ſcripto. *Nobiliario genealogico*,
lib.9. cap. 13. par. 2. & etiam tradit
frater Ioannes Madriaga in ſuo li-
bro. *del Senado, y ſu Principe*,cap.12.
vbi ait iſte. quod antiquitus magna
fuerat controuerſia. quis preſtantior
Titulus eſſet, Ducalis, ſeu Comitalis.
15 conſtituendo differentiam inter eoſ-
dem Comites,dicens.Comites eſſe in
duplici differentia,quia vni diceban-
tur Comites Palatini.eo quod eſſent
16 Regis Conſiliarij , & Conſilijs ſuis
adeſſent. Alij ſimpliciter Comites
nominabantur. & iſtis regimen Ci-
uitatis commitabatur. Hoc nomen
Comes. idem ſignificare quod nomen
17 *Acronte* Græcum quod Principem
ſignificat.Madriaga vbi ſupra cap.12.
§.3. Comites enim ſolum creabantur
ab illis.qui ſuperiorem nõ recognoſ-
18 cebant , & licet Reges non appella-
rentur,habebant tamen in ſuis locis,
& exercebant iura Regalia. & tene-
bant locum Regis.ab eoq; ſolo nomi-
ne differebant. iuxta tradita per Pa-
riſ.de Puteo de integra fœudo.cap.t.
à num.3. cum ſequen.Vnde Comites
19 Barcinone,nõ creabant Comites.vſq;
ad Comitem Vvifredum Secundum.
vt refert Oliba in dicto vſati. cap.6.
num.5.quia omnes.Comites Barcino-
ne ſubditi erant Regi Franciæ, anno
20 enim nongenteſimo, per Carolum
Caluum Regem Francorum nepotem
Caroli Magni, fuit Comes Barcino-
ne liberatus à recognitione fœudi
21 Comitatus Barcinone.faciunt tradita
per Marqui. in vſati.ſtratæ, fol.208.
22 pag.1.& col.2.vbi ait. Carolũ Regem
Chriſtianiſsimum, in honorẽ nouem
Ordinum Angelorum, creaſſe in Ca-
talonia nouemComites,nouem Vice-
comites, nouem Nobiles , & nouem
Vaſuaſores.
23 Sed quidquid ſit de Regalia eos creã-
di,ſufficit conſtare. dño Regi ex ſua
ſumma ſuperioritate competere,tan-
quã ex iure Regaliæ ſupremæ,eos crea-
re.Tiraquel,in tract.de nobil.c.6.n.2.
ſeu illis,qui iura regalia exercent,li-
cet nomine Regis non appellentur.
Iuxta relata per Oliba.ad dictũ vſati.
aliũ namq; c.3.à n.14. provt de Duce
Sabaudiæ,& aliis refert Bouadi.in ſua
Politi.tom.1.lib.2.c.16. n.20.faciunt
tradita per dictũ Madriaga. & Lopez
de Aro ad quos. poterit recurrere cu-
pidus Lector ſciendi omnia circa prę-
dictos honores titulorũ videlicet de
Marchionibus apud dictos Lopez à
24 c.13.lib.9.cum ſequen.& dictum Ma-
driaga in libro del Senado, y ſu Prin-
cipe c.52.cum ſuis §5. de Marchioni-
bus videri poterit nobiliariũ genea-
25 logicum.lib.10.c.5.cum ſequen.to.2.
& de Comitibus , quo modo crea-
bantur.latè lib.1.c.1.in dicto nobilita-
rio cum ſequen.& quod ex nomina-
26 tione Regis,ſi non conſtet.de expreſ-
ſa voluntate creandi , non dicatur
Comes Cancer.3. par.c.3. num.9. &
ibi relati per eum.Bouadi. vbi ſupra
á num.5. Tiraquel.de nobilita.cap.6.
num.24.
27 Eſt autem aduertendum. quando
verba Principis pronunciantur in
creatione Ducatus , Marchionatus,
Comitatus , & cæterarum dignita-
tum. videlicet. an dirigantur ad lo-
cum , vel ad perſonam. quia ſi di-
rigantur ad locum , talis digni-
tas realis dicitur. & quilibet poſ-
ſeſſor illius , nominatur titulo. quo
locus eſt inſcriptus. ſi verò verba,
ad perſonam fuerint directa , tunc
ille ſolum erit dignitate illa hono-

tatus

ratus.& non egredietur illius perso-
nam ita resoluit Cancer. lib.3, varia.
c.4. à n. 324.

28 Milites etiam creare, pertinet ad
dominum Regem, quàm nobilitatem,
politicam apellat Tiraque. de nobili.
c.6.n.1.& 2.& est suprema eius Rega-
lia, iuxta tradita per Bar. in l.1. n.78.
de dignita. & honori, & alios, quos
tradit Oliba de iure fisci c.3.n.69. &
Calici. in Margari. fisci dubio 8.n.93.
& in extragraua. curi. nu.83. vbi ex-
pressè ait. quod solus Princeps in Ca-
29 talonia potest facere hominem pedis
militem, quod confirmat ex l. nemi-
nem C. de re milita. lib.12. & ex tradi-
tis per Bar. in l. si vt proponis. C. de
digni. lib.12. idem Calici. in Marga-
rita fisci, dubio.8. vers. Nonagessimo-
tercio. idem prohibitiuè ad alios atte-
statur Grego. Lopez glos.1.l.11.tit.21.
parti.2.& glos.2.l.1.titu.25.parti.4.&
de Regina quod possit milites creare
30 idem Grego. Lopez glos.2.l.1.titu.25.
parti. 4. & glos. in l. 2. titu.2. par-
ti. 2.

In alijs verò Prouincijs, solent mi-
31 lites creari à Ducibus, Marchionibus,
Comitibus, qui superiorem non re-
cognoscunt. Eo quod iura superioris
dominij habent. Oliba. vbi supra n.79.
Tiraque. de nobilita. c.6.n.7. vbi asse-
rit. nobiles, & milites creatos. ab infe-
rioribus ab Imperatore, seu Rege,
postponi creatis à Cesare. Latè pro-
sequens quomodo milites, & nobiles
fiant. & ex hac superioritate, creandi
milites, ex plebeis, etiam si non re-
periantur in exercicio, deciditur illa
quæstio, de qua meminit Cãcer. lib.3.
var. c.3. à n.318. vbi disputauit an casu,
quo dominus Rex concesserit alicui
32 iurisdictionem amplissimam alicu-
ius villæ, possit postea aliquem, ex
subditis illius militem creare, eo quod
subditum eximit à iurisdictione Ba-
ronis, & eum facit subditum Vicario
Regio illius Vicariæ, intra quàm est
33 situs locus originarius, seu domicilij
noui militis. Cum milites de iure Ca-
taloniæ subsint Vicarijs. seu Regen-
tibus Vicarias, iuxta tradita per Mier.
col.2.c.55. de foro mili. to.1.pa.65. Mar-
qui. in vsati. ex magnatibus, fol.264.
col.3. vers. Et licet prædicta. Cali. in
prerogati. mili. á n.30. Cancer. lib.2.
c.2. à n.140. resoluitq; dictus Cancer.
dicto c.3.n.318. potuisse dominum Re-
gem post dictam concessionem, facere
34 quemlibet ex plebeis militem. quia
creatio est de supremis Regalijs iuxta
tex. & ibi scribentes in l. neminem
c. de re mili. lib.12. & in l.1. c. qui mi-
lita. possint. hanc sententiam te-
net Rollan. à Valle cons.1. num.41.
tom. 2.

35 Vnde autem traxerint originẽ mi-
lites, & quæ differentia sit inter eos
quos Catalane appellamus, *Donsells,*
y Cauallers, vide Bosch in suo libro
36 dels titols de honor lib.3. cap.3. cum
omnibus suis §. §. vbi latissimè hanc
materiam refert.

Licet autem prædicta facultas com-
petat domino Regi creandi milites,
ex plebeis vassallis alicuius Baronis
37 iuxta supra dicta, & Calici. in Marga-
ri. fisci dub.8. num.27. casu, 177. n.11.
casu.203. est tamẽ licitũ eidẽ Baroni
(si vult) nouum militem obligare,
vt bona propria immobilia, quæ in-
tra terminum, & iurisdictionem suam
habet, transferat in alium plebeium,
ex priuilegio per dominum Regem
38 concesso Baronibus, quod est Inser-
tum in 2. tom. constitutionum inter
pragmaticas, sub titulo de priuilegis
Militars, quæ Pagmatica est Regis
Ferdinandi Secundi, dat. in villa de
Monso die 22. Septembris anni 1320.
iuxta quàm bis in Regia Audien-
tia fuisse declaratum, refert Can-
cer. dicto cap. 3. num. 322. tom. 3.
variar. quod quidem videtur allu-
dere. ad doctrinam Bartoli. in l.
incola iam muneribus, ff. ad muni-

Nisi vassallus creetur miles de con-
sensu Baronis, quia hoc casu non po-
terit eum expellere, quia consentien-
do sibi præiudicauit. cum consentire
facto plus sit, quam verbis. argumen-
to l. de quibus, ff. de legi. notat Bal. in
sua Margari. verbo statutum, verbo
penul. l. 3. §. falsus. ff. rem ratam habe.
c. dilecti. de appella. Gamma decis. 51.
num. 8. Cancer. tom. 2. variar. cap. 1.
de mino. n. 51.
39 Creat dominus Rex Ciues Hono-
ratos. qui in omnibus æquiparantur
militibus, excepto quod curias non
40 ingrediuntur, quia in eis votum non
habent. & quotidie experimur domi-
num Regem eos creare. vnde autem,
& quo tempore traxerint originem
41 Ciues Honorati, refert Bosc in suo li-
bro dels titols de honor. lib. 4. c. 9. vbi
etiam de Burgensibus, qui in villis Re-
galibus habetur, sicuti in Ciuitatibus,
Ciues Honorati. Bosc dicto lib. c. 29.
42 & 30. & licet ciuitas Barcinone soleat
singulis annis prima die mensis Maij
creare Ciues Honoratos, iuxta tradi-
ta per Anto. Oliba. ad dictum vsati.
Princeps namq; c. 5. n. 80. & post eum
per laboriosum, & doctum Petrum
Fōtanella tom. 1. decis. 211. per totam,
hoc tamen est, ex facultate. & priuile-
gio à domino Rege concesso. vnde
43 concurrit Ciuitas in creatione Ciuiū
Honoratorum. non quod ciuitas, vel
ciues in matricula scripti, possent
alios facere, nisi hoc eis prius ex pri-
uilegio Regio fuisset concessum.
44 Licet autem hæc regalia sit de su-
perioribus, & videatur non posse se-
parari à Regio diademate, hoc intelli-
gendum est abdicatiuè, ita quod do-
minus Rex dedisset ciuitati de Barce-
lona facultatem creandi Ciues, ita, vt
ipse Rex non posset alios facere, nam
in hoc consideratur ius supremæ Re-
galiæ, ex quo dicitur afixa, & ideo.
Inseparabilis Fontan. dicta decis. 211.
num. 5.

45 Ex hoc, quod non sit separabilis
priuatiuè, euenit, quod cum Rex Phi-
lipus Secundus, cum suis Regijs pri-
uilegijs, creasset in Ciues Honoratos
Iacobū Dalmau, & Iosephū Dalmau,
fratres, Petrū Casuo, Rafaelē Çafont,
Hieronymum Rubio, & Iosephum
46 Rouirola, & prædictis fuisset lis in
Regia Audientia mota, per Galceran-
dum Romeu Ciuem Honoratum, &
alios, ex matricula Ciuitatis, & lite
vertente in Regia Audientia ad rela-
tionem nobilis Ioannis Sabater fuit
sententia lata, insequendo conclusio-
47 nem die 29. Aprilis 1588. in, & cum
qua, fuit declaratum. prædictos Ciues,
per dominum Regem creatos, descri-
bēdos esse, in matricula Ciuium Ho-
noratorum recondito in Archiuo
dictæ Ciuitatis. & à cætero eos inter-
uenire debere, in cæteris creationi-
48 bus Ciuium Honoratorum, quæ sin-
gulis annis fiunt die prima mensis
Maij. quæ sentencia, cum sit Regiæ
Audientiæ (quæ consilium est supre-
49 mum) apud inferiores vim legis habet
Afflic. decis. 383. n. 8. Meno. con. 400.
n. 65. Peregri. con. 91. n. 29. quos re-
fer Cancer. 3. p. c. 3. n. 74. dicens idem
asserere Cabedo. decis. 212. n. 7. 1. p.
Et antequam dicta sentencia profer-
retur, Serenissimus Rex Philipus Se-
cūdus, cum suis litteris dat. &c. Ma-
drid. 16. Februarij 1588. directis Con-
50 siliarijs Barcinone, vtendo suo iure,
(cuius est interpretari sua priuilegia.
Licet cōtractus suos non possit.) Ca-
lici. in Margari. fisci. dubio. 8. n. 20.
singula. 141. Cancer. tom. 3. vari. c. 3.
n. 74. declarauit mentem, & intentio-
51 nem suam, in nominatione prædicto-
rum Ciuium, dicens, quod prædi-
cti. Dalmau, & cæteri per eum crea-
ti Ciues Barcinone Honorati, in
omnibus, & per omnia essent, ac qui
si fuissent creati per Ciuitatem, &
Ciues Honoratos illius, & quod dis-
criberentur in libro, seu matricula
Ciuitatis,

Ciuitatis, & quod à cætero, haberent votum in domo Ciuitatis, in creatione, & nominatione fienda singulis annis die prima mensis Maij.

Postea verò, Serenissimus Rex
52 Philipus Tertius in curijs celebratis Barcinone anno 1599. concessit priuilegium Ciuitati, & Ciuibus creatis in ea, quod ciues honorati creandi à cætero per dominum Regem, non haberent votum in creatione prædicta, quæ singulis annis fit die prima Maij, & sic creati à domino Rege, à die concessionis dicti priuilegij, si vellent habere votum non admitterentur. Sed repellierentur, & eis *ostium* claudaretur, & eis possunt resistere *per ostiorum clausuram*, quod priuilegium fuit dat. Barcinone die 13. Iulij 1599. & extat registratum in Archiuo Regio. In diuer. locumtenen. quinto, fol. 230. similis sentencia prædictæ fuit lata ad relationem dicti no-
53 nobilis Ioannis Sabater die 12. Decembris 1602. in causa, ad eius relationem vertente, inter Micaelem Ioannem Sanartes ciuitatis de Gerona, & Iuratos eiusdem. Eo quod ciuitas de Gerona, nolebat admitere in ciuem honoratum illius dictum Micaelem Ioannem Sauartes nominatum per Serenissimum Regem Philipum eo quod, ad dictam Ciuitatem solum admittendi erant, qui in ea fuerunt creati, & fuit declaratum, prout, in prædicta sentencia ciuium
54 honoratorum de Barcelona. Eo quod licet dominus Rex dederit facultatem prædictis Ciuitatibus, creandi ciues honoratos, non tamen ex ea voluisse, a se abdicare facultaté creandi. Cum hæc sit suprema Regalia,
55 quam sibi reseruauit non enim dicendum est dominum Regé ampliorem facultatem alijs dedisse, quàm sibi reseruauit, c. dudum de præben. in 6. verbo *Nosigitur*, c. per hoc. 17. de hæreti. in 6. l. fin. C. de iurisdic. omni. iudi. Craue. consil. 126. Gonsa. in Regul. Cancellariis. §. 2. ex proœmio. nu. 45. Mastri. de Magist. lib. 3. c. 6. per totum. quia persona loquentis, non venit in
56 generali concessione l. si mercedem. 52. §. si habitatoribus de actio. emp. Anto. Gabri. commu. opinio lib. 6. tit. de verbo. signi. conclu. 9. maximè in
57 persona Principis, quæ non præsumitur, voluisse imponere sibi legem, c. 1. in fine de prohi. feudi aliena. Meno. de presl. lib. 2. præs. 18. n. 4.
58 Ex quibus etiá fit, quod, licet creare Mercatores, qui certis priuilegijs gaudent, cócesserint Serenissimi Reges Consolatui Logiæ Maris, vbi de mése Aprilis singulis annis solét Mercatores creari, & in libro Matriculæ dicti Consulatus Logiæ describi non tamen (vt dictum est) dominus Rex
59 à se abdicauit facultaté creandi alios, provt cũ suo priuilegio, creauit Mercatorem Baudilium Michaelem Sonies oriundum. Ciuitatis de Gerona dato Madrid die 8. Iunij 1623. contra quem litem contestatus fuit Consulatus Logiæ Maris, prætédendo, quòd ipse solus poterat creare Mercatores de Matricula, qui gauderent, priuilegijs, prærogatiuis, & immunitatibus
60 dicti Consulatus, & dicta lite prosecuta in Regia Audientia, ad relationem magnifici Francisci Aguilò, fuit lata sentencia die 22. Aprilis 1625. in & cum qua fuit declaratum. potuisse dominum Regem nominare, & Mercatoré creare dictum Baudilium Mi-
61 chaelem Soues, qui in omnibus, & per omnia erat verus Mercator. & gaudebat omnibus gratijs, priuilegijs, libertatibus, & prærogatiuis, quibus, gaudent Mercatores creati per Logiam Maris, tam circa inbursationem omnium officiorum, tam Ciuitatis, quàm Logiæ, ac si vere fuisset creatus in eodem Consulatu, & cum approbatione Consilij Ciuitatis, iuxta formá, qua singulis annis fiunt.

Mandando

Mandando Consulibus Ciuitatis, &
Consulibus Logiæ, quod cessarent a
molestijs quas inferebant dicto Sô-
nies. & quod posset imbursari in bur-
sis, ex quibus extrahuntur Consules,
& cæteri Officiales, tam in domo Ci-
uitatis, quàm Logiæ. Cum non posit
dominus Rex à se abdicare faculta-
tem prædictá. quibus latè noster Fon-
tanella (post hęc scripta in lucem edi-
tus) decisionem longam fecit tom. 1.
decis. 294.

Et respectu nominationis Curri-
62 torum Collis fuit similiter declara-
tum in Regia Audientia die 27. Iulij
1557. in causa Ioannis Baiola Curri-
toris creati per Regem.

Create Notarios dixi esse de Rega-
63 lijs domini Regis, sed vt perfectè mo-
dum eos creandi sciamus aliqua de
Notariatu hic referam, vt perfectius
hæc Regalia percipiatur.

64 Reiecta totaliter illa disputatione
an Notariatus esset officiũ vile. quam
breuiter attingam, (cum meo iudicio
indigna sit tractatus quæstio) verũ nõ
defuerunt, qui eam tenuerunt quos
referr Bouadilla in sua Polit. tom. 2.
lib. 3. c. 14. n. 43. & ibi glosa. Tamen
65 Notariatus magnæ æstimationis est,
& magnam habet authoritatem, & le-
galitatem inse, propter magnam fidu-
ciam, quàm de Notarijs facimus. Vn-
de dicebat Bouadilla dicto c. 14. n. 40.
66 quod duo officia reperiebat, quibus
deseruiendum erat per probatissimas
personas, & inculpatæ tutelæ. Pri-
mum erat officiũ Pharmacopolæ; cum
67 ab eis pendeat hominum vita. aliud
officium Notarij, cum ab eo depẽdeat
omnia bona. ex quo Imperatores No-
tarius Honorius, & Arcadius. in l. 1.
C. de littera. custodia. lib. 12. & in l. 1.
C. de eden. in fine eos honorarunt, vt
ex mente Cornei. cons. 199. circa pri-
mum lib. 1. & licet aliqui constitue-
68 rint differentiam, inter Notarios or-
dinarios, & Secretarios domini Regis.

tamen quo ad honorem, & ordina-
riam, æstimationem suarum perso-
narum, æquales sunt. Iuxta tradita
69 per Petrum Roca in sua praxi causa-
rum ciuilium. c. 1. n. 10. quos allegat,
& sequitur Bouadilla vbi supra n. 43.
glos. littera D. pag. 329. & multa alia
in eorum honorem refert, n. 45. glos.
70 littera D. Bosc in lib. titols de ho-
nor. lib. 4. c. 10. §. 2. sed cum principa-
le institutum sit agere hic, de facultat-
te eos creandi, quæ est de Regalijs
ideo dicto, quod creatio Notariorum
est Regalia, quia domini Reges fue-
71 runt, qui eos crearunt, & authorita-
tem, quàm habent, eisdem concesse-
runt. Iuxta tradita per Petrum Gre-
gor. in tracta. sintag. iur. 3. par. lib. 47.
c. 41. Grego. Lopez in l. 3. titu. 19. par-
ti. 3. glos. littera B. ex mente Abba.
& Inno. in c. cum. P. tabellio de fide
instru. Specula. in titu. de instru. edi-
tio. §. restat cola. 6. & 7. & ex alijs, ibi
relatis, & eadem lege Grego. Lopez
glos. fina. Mier. ad consti. Reg Petri 3.
c. 5. n. 5. col. 6. tom. 2. pag. 69. vbi n. 4.
72 ait quod *Tabellio* (qui idem est atque
Notarius) creatus Regia autoritate
potest exercere officium in terris
Ecclesiæ, secundum opinionem Baldi.
qui scribẽs super Innocẽ. in c. cum P.
tabellio de fide instrumen. hoc dicit.
datq; rationem, dicens: quod officium
Notarij non habet iurisdictionem.
73 Sed licet dicta opinio fuerit Baldi,
contraria verior est. Iuxta tradita per
Cancer. 3. tom. c. 2. de inuentario. vbi
examinat quæstionẽ. an inuentarium
receptum de bonis laici, per Nota-
rium Apostolicum, sit validum. & re-
soluit. quod non, cõfirmans suam opi-
nionem argumento à paritate ratio-
nis, ex doctrina Lupi in Rubri. de
don. inter vir. & vxor. in introductio-
74 ne. n. 21. & l. 3. tauri à n. 40. qui dice-
bant, quod quemadmodum Notarius
secularis, non potest interuenire in
negocijs mere spiritualibus, ita ne-
que,

que. Apostolicus Notarius, potest interuenire in negocijs secularibus. & hoc idem adnotasse Fabrum in l. sciendum.C.de dona. Couar. Practi. quæsti. c.19. Petr. Rebuf. in consti. Regni to.1. Titu.de littera.obli. Paria dor.lib.2.rerum quotidia.1.p.c.fin. Cancer.3.tom.c.2.n.232.

75 Licet autem dictum sit, Notarios Apostolicos non posse recipere instrumenta laicorum, hoc absolute in Cataionia locum non habet, quoad *Rectores*, & eorum Vicarios in sua Parochia. quia declaratū est diuersis Regijs sentencijs in Regia Audientia. quas refert Cācer.dicto c.2.n.233. licere Rectoribus. & eorum Vicarijs quæcunque instrumenta intra suam Parochiam recipere. provt est videre ex traditis per don Ludouicum à Peguera tom.1.decis.146.à n.1. cum sequen. & ante eum retulit Michael. Ferr.3.p.obserua.c.107. circa finem.

76 Ex cuius capitis contextura nullo fundamento legitimo fundari, sed ex cōsuetudine, & propter cōmoditatem Parochianorū forsan, initium duxit. seu quod aliquæ Scribaniæ à Rege fuerunt concessæ Parochijs, & earum Rectoribus, vt colligere voluit idem Michael Ferrer. ex constitutione incipiente *Restituint* in titulo de violentia, y restitutio de despullats.

Igitur dominus Rex solus est, qui
77 potest creare Notarios. Ex quo dicendum est, quod licet dominus habens iurisdictionem ciuilem, possit deputare ad causas suæ iurisdictionis
78 aliquem scribam, ex l.1. ff. de iuris omnium iudicum, c.statutum, §.Notariorum de rescrip.in 6.sensit.Abb. in c. cum P. tabellio de fide instru. & ibi Felin.quæst.10.Boua.tom.1. lib.2. c.16. n.43. quia Notariatus, non est officiū, sed.munus.vt atestatur Afflic.
79 in titu. de regal. §.potestas. n.51. ex glos. in c. quamquam de vsur. in 6.
80 Hij tamen propriè non dicuntur Notarij, sed Scribæ dictarum causarum, quia per eum solum, acta iudicialia sunt scribenda, & non per alium.l.In fraudem, §. quoties. ff. de iure fisci. ex quo Tex. dicebat Bal. in l.1. circa
81 finē, C.de Sportu.quod si alius scriberet acta iudicialia, non valeret processus.Gramma. cons.66.n.5. in ciuilibus Marqui.in vsati.Baiulia col.fin.
82 vbi aserit.quod habens concessam iurisdictionem, censetur habere omnia concessa, sine quibus iurisdictio exercal non potest.l.2.ff.de iurisdic.omni. iudi. & sic bis fuisse decisum in
83 Regia Audiētia atestatur Cancer.lib. 2. vari.c.2.n.62.& casu quo dominus Iurisdictionis non nominasset scribā, posset Baiulus suo nomine nominare. quia nominatio Officialis particularis ad vnum actum, non est actus
84 iurisdictionis, ex alijs relatis à Cancer. vbi supra num.64.idem atestatur Cancer.3.tom.varia.c.13.n.299. confirmans hoc ex l.obseruare §.post hoc ff.de offic. Procon. tradunt Doctores in l.est receptum.ff.de iuris.omni.iudi.& in l.fina.C.eod.tit.vbi Iason. Si
85 tamen dominus Rex, comunicasset facultatem creandi Notarios alicui vniuersitati. valeret.& ex causa huius communicationis huius Regaliæ.posset vniuersitas Notarios creare, sicut creat ciuitas Barcinonæ, vt refert Oli-
86 ba.ad dictum vsat.c.6.n.44.hoc enim casu, qui facit.nō à se facere videtur. Sed nomine illius, à quo facultatem
87 habet l.1. §. omnia, C. de vete.iure enucle. Regula iuris, qui per alium facit in 6. Afflic. quæ sint Regalia in vsi.fœudo.in princ. n.69.
88 Sunt in Cataionia homines dicti de Honors, vulgariter dicti *Negocians*. qui mecanica arte omissa, viuunt ex Indostria, de quibus Fontanella to.1. decis. 220. num. 20. & hi non fiunt cum priuilegio,

SVM-

SVMMARIVM.

Protectio pauperum, & miserabilium personarum ad Regem pertinet, n. 1.
Regis cor præsumitur esse in manu Dei, num. 2.
Iuramentum Regis in suo principio quid contineat, n. 3.
Vassalli semper habent saluum suum recursum ad Regem, n. 4.
Rex videtur operas suas vassallis locasse, num. 5.
Regis cura ad quid debeat attendere, n. 6.
Recursus qualiter nominetur, n. 7.
Recursus tam in ciuilibus, quam criminalibus est remedium extraordinarium, num. 8.
Recursus materia vbi tractetur, n. 9.
Recursus quare sit introductus, n. 10.
Perhorrescencia vnde deriuetur, n. 11.
Perhorrescencia an differat a metu, num. 12.
Perhorrescenciæ etimologia, n. 13.
Iurisdictio concessa à Rege an censeatur priuatiuè, n. 14.
Perhorrescencia quando locum habeat, num. 15.
Recursus nunquam censetur prohibitus, num. 16.
Perhorrescencia qualiter probetur de iure communi, n. 17.
Dependentia ab animo iuramento probantur, num. 18.
Perhorrescencia qualiter probetur de iure Cataloniæ, n. 19.
Perhorrescentia in pauperibus qualiter consideretur, n. 20.
Perhorrecentia pauperum qualiter probetur, n. 21.
Recursus in causis ciuilibus vbi tractetur, num. 22.
Recursus in causis criminalibus est ordinarius, n. 23.
Perhorrescenciæ causa est de superioribus Regalijs, n. 24.
Dominus Rex an possit à se abdicare Regaliam recursus, n. 25.
Causa totius patrimonij, vel maioris partis est, attendenda, n. 26.
Causa totius patrimonij, vel maioris partis, æquiparatur corporali, n. 27.
Lis maioris partis patrimonij, seu totius à quibus tractetur, num. 28.
Recursui in causis criminalibus semper est locus, n. 29.
Rex desineret esse Rex, si à se abdicaret recursum opressorum, n. 30.
Recursus causa duplex habet interesse, num. 31.
Protectio vassallorum, est propria Regum, num. 32.
Obedientia Principum non potest ab eis remitti, n. 33.
Rex ex Regalia Perhorrescenciæ cognoscit ōtra Iudices Ecclesiasticos, n. 34.
Clericus oppressus à suo Iudice an recursum habeat ad Regem, n. 35.
Rex qualiter debeat procedere in recursu Clericorum ad eum, n. 36.
Iudex laicus quandoq; supplet negligentiam Iudicis Ecclesiastici, n. 37.
Rex negligentibus Episcopis in causis Clericorum, apponit suas manus, n. 38.
Clerici oppressi confugientes ad Regem an sint excommunicati, n. 39.
Clerici oppressi in Hispania, an possint recurrere ad Regem, n. 40.
Papa in certis casibus potest Clericos subiacere Iudici seculari, n. 41.
Titulus præsumptus quid operetur, n. 42.
Inmemorialis obseruantia quid operetur, num. 43.
Reges Hispaniæ, quando cognoscant de oppressione Clericorum, n. 44.
Reges Hispaniæ, nomine Papæ censentur cognoscere de oppressione Clericorum, num. 45.
Reges Hispaniæ cognoscere de oppressione Clericorum Authores referuntur, qui defendunt, n. 46.
Recursus Clericorum in Hispania dicitur Por via de fuerça, *n. 47.*
Rex in causa Recursus Clericorum, quid cognoscat, n. 48.
Regis Hispaniæ cognoscere de recursu

Clericorum

Cap.6. De Regalia Perhorrescenciæ.



1 Rotectionem vassallorum, Pupillorum viduarum, miserabilium personarum, & pauperum ad Regem expectare clarum est, iuxta tradita per Ieremiam.c.22.Regum c.administratores.23. quæst.5.
2 Peguer.tom.1. decis.100.n.3. vers. *Et hæc diuisio*, eo quod, cor Regis in manu Dei est l. inter claras. C.de Summa Trini.& fide.Cato.latè de hac suprema Regalia Fonta.to.1.decis.286. à principio. Olib.ad vsati.aliū namq; c.3.à n.28. & 35. vbi ait.iuramentum
3 Regis in ingressu sui Regni hoc præcipue continere. videlicet. iurare se, defendere, & tueri vassallos, & subditos ab oppresione, vnde si magnates,
4 seu Barones opprimant vassallos, ipsi habent recursum ad dominum Regem, iudicialiter, seu extraiudicialiter, iuxta tradita per Mier. colla. 10. curiæ Reginæ Mariæ c.4. volentes. tom.2.n.29.pag.366. idem Mier. eadem colla. c. *Item, per tolre vexatio*, titu.de comiss.tom.2.pag.477.videtur enim, Regem operas suas locare subditis, in eorum beneficium. vt dicebat
5 Matthæ. de Afflictis de fœud. titu. quæ sint Regal. argumento legis primæ, ff. loca.& ex traditis per Andre. in consti. Neapoli. cum Regum ope-
6 ræ, non debeant tēdere ad aliud, quam vt boni homines, inter malos æque viuere possint, & sine oppresione,
7 mali vero, vt coerceantur. Hunc recursum appellauit Oliba ad vsa.alium namq; c.14. n.116. refugium oppressorum, consolationem desolatorum,
8 viam Iudicum errantium. & hoc remedium

medium est extraordinarium, tam in ciuilibus causis, quã in criminalibus, & licet aliqui, hunc recursum in criminalibus solũ ãt nominare meræ gratiæ, obid, quod ProReges faciant se multũ rogari vt ait Fõtan.d.deci.286 n.10. illum tamen de Iustitia esse conatur probare dict. Fõtan. à n.11. cum sequen. iuxta tradita per Peguer. in sua praxi.c.22.n.6. De hoc recursu agi
9 tur in titulo.C.quando Imperator inter pupill.& vidu.& est Tex.in cap. statutum.§.cum verò de rescrip.in 6. glos. verbo, *Per proprium iuramentum*, Geminia. in Princi. & col.3. Felinus in c. cum accedens lo. 2. n.5. vt litè non contes. Bar. in l.inter omnes. §. rectè de fur.

Hic autem recursus, solet dici, fieri
10 ex causa perhorrescenciæ, iuxta tradita per Cancer.variar.resolu.tom.2. c.2.n.18. quod nomẽ diriuatur à verbo *Perhorresco*, quod denotat valde ti-
11 mere, iuxta Vocabularium.& Calepinum ita Bal.in l.vni.n.2. verbo *Perhorrescenciæ*, C.quando Imperator declarando dictum verbum *Perhorrescẽciam*, dicit idest *Metum* quod latius se extendit, quam verbum *Timor*, cum
12 hoc purum timorem denotet, illud verò pauorem,& timorem magnum. Rota decis.39. in antiquis ponderat hæc latius circa ætimologiam,& modum scribendi hoc verbum *Perhorres-*
13 *cere* Michael Ferrer 1.p.obserua. Regiæ Audi.de euoca.causa. c.7.à n. 2. Socar.ad consuetu.Cata. c.1.si dominus petierit.n.39.pag.17. faciunt tradita per Cancer.tom.3.var.c.13.de iuribus Castro.vbi post quam, à n.156. dixit quod, si dominus Rex inuesti-
14 uit aliquem de iurisdictione, generaliter loquendo, censetur cum illi concessisse priuatiuè ad eam, ex mente Abbatis.in c.cæterum de iudi. Felin. in c.pastoralis de offic.ordi.Grammati.& alios per eum allegatos desc.30. n.7.Rolan.con.48. tom.2.Surd.con. aio.lib. 2. Petra de Potesta.Principi.
15 c.6.n.46. dicit tamen dictus Cancer. prædicta esse intelligenda, casu quo, dominus cui est data iurisdictio ea non vtitur male, oprimendo Vassallos.nam hoc casu non censetur, domi-
16 num Regem abdicasse à se iurisdictionem recursus, in fauorem oppressorum.ex c.irrefragabili.de offic.ordi.c.cæterum de iudi.c.dudum verb. *Non attẽdentes*, de præben.in 6.Gramma. decis.30. n.11. Cabedo decis. 85. 2.par. Parlado. rerum quotidiana. lib.2.c.1.n.26. Nata con.408.lib.2. & vltra prædicta. Cancer. clarius in dicto c.13.de iuri.Castro. nu.160. idem tradit Boua.in sua Poli. tom.1. lib.2. c.16.n.82.Cancer. 3. tom. varia. c.13. à n. 116.

De modo probandi perhorrescen-
17 ciam, diuersitas iuris est, namq; de iure communi, perhorrescentiam probari iuramento partis censet glos. in dicto c. statutũ.§.1.& ibi glos.verbo: *Per proprium iuramentum*, & ibi communiter scribentes. quia dicebant,
18 quod in dependentibus ab animo, statur iuramento illius, qui timet,& habet perhorrescentiam, glos. in §.aliæ insti. de actio.c.pastoralis de excep. Bar.in l.2.§.si à pupillo. ff. pro emp. Decis.con.256.n.5. De iure verò Cataloniæ, perhorrescentia probatur
19 summarissima informatione iuxta tradita per Cancer. lib.2.var.c.2.nu.20. Oliba.ad dictum vsati.c.3.n.36. qui se refert ad scripta per Abba. in c.licet, ex suscepto col.2.verbo: *Sextus casus*,
20 de foro compe.verum, Abbas.in dicto loco non tradit, qualiter debeat fieri hæc probatio. sed solum dicit: quod si perhorrescentia est in paupere, seu miserabili, vel vidua, & spoliata, quod talis in mediate potest recurrere. quia eo ipso quod sit pauper,& vidua spoliata, de facto, probat perhorrescentiam. Si verò ait. sint aliæ per-
21 sonæ, quæ non sint viduæ, pupilli, orfani,

fani,sed sunt diuites,tunc debent probare perhorrescenciam,seu causam timoris summarie coram Principe,seu Iudicē,ab eo assignato,& locus est execurioni causæ recursus interpositi ab ordinario.

22 Iste recursus,qui in causis ciuilibus soler interponi iuxta tradita per Oliba ad dictum vsa. c.3.à n.36. cum sequen.de quibus latè in titulo de euocatione causarum ibi tractabitur.

23 Solet tamen,& quod præcipuum est, interponi in causis criminalibus.cum frequentius,& magis ordinarie,magis in his soleat fieri oppresio per ordinarios Regios,& Barones.Cuius praxis.& modus procedendi in eo.traditur à nobili Ludouico á Peguera in sua praxi. c.22. per totum.

24 Hoc autem ius,ex causa perhorrescentiæ,est de supremis Regalijs Coronæ Regiæ affixis. quam à se dominus Rex non potest abdicare,quia desineret esse Rex.iuxta tradita per Oliba ad dictum vsati.c.3.n.40.refert,& probat Thom. Cerdan in suo libro veriloquium en reglas de razon de estado c.1.§.1. mihi pag.4.

25 Et licet Mieres in constitutione *Les causes*, quæ est Regis Ildefonsi in Curia Barcinone.quā declarat col.11. n.66. pag.500.to.2. dicat,quod potest dominus Rex.in Curijs generalibus, à se abdicare facultatem cognoscendi in prima instantia de causis viduarū,& pupillorum,quod non liceret iu vim priuilegij.

26 Sed dato,qued esset vera opinio Mieres in dicta constitutione: *Les causes*, col.11.n.66.to.2.pag.500.quod dominus *R*ex posset abdicare in curijs, in vim constitutionis,facultatem recursus in causis pupillorum, & viduarū. non haberer locum talis constitutio, vbi causa esset totius patrimonij, vel maioris partis illius,nam tali consti-

27 rutione non obstante,posset talis vidua,vel pupillus habens perhorrescētiam,recurrere ad dominum *R*egem, quia cum lis sit de toto patrimonio, aut de maiori parte,habetur ad incussionē iusti metus,& oppressionis corporalis.iuxta tradita per Bar.in l.testium,ff.de testi. Assi.in sua praxi. in princi.c.6.à n.13.ame allegat.to,1.vari.c.2.n.234.latè hanc materiā tractat Farina.de indicijs.& tortu.q.49. per

28 totam.vbi ex diuersis iuribus,& Autorum sententijs(vna columna cōprehensis)æquiparat litē totius patrimonij,vel maioris partis,causæ criminali. resoluens.talem causam,criminali æquiparari.si igitur in causa criminali,à se non potest dominus Rex separare hancRegaliam,vt infra dicemus. Idem dicendum est,in prædicta causa ciuili,viduæ,vel pupilli perhorrescētis, de toto patrimonio, vel maiori parte.Sed dato,quod esset vera opinio dicti Mieres,ex hoc nō potest inferri argumentum, ad recursum in causis criminalibus.nā huic præsidio Regio

29 neqꝫ in Curijs generalibus,potest dominus Rex sibi præiudicare,nec illam supremā Regaliam à se abdicare.cum nulla maior Regalia sit,quàm ea,quæ circa oppressionum defensionē consistit.cuius respectu,si eam cōmunica-

30 ret desineret esse Rex.quod nullo modo fieri potest iuxta tradita per Innocen. in c.cum venissent extra de cēsi, quem refert Mier.ibidem.n.66.& in c.regum.23.q.5.quod atestatur Mier. ad dictam constitutionem: *Les causes*, dicens.quod si daretur locus tali concessioni,desineret esse Rex. quia etsi

31 considerentur duo interesse,aliud domini Regis,aliud Priuatorum,cui per Curiam generalem potest renunciari,& circa illud statuere.Tamen primum,& præcipuum,quod est domini Regis,in totū à se abdicare nō potest. iuxta notata per Canonistas in cap. grandi de suplen.negligen. Prælato. & in c. intellecto, (vbi est sedes ordinaria) de iure iuran. & ibi Panor.

D & com-

& communiter Scribentes. Afflic.
in cap. 1. §. prӕterea ducatus. n.41.
de prohi. feud. aliena. quos alle-
gat Rosentau. de fœud. tom.1.cap.5.
conclu.10. in additio. littera D. cum
31 enim Principi competat causa pro-
tectionis, quӕ propria Res est.iuxta
supra relata, certum est, non posse
modo aliquo ab eo separari.iuxta no-
tata in l.bene à Zenone,C.de quadri.
prӕscrip. l. deprecatio eri demonis.
ff.ad legem Rodi. de iactu. Cali. in
Margari.fisci dubio.8. num.31. verbo
ducentesimo quinto. Cancer. 2.tom.
variar. cap.2. de iuris. num.123. vbi
post quam dixit. Regalias (quӕ Re-
gem constituunt) non posse à se ab-
33 dicare. tradit exemplum huius dicti,
in Regalia recurrendi ad Principem:
nam eaque abdicant obedientiam à
Rege, non habent locum. iuxta no-
tata per Bellu.in Specul.Princi. Ru-
bri.22. num.29.

Huius supremӕ Regaliӕ causa,
34 competit Regi, agere contra Iudices
Ecclesiasticos, non in vim iurisdictio-
nis contenciosӕ. Quod si Clericus sit
opressus à suo Iudice Ordinario, po-
35 terit Clericus. ad dominum Regem
recurrere, vt eum eximat ab oppres-
sione, & in ea suam potestatem de-
monstret. & hoc casu dominus Rex
36 tenetur, monere Iudices Ecclesiasti-
cos, ne affligent talem Clericum, eo
quod scandalum oriri spetatur, vel
37 magna rixa. ita Couar. Practi. ques.
c.35. n.33. quod in Regno Neapolis
obseruari,tradit Afflic.decis.34.Olib.
ad dictum vsari. alium namque c.11.
à n.35. nec mirum, quod hoc habeat
locum. quia Iudex laicus supplet ne-
gligenciam Iudicis Ecclesiastici, vt ex
glo. in c. filijs verbo Regi. c.16.q.7.
tradit Hostiensis in Summa de foro
competen.§.liquet etiam verbo: *Sed
nunquid Iudex secularis*. ex c.qualiter in
principio de iudi. vbi dicitur. quod
Episcopis negligentibus punire Cle-
ricos abutentes rebus Ecclesiasticis,
38 posse Regem adiri, vt malum medea-
tur. & licet aliqui dixerint prӕdictum
ius Canonicum fuisse correctum, ve-
ritas tamen est, quod dictum ius non
est correctum. vt atestatur Meno. de
reti.posse.reme.3. n.356.vbi alios re-
fert hanc tenentes sententiam.

Et licet Farinacius in suis decisioni-
bus posthumis,secũda parte decis.10.
in casu deciso per Rotá, in vno cano-
nicatu Oscen plura in contrarium re-
39 ferat.docens. Clericos confugientes
ad Principem secularem pro succursu
statim esse excõmunicatos, & incidis-
se in bullam in Cœna Domini, etiã si
ipsi Ecclesiastici iniuste sint oppressi à
Iudice Ecclesiastico. quia nullo modo
possunt, etiam in notoria violẽtia, se-
culare auxilium implorare: quod ipse
longius se extẽdit à n.13.absolute di-
cens. in Hispania prӕdictam suam
decisionẽ locum habere.sed quidquid
40 dicat tãtus vir, salua eiuspace, hoc nõ
seruatur.quia in Hispania viget diuer-
sum ius ex immemoriali tẽpore. Ideo
dicti Farinacij resolutionẽ, in Hispa-
nia locũ non habere est mere veritas?
Pro cuius vera intelligẽtia, prӕsupo-
nẽdum est.quod cum Romano Pon-
tifici liceat, Clericos subiacere Iudici-
41 bus secularibus, non in totũ, sed certis
casibus, iuxta tradita larga cõmẽtatio-
ne per Farina.to.1.de inquisi.q.8.n.4
42 ex quo fuit allegatus titulus prӕsum-
ptus.facultatis cõcessӕ Regibus Ara-
goniӕ, cuius virtute ipsi succurrunt
Clericis oppressis à suis Prӕlatis. &
sic cum ex titulo prӕsumpto, data im-
memoriali obseruantia, ex parte dñi
Regis in Regnis Hispaniӕ, quӕ im-
43 memorialis obseruantia sufficit iuxta
Tex. in l.hoc iure §.ductus aquӕ. ff.de
aqua quotidia.& ӕsti. c.super quibus-
dã §.preterea de verb.sign. plures alle
gati per Fõta. de pac.nup.to.1.gl.17.
44 cl.4.n.30.clarũ est.hãc supremã Rega
liam, licitè, & in suo casu de iure per-
misso

missa à Regibus Hispaniæ exerceri
don Ludouici. à Peguer. tom.1. de-
cis.92. num 14. quàm Regaliam, li-
cet dominus Rex exerceat, si propria
eius natura atenditur, magis propriè
45 dicitur. Summum Pontificem eam
exercere. cum ex dicta permissione.
& ex titulo præsumpto, Hispaniæ Re-
ges hoc faciant iuxta Tex. in l. 1. C.
de veteri iure enuclean., ibi: *Omnia
merito nostra facimus, quia ex nobis om-
nis eis impartitur autoritas.* Vnde tan-
quam tritissimum, & notorium prin-
cipium absq; vlla controuersia, & du-
bitatione hoc est tenendum, & hanc
46 vetissimam resolutionem secuti sunt
viginti septem Authores, per dictum
Farina. relati dict. decis. 10. posthu. n. 8.
inter quos sunt multi Theologi gra-
uissimi, quos recensere esset super-
fluum. cum videri possint apud dictū
Farinacium. Hanc eandem Hispaniæ
praxim in obseruantia esse; atestatur
Parladorus quotidianarum lib. 3. sex
qui centuria. differen. 9. §. 4. num. 24.
quod præcencisse ante eum atestatur
47 Gutier. Practica. lib. 1. quæst. 20. vbi
atestatur. hunc recursum in Castella
appellati: *Por via de fuerça*, ex l. 2.
Titu. 6. lib. 1. & in l. 36. titu. 5. lib. 2.
nouæ recopila. quod facilius fiet si
48 percipiatur. quod dominus Rex hoc
casu solum cognoscit, an Iudex Ec-
clesiasticus vexet, vel non vexet, vt
delatat Couar. Practi. ques cap. 23.
quem sequitur Parlado. vbi supra. vi-
dendus est Sesse. tom. 2. decisio. Regni
Arago. in princi. n. 77. & decis. 114.
vbi infinitos Doctores hanc senten-
tiam sequentes allegat. & sic sine ti-
49 more hoc in Hispania est tenendum.
quod quodammodo approbauit Ro-
ta in duobus casibus. per eam decisis
quos refert Farinac. dicta decis. 20.
num. 27. quem vide.
50 Licet tamen antiquitus. ex causa
perhorrescenciæ soleret per secula-
res, habere recursum ad Curiam Ec-
clesiasticam, iuxta tradita in cap. licet
ex suscepto. de foro competen. in Ca-
talonia tamen, non datur locus tali
recursui, per seculares. ad curiam Ec-
clesiasticam. iuxta notata per Mier.
ad constitutionem: *Les causes*, col-
la. 11. quæ est Regis Ildefonsi in Cu-
ria Barcinon. nu. 69. pag. 500. tom. 2.
Anton. Oliba ad dictum vsati. cap. 3.
num. 45.
51 In summa concluditur. hanc Rega-
liam, dominum Regem non posse mo-
do aliquo à se separare, quia esset à
sua potestate subditos ejicere, quod
non potest iuxta Tex. in cap. cum non
liceat. & ibi Felin. de præscrip. Panor.
in dicto cap. ad Audientiam. quod ex
præcitatis Autoribus. & ex Peroios
con. 25. num. 14. & sequen. Peregrin.
de iure fisci lib. 1. cap. 3. à num. 71. cum
sequen. & maximè num. 74. refert
52 Cancer. lib. 3. varia. cap. 13. num. 133.
quod clarius confirmatur, ex traditis
ab eodē Cancer. dicto capite à n. 197.
vbi expressè atestatur. Baronem non
esse legitimum Iudicem in causa cri-
minali contra suum vassallum. si de-
lictum, de quo est impetitus vassallus.
est contra dominum. ex mente Bar.
Castr, Alex. & aliorum in l. qui iuris-
dictioni, ff. de iuris. omni. Iudi. vbi di-
cunt. eo casu, dominum esse suspectū
53 ipso iure, etiam si à vassallo non fue-
rit recusatus. Iast. In dicta l. qui iuris-
dictione præst. num. 8. Alber. Bruno,
qui alios refert cons. 30. lib. 1. ex nos-
tris Calici. in Margari. fisci. dub. 8.
num. 31. singula. 154. Cancer. lib. 2.
variar. cap. 1. num. 338. & secundum
dictam sententiam refert ita decisum
fuisse die 4. Maij 1594. in quadam
54 causa, quæ vertebatur in Regia
Audientia inter Comitissam de Que-
ralt, & Iuratos Villæ de Santa Coloma
de Queralt. eo quod Comitissa prætē-
debat, suos vassallos aliquid in eam
delinquisse. & fuit declaratum ex cau-
sa perhorrescenciæ predictā causam,

51 & illius decisionem ad Regiam Au-
dientiam pertinere. Et licet non de-
fuerint, qui dixerint dominum Re-
gem quodammodo à se abdicasse
hanc Regaliam. eo quod. in cap.57.
Curiarum anni 1599. statuerit. quod
casu quo, in Regia Audientia de-
claratum fuerit, quod non est lo-
cus recursui interposito per vassal-
lum, non possit per Regiam Au-
dientiam apponi grauamen, quod in
sententia ferenda per Baronem se-
quatur votum Regiæ Audientiæ. po-
56 terit tamen expeditioni causæ or-
dinare, quod non differat cognitio-
nem in eius præludicium. & alia si-
milia ex cap. pastoralis de offi. ordi.
Rollan. à Valle cons. 48. num. 22.
& alios quos allegat Cancer. lib.3.
c.13. à n.310.

Pro regula igitur est habendum.
huiusmodi Regaliam ex causa perhor-
rescenciæ, nullo modo á domino Re-
ge posse separari. cum vltra prædicta
id etiam tenet Mier. ad constitution.
Reg. Iacob. Secundi. in Curia Mon-
tis-Albi collat. 4. cap. 3. num. 10.
pag.186.tom.1. vbi expressè ait. quod
Princeps ex officio tenetur protege-
57 re miserabiles. & non potest facere
constitutionem incontrarium. quia
talis constitutio esset contra debi-
tum iustitiæ, tam humanæ, quàm
diuinæ, & esset irracionabilis. & ini-
quissima. & hanc Regaliam, non
posse à se abdicare, nec alteri eam
committere etiam in Curijs gene-
ralibus. Micael Ferrer, 1. par. obser-
ua.de euoca. causarum, cap.14.nu.15.
quia Ipse non potest facere aliquem
Regem, licet ex causa possit face-
58 re suum Locumtenentem Genera-
lem. nam Princeps protegendo ali-
59 quem. non eximit cum à iurisdictio-
ne illius, cui subest ordinarie. cap. ex
parte de priuile. cap. tuas. extra de
maiori. & obedien. quod significa-
60 re voluit Serenissimus Rex Philip-
pus Tertius, cum sua Epistola, dat.
Toleti 13. Maij 1600. quæ legitur in
fine capitulorum Curiæ anni 1599.
factorum pro reformatione iurium
deputationis, super quorum obser-
uantia, & impressione, debata ali-
qua suscitata fuerunt. super qui-
bus dominum Regem consuluerunt.
qui consultus. & perspectis capitu-
lis Curiarum, ea transmisit ad De-
putatos Cataloniæ. eosque, cum sua
littera monet, & hortatur. vt in eo-
rum obseruantia, ita vigiles sint,
quod possint esse exemplar, cætero-
rum futurorum Deputatorum. ita vt
sit præclusa via omni fraudi, & do-
lo. alias esset necessarium, suum Re-
gium interponere brachium, & po-
testatem supremam, quàm à se non
poterat abdicare in illis verbis: *De
manera, que se cierre la puerta à todo
genero de desconcierto, y desorden, pues
quando los baya, sabeys que no puedo apar-
tar de mi la soberania, y suprema po-
testad, que tengo sobre todo, ni faltar
à mi obligacion para poner remedio en
los casos, que fueren dignos dèl.*

Hæc autem prerogatiua, seu Re-
61 galia non potest à vassallis præs-
cribi. quia, cum non sit concessibi-
lis (vt dictum est) ita neque præs-
criptibilis. datur enim incapaci-
62 tas in vassallis, ad præscribendum
ius illud superioritatis. ex causa per-
horrescenciæ, quia tunc *Vassalli* no-
men, in nomen *Regis* vetteretur,
quod est absurdum. prout de deci-
mis est statutum. quæ dum rema-
nent spirituales, & per Summum
63 Pontificem non rediguntur ad inst-
tar patrimonij laicorum (prout fue-
runt redactæ in Catalonia) non
possunt á laicis præscribi. cum sint
incapaces ad possidendum. cap. de-
64 cimas 16. q. 7. cap. causam de præs-
crip. & ex sancto Thoma 2. 2. q. 83.
arti.3 & ex multis alijs refert Mone-
ta in tracta.de decimis, c.5.n.27.

Neque

65 Neque alien[illegible] erit, quere[illegible] Ordinarijs [illegible] quàm qu[illegible] Barb[illegible] in [illegible] extant in fine [illegible] fionibus lib. 1. [illegible] 4. a n. 6 [illegible] doctrina em[illegible] Suarez de Religiosis tom. [illegible] lib. 2. c. 11. [illegible] 6 [illegible] in caufis eorum [illegible] ad corre[illegible]onem
66 tendunt, pr[illegible] esse app[illegible]lationem: atestatur [illegible] qu[illegible] in correctione ipsa, [illegible] in m[illegible] correctionis existat excess[illegible], quod tunc potetit Religiosus recurrere, quia hoc casu, non est ei pr[illegible] via ad recurrendum. quod [illegible] Suarez
67 atestatur.) renuit[illegible] S[illegible] lib. 5. de iusti. & iur. q. 6. arti. 3. quod & in mendicantibus admittit Nauat. [illegible] 5. de appellatio. constituunt etiam præ[illegible]ati Doctores differenti[illegible] inter appellationem, & recursum, quia per appellationem, suspenditur iurisdictio[illegible]
68 tloris Prælati, t[illegible]m quoad vim [illegible] gandi per præceptum obedienti[illegible], vel sententiam, quam qu[illegible] potestatem procedendi in c[illegible], de qua [illegible]itur. Per recursum vero [illegible] non suspenditur iurisdi[illegible] Prælati, quandiu sententia non fue-
69 rit à Superiore reuocata, quia atestatur Barbosa vbi supra, quod de iure. recursus non h[illegible] effectum suspensiuum, sicuti habet appellatio. hunc autem recursum debet Rel[illegible] interponere intra Religionem, [illegible] extra illam, n[illegible] ei licet, Suar[illegible]
70 dicto. lib. 2 d[illegible] Relig. cap. 11 [illegible] num. 7. & 8. quia [illegible] obedire Supe[illegible] maxim[illegible] procedat iuxta Regulárem ob[illegible]ruantiam; quæ latius videre poterit, si
71 aliquis cupiat, pœnè [illegible] Barbosa dicto voto 4. decisi[illegible] lib. 1. in relatis post tractatum ex[illegible]cutionis pensionum.

72 [illegible] vero non licet, recurrere ad [illegible]ipem secularem, ex quacunque causa, quia Princeps secularis non habet potestatem cognoscendi de sententijs, seu procedimentis f[illegible]ctis inter Religiosos per suum Superiorem, cum Iudicibus secularibus interdicta sit cognitio de rebus Ecclesiasticorum, vt refert Bo-
73 uadi. in sua Politi. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 8. & 9. cum Doctoribus, & [illegible]ibus per eum in glosis marginalibus allegatis, idem refert eodem cap. num. 258. quam resolutionem, fortiorem faciunt Romanorum Pontificium decreta in primis Bonifacij noni Leonis. X. Gregorij XIII. Clemen. VIII. quæ refert Cherubi. tom. 3. Bullarii noui. Laurentius de Perinis de [illegible]dito Religioso tom. 1. quæst. 1. de obedientia cap. 10. §. dic[illegible] quarto. Ludoui. Miranda de ord[illegible] iudicio. quæst. 29. artic. 4. conclu. 4. Aragon. 22. quæst. 69. artic. 3. h[illegible]c idem refert, [illegible]uitur Salgado de Regia P[illegible]tione 1. par. cap. 1. num. 3. & cap. 2. §. 5. num. 21. qu[illegible] latius videre potest qui cupiat penes Barbos. in fine dicti tracta. de exigend. pensio. in voto deci-
74 su[illegible] 4. libr. 5. dubio. 6. num. 120. cum sequen. iurisd[illegible]ctio enim secularis ma[illegible] debet attend[illegible]re ad pacem, & quiet[illegible]m Ecclesiasticæ, quàm occasionem præb[illegible]re controuersiarum Bouadi. dicto cap. 18. à num. 14. cum sequen.
75 In summa igitur est obseruandum Recursum tempore habere locum, etiã prohibita appellatione. pluribus fundamentis h[illegible]c verum esse atestatur Fontanella tom. 1. decis. 286. à num. 11. cum sequentibus.

(*.*)

SVMMARIVM.

Tallæ

Cap. 7. De Regalia imponendi cisas, impositiones, & vectigalia.

V[illegible] imponere, [illegible] R[illegible] las cum [illegible] in [illegible] communiter [illegible] b[illegible] tes. Berthaci. in tra[illegible] Bo[illegible] in tracta. de vectigal. [illegible] qui p[illegible] ea imponere Per[illegible] de iure fisci, Rubri. de his, qui iura fiscalia habent lib. 1. n. 00. Rossen. de feud. tom. 1. c. 5. [illegible] n. 23. [illegible] Hora. Monta. de [illegible] a in [illegible] & sine difficultate [illegible] sio[illegible] li[illegible], atestatur [illegible] au[illegible] cis. 217. n. 10. inde in[illegible] Barones non posse concedere suis vniuersitatibus facultatem imponendi vectigalia & sic fuisse decisum in hac supremo Regio Senatu refert, adducens decisionem causæ, & [illegible] quas partes ventilata fuit. Referens etiam in eadem decisione n. 14. quod licet aliqui existimauerint, Barones Ecclesiasticos posse concedere licentiam subditis suis imponendi vectigalia, quasi [illegible] rationabilius sit ius respectu [illegible] Authores [illegible] tamen in Cata[illegible] Barones Ecclesiastici, & [illegible]

2 Vo[illegible] La[illegible] tissimam habere [illegible] constat, ex traditione [illegible] Rossen[illegible] vbi supra. dum [illegible] quod significat certos reddi[illegible] tus, qui Principi soluebantur ob mercium importationem, & salutem co[illegible] du[illegible] ssum, secu=

se uritatem, & dicta cum via tum.

4 Aliter licebat, dictum nomen *Vectigal*. Sumi. pro eo omni, quod alicui, aut Ciuitas capiebat ratione cuius locationis vel ex alia causa. Ex ipso etimologia ipsius vocabuli præstruta-
5 retur quoad vectigalia, esset ut ea omnia quæ inuecta, vel auecta præstantur asserens nomen *Vectigal*, a verbo *Vehere* deriuari, ex mente aliquorum quos allegat. Non defuerunt aliqui, qui dixerunt *Vectigal*, idem importa-
6 re atq; numen *Armendia*, secundum relatos per Aflic. in tractatu de gabel. verum differentia est inter prædicta duo vocabula, namq; *Vectigal*,
7 latius se extendit, cum significet, ius quodlibet quod soluitur ratione impositionis *Armendia*, vero solum significat ius quoddam, quod Principi soluebatur ex armentis, quæ erant animalia maiora quadrupeda. iuxta vocabularium Antonij.
8 Sed quidquid sit, *Vectigal*. propriè dicitur illud tributum, quod super mercibus imponitur soluendum, quando merces vehuntur, de vno loco ad alium, vel quando venduntur. quæ
9 vectigalium solutio, ob publicam vtilitatem, & publicum commercium fuit inducta. l. omnium, & ibi Bal. & Doctores. l. 19. & fina. C. vecti. l. 1. C. noua vectigalia institui. facit l. 1. §. in causa. ff. de quæstio. addi. ad d. cum c. 5. Rosentau. de feud. conclus. 34. propter quod ab omnibus solita erant solui, l. omnium. & l. 8. C. de vectiga. l. fina. ff. de vectiga. Bertachi. vbi supra. Peregri. de iure fisci lib. 6. titn. 5. n. 1.
10 Vectigalium materia ampla est, sed cum hic solum agendum sit, de facultate imponendi ea quo ad ius potestatis, ideo breuiter ea quæ ad hoc tractatum pertinent, referentur.
11 Facultas imponendi vectigalia solo Principi competit. c. si tributum. 11. quæst. 1. l. vni. C. de super indi. lib. 10.

plura cumulat Belluga. in speculi Prici. Rubr. 46 §. donû. n. 3. in verbo *Tributum*. littera B. et quibus allegat Panor. con. 1. n. 4. volu. 1. dicentem, imponere vectigal a esse de
12 Regalibus. Menoc. con. 3. 2. n. 17. & plures con. 154. n. 5. Lasarte in tract. de la caua. ad l. 17. lib. 9. recopil. Alb. in con. 86. n. 3. tum ex principio ea tamen omnia si consulantur tradita per Thomam Cerdan in suo libro veriloquium en reglas de estado cap. 8. videtur dicendum, vectigalia à
13 priscis temporibus inicium habuisse, iuxta verba diui Pauli ad Rom. a. 13. vbi loquens de subiectione vassallorum respectu Regum dixit: *Ideo tributa præstatis ministri, enim Dei sunt.* &
14 publica fuit contributatum, eo quod præcipua causa vectigalium fuit, vt Reges haberent, ex quibus possent Regia onera supportare. & in hoc etiam diuersitas soluendi, quia soluebant in
15 principio, soluere quintam partem fructuum, quos percipiebant iuxta Tex. in l. metallos. de solcep. & Arca. de vna. ... Tribut. C. lib. 10. postea solitum fuit soluere certam partem, l. ex præstatione, C. de vecti. Iscani. in c. vni. quæ sint Regalia. n. 11.
16 Peregrinus iure fisci lib. 6. titu. 5. n. quæ quidem vectigalia erant, quæ à Regibus imponebantur ad conseruandam Rempublicam. iuxta tradita per Petr. Gregorium in Syntagma. iuris vniuer. lib. 1. c. 3. par. 3. hæc autem vectigalia, quæ Reges imponebant, appellauit Cicero: *Neruos Reipublicæ* vt refert Gregor. Lopez. 1. par. sintag. iuris vniuer. lib. 2. c. 7. Non tamen li-
17 cet Regi absolute imponere vectigalia, sed requiritur quod vna ad sit causa, videlicet necessitatis sustentationem suæ personæ, vel pro suc-
18 currendis vassallis. alias enim, non potest Rex vectigalia imponere, iuxta tradita per Thomam Cerdan in suo veriloquio. en reglas de estado, cap. 8.

cap.8.§.2. quod profusius tradit Pater Marques in suo libro del Gouernador Cristiano.lib.1.c.16.mihi pag.
19 87.col.1. vbi dicit. quod caueant Reges imponere vectigalia, nisi iusta causa existente. nam alias committeret Rex furtum cõtra vasallos. vnde statuit pro regula.quod noua tributa, non potest Rex imponere,nisi ex causa necessitatis prædictæ, & cum consensu maioris partis Populi, vt iuribus,& authoritatibus grauissimorum Doctorum confirmat dictus Marques. penes quem Doctissimè, & latissimè hanc materiam scripram, poterit legere,qui scire cupiet.

In Catalonia verò Rex (salua sua
20 clementia) non potest noua vectigalia imponere, sine Curiarum conuocatione.vt refert Cancer.tom.3.vari. c.3.à n. 127. vsque ad n. 170. prout Doctissimus noster Fontanella refert tom.1. decis.210. per totam maximè n.4.quod præcensit Calici. in extragraua. curia. n. 79. & confirmat ex constitutionibus.1.& 2. titu.de vecti. & ex consti.6.eodem titu.quæest Regis Iacobi Secundi in 2. curia Barcinone, alia verò vectigalia solebant
21 vniuersitates sibi imponere, & transeuntibus, cum Principis licentia.ex quibus Rex terciam partem sibi solebat retinere de qua materia est Textus.in l.fina.C.de vecti.& commi.in qua declaranda torquentur interpretes. & quatenus ad nostrum institutum attinet dico.quod Lucas de Penna in l.3.C.de diuer.Prædijs. n.2. & Angel.in dicta l.fin. dicunt quod dicta l.fina. loquitur de impositionibus
22 super agros,qui fuerant Regij patrimonij. ex quibus duæ partes soluebantur. Principi,qui prædia concesserat sub illo tributo. & tercia pars remanebat ciuibus. quod refert idem Lucas de Penna in l.fina. C. de locati prædio.ciui.lib.11.Lucas de Penna in l.3.post n.2.C.de diuer.prædijs lib.11.

quia constituebant differentiam in-
23 ter vectigalia,quæ Principi soluebantur,dicentes.alia sacri Patrimonij, de quibus volunt, loqui prædictam le-
24 gem fina. alia appellari vectigalia fiscalia,quæ Principi soluebantur, non ex eo,quod illi qui soluebant,aliquid penes se haberent,quod fuisset de pa-
25 trimonio Cesaris. Sed ex eo quod, imposita essent mercibus. nam cum à principio in creatione Regum,vniuersitates per earum consensum trãstulissent omnem potestatem in Re-
26 gem 5.quod Principi placuit.insti.de iure gen. & ciui. & ibi Acur.in glos. verbo.*Contulerit*, dicens. quod ex eo, quod Populus, in Regem transtulit potestatem,amodo non habuit ius illud,quod trãstulit ita habetur in l.2.
27 §.hoc autẽ.C.de vete.iure enucle.l.2. §.hoc autem, ff.de legib.inde Populus non poterat ad suas vtilitates,seu necessitates succurrendas,aliquid disponere sine Principis licẽcia,l.1.& 2. C.noua vecti.c.1. quæ sint regaliæ in vsi.fœudo.Meno,con.302.n.7.Cæsal. con.154. n.5. Lasarte de alcabalas. ad l.17.lib.9.recopila.n.1.post præfatio-
28 nem, ex quibus vrgẽs necessitas vniuersitatum, Principi per eos representata, eum obligauit, quod ex vectigalibus per eum impositis, ad sustentãda onera Regia, (vt supra prin-
29 cipio dictum est) participem faceret Populum,vt ipsę vniuersites haberẽt, vnde suis necessitatibus possent suc-
30 currere, & ne quotidie accedendo ad Regem, tædio afficerent, post quam Rex ipse vectigalia,per eum imposita in bursauerat.quod durum erat. & sic decreuit,eis licentiã impartire imponendi cisas ad suas omnimodas commoditates, & necessitates. ex quibus venit. quod Rex concessit vniuersitatibus arcam communem,& bursam propriam. l.omnibus se l. ciuitatem. ff. delega.2.l.1.§.quibus autẽ,ibi : *Res*
31 *communes, arcam communem*, ff. quod cuiusque

cuiusque vniuersitatis nomine. quas
quantitates consules, seu Administra-
tores vniuersitatum, conuertere te-
nebantur ad opus earum. l. ne explē-
didisse, l. turris. C. de operi. pub. l. om-
nes eod. titu. l. 3. C. de diuer. prædijs
Loseus de iure vniuersi. 3. par. c. 8. n. 2.
Ex quibus infertur. dominum Re-
32 gem, ex vectigalibus sacri Patrimo-
nij sui procedentibus, ex rebus suis
per vasallos possessis, non teneri ad
aliquam partem elargiendam vniuer-
sitatibus, ad subueniendum eis.

Prædictam igitur Regaliam, con-
33 sistentem in imponendis vectigali-
bus, generaliter solebant Principes,
etiam in hoc Principatu libere con-
cedere. vt atestatur Iacobus Calicius
in sua Margari. fisci. dub. 6. num. 48.
verbo: *Centesimus nonagesimus sex-
tus casus*, vbi hoc refert, dicens: eo
34 suo tempore, Reges Aragonum soli-
tos esse, prædictas dare licencias im-
ponendi vectigalia, accepta certa pe-
cunia loco precij, quoad vsq; per Se-
35 renissimum Regem Ferdinandum
fuit petita quarta, vel quinta pars;
alias denegabat licenciam imponen-
di Cancer. verò lib. 3. vari. c. 4. n. 444.
36 ait. quod de consuetudine obserua-
tur. quod *R*ex ex impositionibus vni-
uersitatum, habet quintam partem.
non quod eam retineat, in pretium
gratiæ concessionis imponendi eas,
sed quia de iure communi habebat
*R*ex duas partes impositionum; qua-
rũ loco, de *R*egia benignitate à prin-
cipio; postea verò de consuetudine
37 quinta pars, in locum duarum suc-
cessit.

Sunt, & alia vectigalia. quæ per
vniuersitates imponuntur. quæqui-
dem licet per vniuersitatem impo-
nantur, & exigantur ab habitatoribus,
proprię tamen non dicuntur vectiga-
38 lia, sed impositiones, & tallæ. quæ so-
lent fieri inter habitatores, & hæ non
procedunt ex Regalia, vnde possunt

imponi per eosdem de vniuersitate,
maximè in Catalonia, vbi fere omnes
vniuersitates solent habere Regia pri-
uilegia ad ordinandum, vt atestatur
doctissimus noster Fontanella tom. 1.
decis. 295. n. 4. & per Consiliom gene-
39 rale illius, dum modo sit legitimè cō-
gregatum. cum assistencia, & præsi-
dentia Baiuli iuxta tradita per Calici.
40 in extragraua. curi. c. 1. n. 64. requiri-
tur tamen pro forma substantiali Ba-
iuli præsentia. quia in Catalonia non
possunt vniuersites se congregare si-
ne Baiulo, vel Ordinario.

Congregatoque igitur legitimè
41 consilio, poterunt vniuersitates inter
se Impositiones ponere, ex traditis
per Ioseph. Ludoui. decis. Perusinæ
43. & ante eum Bartho. in l. vectiga-
lia, ff. de publi. & vectiga. & in l. vni.
C. de mulieri. & in quo loco. lib. 11. fa-
42 ciunt tradita per Guido Pape. decis.
631. n. 1. Cancer. lib. 3. varia. c. 3. à n. 30.
& c. 4. n. 222. & in his, non requiritur
facultas à domino *R*ege obtenta, ne-
que, à Barone, quia cum solum impo-
natur super rebus proprijs ipsorum
particularium, ipsi tanquam domini
43 bonorum suorum, possunt ea ad solu-
tionem impositionis, seu tallæ obli-
gare, cum vnusquisque sit suæ rei
moderator, & arbiter, l. in re manda-
ta. C. manda. de quibus est etiam tex-
tus in l. 4. §. actor municipum, ff. de
re iudi. Bellu. in Speculo Princi. *R*u-
bri. 46. §. donum. n. 5. Loseus de iure
vniuersitatis, 3. p. c. 9. n. 1. asserens. In
44 talleis imponendis, adeo absolute
posse ipsas vniuersitates imponere,
quod in consulto *R*ege seu domino
imponantur. confirmans ex l. 1. §. vlti.
& ibi glos. verbo: *Proconsul*, in fine,
ff. quod cuiusque vniuersitatis nomi-
ne. Specu. in titu. de executio. senten-
ci. Bar. in l. 3. §. vltimo, ff. de alimen. &
ciba. lega. Ludoui. decis. Perusi. 43. n. 1
& si vniuersitates opressæ sint mol-
45 creditorum, & non habeant, vnde sole

bant

uant creditoribus, tunc possunt com-
pelli vniuersitates, vt eas imponant,
& ex eis soluant glos. in l.1.§.quod si
nemo.verbo Proconsul. ff. quod cu-
iusq; vniuer. Alex. in l.4.n.12. ff. de
re iudica.& ibi Rips.n.26.Bal.in l.8.
46 prima lectu.ff.quod cuiusq; ad quod,
Iudex ipsas vniuersitates condemna-
bit,& compellet. Loseus de iure vni-
uer.2.p.c.1.n.95.idem Loseus 3.p.c.9
n.6.& licet indistinctè transeat dicta
resolutio, quod tales siue impositio-
nes, in quibus non contribuunt Fo-
renses, possunt apponi per maiorem
partem consilij vniuersitatis legitimè
47 congregati.hunc punctum tractantes,
cum Doctore Philipo Vinyes de Re-
gia Audientia,& Fisci Patrimonialis
Aduocato,ipse constituebat differen-
tiam, quam inter præcitatos Docto-
res non videram. & ostendit mihi li-
brũ,in quo sunt diuersæ lecturæ Fran-
cisci à Sousa Lusitani, qui in repeti-
tione l.fœminæ, ff.de reg.iur. 2.par.
48 tractãs de vectigalibus,quæ mulieres
tenentur soluere, vel non statuit
pro regula.quod fœminæ sunt in mu-
nes á vectigalibus,& muneribus per-
sonalibus, quæ in sumptu perso-
49 næ consistunt. l.3.§.corporalia. ff. de
mune.& honor.l.vni.de mune.lib.10
non verò esse liberas ab illis, quæ
consistunt in erogatione patrimonij.
seu præstatione pecuniæ l.penul.C.de
50 muneri.patrimonia.lib.10.& ait quod
munera,seu onera solent imponi quã
druplíciter. Vno modo imponuntur
51 ratione capitum,scilicet pro vna qua-
que persona.quod capitatio solet dici
l.vni. C. de capita ciuium lib. 10.
52 l. vni. C. de Transi. à lib.11.l.vni.de
censi.l.cum ante. C.de agri.& censi.
lib.11. Valascus de iure emphi. q.32.
num.2.

Secundo modo imponitur rebus.
53 & sunt propriè vectigalia de quibus
in titulo.de anno.lib.10.de quibus lex
finalis.§.patrimoniorum.ff.de mune.
l.vni. C. de salgamo. Hospiti. non
prestan.lib.12.Bar.in l.vni.C.de mu-
lier.

54 Tertio modo imponitur onus,siue
impositio personis,iuxta vires patri-
monij. secundum illud. diuiti prout
diuiti, pauperi. prout pauperi, quæ
propriè talliæ vocantur.l.item nulla.
C. de Episc. & Cleri. de quibus in l.
rescripto. §.fina. ff. de mune. & ho-
55 nor. Quarto verò modo imponuntur,
non personis,aut rebus, sed actibus
extrinsecus.puta ratione contractuum
pro portis transigendis, & alijs simi-
libus.quibus quatuor modis expositis,
56 dicendum est.quod si talliæ,seu impo-
sitiones, imponuntur primo modo,
videlicet ratione singularum perso-
narum, vel tertio modo quando im-
ponuntur.habita ratione ad valorem
patrimonij vnius cuiusq; poterunt
57 imponi sine Principis licencia.si ve-
rò imponuntur secundo modo,super
mercibus, vel quarto modo actibus
extrinsecis, non poterit vniuersitas
imponere sine licencia.cum ex tradi-
tis à dicto Francisco de Sousa, quan-
do imponuntur secundo, vel quarto
modo prædictis. tunc vectigalia, seu
impositiones propriè sint, & sic de-
bent regulari eisdem regulis.

58 In summa igitur.vectigalia impo-
nere,quæ comprehendant Forenses,
est de Regalijs domini Regis. Sed
quæri potest an hæc Regalia sit con-
cessibilis,ita vt dominus Rex, possit
concedere alicui, vt à cætero possit
imponere vectigalia, in quibus Fo-
59 renses comprehenduntur. Et dicen-
dum est iuxta tradita per Oliba ad
vsa. alium namq; c.6. n.41. cum se-
quen. vbi resoluit. posse huiusmodi
facultatem communicare,non tamen
60 à se abdicare. & quotidie experimur
in Regio Archiuo priuilegia,quibus
diuersis vniuersitatibus fuit data fa
cultas imponendi vectigalia,ad quo
rum solutionem contribuunt Foren
se

ses provt experimur respectu huius ciuitatis de Barcelona. in qua, ex di-
6 uersis Regijs priuilegijs ciuitas est assueta, imponere impositiones mercibus. quas soluunt non solum ciues, sed etiam Forenses.veluti,ex priuilegio concesso dictæ ciuitati per Serenissimum Regem Ildefonsum,de anno,1286.& per Serenissimum Regem Petrum in anno 1357. & alijs.que refert Bosch in suo libro dels titols de honor.lib.4.c.25.fol.473.vol.2. verbo *Desde dita concessio.* Vbi autem vni-
62 uersitates imposuissent impositiones sine licencia Regis, certum est. ipsas integriter Regi expectare,ita fuit declaratum in officio Magistri Rationalis domus, & curiæ Regiæ. in causa quæ ibi vertebatur ad relationem Magnifici Ioannis Pauli Xammar. Regij Consiliarij inter fisci Procuratorem Patrimonialem Agentem, & Syndicum villæ de Sant-Seloni. die 5. Februarij.1638. & in alia causa,inter eũdem fisci Procuratorem,& vniuersitatem villæ de Olot facta conclusione, die trigesima Maij.1637. Cum autem adsolutionem gabella-
63 rum,seu vectigalium,soleant fieri ordinationes pœnales, seu proclamata, quibus sub pœnis certis, & amissione mercium mandatur, quod soluantur vectigalia. an casu quo vectigal, non soluatur, pœna illa amissionis
64 mercium, & solutionis pecuniarum, debeatur eidem vniuersitati, vel ei, cuius sunt vectigalia. an verò fisco, pertineat videamus.
65 Cui dubitationi respondetur. quod vbi statutum,seu preconium Imponit pœnam,& eam applicat Fisco,suã partem.clarum est dispositionem esse sequendam,ita Salice.in l.1.C de modo mulctan. Peregri. lib.4.titu.8.n.4. si verò statutum, seu preconium, non
66 applicat pœnam. Sed eam imponit, pœna est illius,cuius est vectigal. quia cum vectigal sit priuati,pœna tanquã
67 accessoria sequitur naturam sui principalis.argum.l.si cui.ff.de verbo.signi.quia debetur iure actionis,& eo casu dicitur. quod pœna est gabellatij. & non fisci, l. fina.§.diui. ff.de publi. Alex.in l.1,C.de modo mulcta, n.20. Peregri.de iure fisci.lib. titu.8. idem Pere.lib.6.titu.de conduc.gabel.n.31.
68 quod confirmat, ex l.fina. §.licet de publica.

Sed dato, quod merces cadant in
69 pœnam, & commissum. eo quod gabella nõ sit soluta,& merces sint clericorum,quis sit Iudex competens ad cognoscendum de hoc. Et breuiter
70 dicendum est. quod si agatur, de iure soluendi gabellam,an Clericus teneatur soluere,vel non soluere, de rebus suis,vel ad proprium vsum expectantibus iuxta. c.quanquam de censibus lib.6.Bouadi. in sua politi.to.1.lib.2.
71 c.28.n.110.& 122.adhuc,quod non teneatur de illis rebus, quas consumit in alimentis prestandis suis cognatis, vel rebus,quæ ei supersunt,nam vendendo ea non dicuntur Clerici negociatores,Salcedo in praxi.Ecclesiastica decis.375. circa finem. Gutier. de gabel.q.93. hoc casu,Iudex Ecclesiasticus est Iudex competens. quia ciuitas nullibi reperitur priuilegiata,quin teneatur sequi forum rei, & sic fuit
72 declaratum per Cãcellarium don Petrum à Puig-Marì, die 10. Nouembris 1621. in causa contentionis,inter curiam Ecclesiasticam,& Secularem, ciuitatis de Tortosa,ratione Monserrati Morales Clerici, & Procuratorũ dictæ Ciuitatis,me existente eo tempore Aduocato dicti Capituli, defendentis dictum Morales Beneficiatum.

73 Si verò agatur, de ipsis mercibus aprehensis per gabellarios,& prætendatur easin fraudem cõmissas,eo quod sint negotiationis,tũc Iudex secularis, propter prædictam fraudem, de illis cognoscet. iuxta tradita per Ioan. de Inmo. in Clemen. de censibus. idem

tenc.

tenet Iacobus de Cugneo. in l.de his C.de Episcop. & Cleric. Bouadil.in sua Politic.tom.1.lib.2.cap.1.nu.123. tradit Mier. ad constitutio. Reg. Petri.3. in 2.curia Barcinon. cap. 38. pag. 39. num. 6. quod infertur, ex verbis dicti.cap.quanquam.ibi *De re-*
74 *bus proprijs*. Ioan. de Inmo. in Clemen.præsenti.de cēsibus verbo *Negociandi*. quia clerici negociatores,quo ad negociationem,subiiciuntur Iudici seculari. & sic in causa contentionis Ortæ inter curiam Ecclesiasticam, & secularem,fuisse declaratum. vide-
75 licet clericum pro rebus negociationis subiici curiæ seculari, suam verò personam, etiam causa negociationis Iudici Ecclesiastico subiacere. refert Michael Ferrer 3. par. obserua. c.220. referens alios hanc tenentes
76 sentenciam Cancer.lib.3. vari. c.8. á n.109.negociatio autem respectu clerici dicetur. quando ipse, non solum emit prose, sed pro lucro captando nam si emerit pro se,& eius sustentatione, & postea aliquid residuum sit, quo non indigeat,illud vendere poterit absque solutione gabellæ,&frau-
77 dis. quia in modico non consideratur negociatio. Sed patrimonium clericorum iudicatur. ex Lasarte notat Gutier.de gabellis.quæst.93. num.21. Richius in praxi Episco. decis. 375. retuli tom.1.variar.cap.15. num.502. vel si essent de rebus patrimonij ipsius clerici.Bouadi.tom.1.in sua poli. lib.2. cap.18. num.100. & Doctores per eum allegati littera D. si verò
78 gabella sit soluenda Regi, seu eius etario,Iudex secularis Regis cognoscet. de qua iurisdictione latius infra.
79 Cum autem facultas imponendi impositiones. sit concessibilis, ita, & præscriptibilis.iuxta supra tradita, & quæ refert Mastrillo de Magist.lib.1. cap. 19. num.15. Sed quo tempore præscribatur facultas imponendi ci-
80 sas,seu impositiones: licet magna fuerit controuersia.. veritas tamen est. quod ex possessione inmemoriali probata.allegato titulo præsumpto,censetur, vniuersitatem posse imponere vectigalia,cisas, & impositiones.quia possessio immemorialis habet vim tituli.cap. cum conquestus 9. quæst. 6.
81 Cano.mos antiquus 95.distinc.Marius Iurba con.69.nu.12. Bar. in l.omnes. C.de præscrip.30. vel 40.anno. Gutier.Practi.quæst.lib.3.quæst.14.n.47. Socar.in cap.si autem nu.5. de fœud. Osas.decis.29.nu.7.Peregrin.de iure fisci titu.2.num.61.Oldrald.cons.172. noster Fontan.dicta decis.217.tom.1. num. 24. referens quod in officio,
82 Magistri Rationalis domus, & Curiæ Regiæ, fuerunt diuersæ sentenciæ latæ,contra Procuratorem Fiscalem Patrimonialem, & in fauorem diuersarum vniuersitatum. à quibus Fiscus recuperare intendebat omnes quātitates receptas,ex eis,eo quod eas exigisset sine priuilegio, & cum allegassent titulum præsumptum,& possessionem inmemorialem, obtinuerunt vniuersitates sentenciam, in ea-
83 rum fauorem,ita die 5.Decēbris 1633. in causa Fisci Patrimonialis contra vniuersitatem de Ager. In qua Fiscus petebat quatuor partes impositionum,idest integriter omnes. quia non constabat de Regio priuilegio. & quia allegauit vniuersitas titulum præsumptum, & probauit in memorialem, fuit cum dicta sentencia ab-
84 soluta. Similis fuit lata sentencia, die 14. Decembris 1635. in causa vertente, inter Fisci Procuratorem patrimonialem, & Syndicum villæ de Tamarit Diœcesis Tarraconen. similis fuit lata sentencia. 8. Iunij 1637. in causa vertente inter dictum Fisci Procuratore Patrimonialem,& vniuersitatem de Alos, & alia.

85 die 16. Aprilis 1638. in causa inter eundem Fisci Patrimonialem Procuratorem, & Syndicum villæ de Figuerola. quo modo autem probetur possessio immemorialis infra traditur, capite de Præscriptione Regaliatum. alia adducit similia, Fontanella tom. 1. decis. 217. à n. 22.

S V M M A R I O.

Aquarum materia ampla est, num. 1.
Aquarum materia in quibus locis tractetur, n. 2.
Aqua pluuia quæ dicatur, n. 3.
Aquas pluuias an liceat congregare, num. 4.
Aqua quotidiana, & æstiua quæ dicatur, num. 5.
Aqua quotidiana an debeat cōtinuo fluere num. 6.
Aqua æstiua quæ dicatur, n. 7.
Fons quid sit, n. 8.
Fontes qui dicantur, n. 9.
Riuorum materia vbi tractetur, n. 10.
Riuus quid sit, n. 11.
Riuus quid significet, n. 12.
Aqua maris cuius sit, n. 13.
Aqua pluuia quæ sit, n. 14.
Riuus qualiter fiat, n. 15.
Titulus, ff. de aqua pluuia arcenda quid contineat, n. 16.
Actio ex titulo, ff. de aqua pluuia arcen. quando locum habeat, n. 17.
Aqua quotidiana, & æstiua an sint idem, num. 18.
Aqua hyemalis solet dici, non quotidiana, num. 19.
Aqua æstiua solet dici quotidiana, num. 20.
Aquarum summa diuisio, n. 21.
Aqua publica, quæ dicatur, n. 22.
Aquarum vsus quando sit publicus, num. 23.
Aqua quando constituat flumen, n. 24.
Aqua nascens in fundo particulari, an possit dici publica, n. 25.
Aquæ decurrentes cuius sint, n. 26.
Aquarum transitus qualiter consideretur, num. 27.
Portus fluminum sunt de Regalijs, num. 28.
Ancoragium quod ius sit, & cui debeat, num. 29.
Riuus publicus, & priuatus in quo differant, n. 30.
Refectio riuorum cui pertineat, n. 31.
Aquæ publicæ, quæ dicantur, n. 32.
Aquæ publicæ cuius sint, n. 33.
Fluminum iurisdictio an censeatur data, num. 34.
Iurisdictio aquarum cuius sit, n. 35.
Piscationes an dominus Rex possit prohibere, n. 36.
Nauigationes an sint prohibitæ, n. 37.
Riuorum alueí cuius sint, n. 38.
Ripatica cuius sint, n. 39.
Aquæ priuatæ cuius sint, n. 40.
Aquæ priuatæ an possint dari à Rege, num. 41.
Aquæ priuatæ an comprehendantur in Regalijs, n. 42.
Piscationes qualiter considerentur, num. 43.
Maria sunt publica, n. 44.
Piscatio in mari an possit prohiberi, num. 45.
Piscationes in mari qualiter considerentur, n. 46.
Piscatio in riuis qualiter possit prohiberi, num. 47.
Flumina an dicantur publica, n. 48.
Piscatio in fluminibus an possit prohiberi de consuetudine, n. 49.
Flumina cuius sint, n. 50.
Piscandi ius in fluminibus à Rege dari potest, n. 51.
Reges capiebant vectigalia à piscatione fluminum, n. 52.
Rex an possit prohibere piscationes in fluminibus, n. 53.
Necessitas, seu commoditas publica, maximè attenditur, n. 54.
Piscatio fluminum intra Cataloniā quando sit prohibita, n. 55.

Prohibitiones

Cap. 8. De Regalia concedendi fabricam, pontium, cimbarum, & molendinorum.



1 QVARVM materia ampla est, cum de ea in diuersis titulis agatur, & in eis separatim materia aquarum tractetur. agitur enim de
2 ea in titulo, ff. de aqua, ff. de aqua quotidiana, & æstiua, & in Titu. ff. de aqua pluuia arcenda. in quo titulo particulariter agitur, quando qui-
3 bus, & qualiter sit concedenda aqua, iuxta expositionem Sebastiani Brant in expositione titulorum iuris, ad hunc titulum. agitur etiam de personis, quæ possint se experiri actione aquæ pluuialis arcendæ, & contra quos, quis se possit experiri; & de Iudicis officio, quod imploratur. tradit Cepola in tractatu de seruitut. rusticor. prædio. cap. 5. de aqua pluuia arcen. vbi principali-
4 ter dicit. hunc titulum fuisse introductum causa eorum, qui operibus factis, aquas pluuiales agregant, ad suos campos rigãdum. ex quo, cum vicinis soleat parari præiudiciũ actione huius tituli, agere potest ille, cui præiudicium infertur. Anto. Olib. de actio. 1. p. lib. 2. ad §. aquæ, n. 124. cum sequen. si igitur alicui aqua pluuia

damnum dat, auertetur damnum, hac
actione, quæ edicto Prætoris tribui-
tur, siue sit in æstate, siue in hyeme.
5 Alius est Titulus, ff. de aqua quo-
tidiana, & æstiua. que consistit in qua-
dam possessione, quam quis habet,
vtendi aquis. Ipsas aquas diuidit Iu-
re Consultus, in l. 1. ff. dicto titulo,
in quotidianam, & æstiuam. quotidia-
nam appellans eam, quæ assidue duci
6 solet, vel æstiuo tempore, vel hiberno,
etiam si aliquando non ducatur. non
enim dicitur quotidiana, quia quoti-
die ducitur, Sed quia est in faculta-
te illius, qui eam ducit, vt quotidie
possit ea vti, si velit. quamuis non
duceret quotidie. æstiua autem, ea est,
7 quæ solum expedit æstiuis tempori-
bus, sicut appellamus vestimenta æsti-
ua, saltus æstiuos, castra æstiua, &
generaliter, ex animo vtentis, & ex
natura locorum, aqua quotidiana, à
æstiua differt.
8 Alius est Titulus, ff. de fonte, in
quo agitur de aqua, quæ non duci-
tur, sed oritur. & dicitur hæc serui-
tus hauriendi. eo quod, fuerit inter-
dictum hoc concessum, vt eo vta-
tur is, cui impedimentum fit, quin
minus eo vt possit. fontes autem or-
9 dinariæ sunt. quæ licet ad vsum pu-
blicum sint, non tamen exeunt à
dominio domini fundi, in quo nas-
cuntur, dum inter proprias terras de-
currunt.
10 Agitur etiam de aquarum mate-
ria, in titulo, ff. de riuis, qui propriè
loquendo, est locus per longitu-
dinem depressus, quo aqua decur-
rit ita Cepola in tractat. de seruitu.
rustic. prædio. cap. 12. de riuis di-
11 cens. Riuum esse locum per longi-
tudinem depressum, quo aqua decur-
rit, quod confirmat ex l. 1. §. 1. ff. de
riuis fluminum. & licet vulgariter
12 nomen hoc *Riuus* accipiatur pro flu-
xu aquarum, in hoc tamen titulo,
accipitur, pro loco, per quem aqua
decurrit. & sic agitur in hoc titulo.
de reficiendo loco, per quem aqua
decurrit.
Sed vt in aquarum materia scia-
13 mus, in quibus consistit Regalia, se-
paratim de natura vniuscuiusque
aquæ hic agam. & prius de aqua plu-
uia. Præsupposito quod, non loquimur
de aqua maris, quia maria, licet quoad
vsum sint iurisgentium, verum quo
ad protectionem, sunt domini Re-
gis. iuxta relata per Cancer. 3. tom.
variar. cap. 12. de Iurib. Castro. n. 237.
& ante eum Calici. in Margari. fisci.
dub. 8. n. 36.
14 Aqua pluuia est, quæ à cœlo cadit,
& hæc rigando communis est, &
non potest de ea oriri quæstio. nisi
quādo ex earū cōgregatione fit riuus,
quo casu, & multoties commodum,
15 aliquocies damnum aliquibus infer-
tur. ex qua causa fuit constitutus,
Titulus. ff. de aqua pluuia arcen. in
16 quo latè de hac materia agitur. Sed
in summa est sciendum. quod illa
actio, quæ ex hoc titulo datur, non
habet locum, si cursus aquæ, natura-
liter profluens à parte superiori,
17 dampnum dat agro inferiori. Sed
quando operibus manufactis, damp-
num irrogatur. l. 1. §. hæc, ff. de
aqua, & aqua pluui. arcen. ibi : *Hoc
est, cum quis manu fecerit, quo alter
flueret.*
18 Aqua quotidiana, & æstiua, licet
differant vsu non tamen differunt in-
re. l. 1. §. quotidie. ff. de aqua quoti-
dian. & æstiua. vsu differunt, quia
19 æstiua potest dici quotidiana, quia
quæ fluet in hyeme, multoties non
fluit in æstate. quæ autem in æstate
20 fluit, semper fluit, vt dicit Cepola
de seruitu. cap. 4. num. 104. quia non
conuertitur, aqua quæ fluit in hye-
me, fluit in æstate. licet quæ fluit in
æstate, fluat in hyeme.
21 Prædictis igitur sic constitu-
tis. Summa diuisio aquarum hæc
est,

est, quod aliæ sint publicæ, & aliæ
priuatæ. Peregrin. de iure fisci li-
br.8. cap.49. & 87. quæ autem pu-
blicæ sunt, vel priuatæ, ex infra
dicendis apparebit. iuxta tradita per
Iacob. Cancer. variar. resolu. tom.3.
22 cap.4. num.232. videtur ipsum sen-
tire. aquam publicam dici ex quan-
titate eius, dum dicit. quod si aqua
fluat in proprio particulari fun-
do, si tamen continuo fluat, & abun-
dat, vsus illius erit publicus, ex
l.1. §.1. & §. fluminum. ff. de re-
23 rum diui. Franciscus Marcus decis.
416. num.11. 1. par. & decis.314. num.4
part. 2. quantitatem autem dictæ
aquæ, magnam debere esse, ita vt
flumen constituere posit, ad hoc vt
24 publica dicatur, asserit ipse Cancer.
vbi supra. num.273. quod declarat,
dicens, quod magna illa quantitas
sit, ita, vt posit prodesse ad bonum
publicum. & in hoc concordat opi-
niones contrarias. quarum vna erat
eorum, qui dicebant. quod licet naf-
25 ceretur in priuato loco, esset publi-
ca, si in magna quantitate fluat, quæ
non flumen, sed riuum constituat,
non sit publica. resoluens. quod non
est attendendum, an flumen, vel ri-
uum constituat, sed an vsui publico
prodesse posit. Mieres ad constitu-
26 tiones Reginæ Mariæ cola.10. cap.20
de transitu itinerum ait. aquas de-
currentes in quantitate, publicas
esse dum ibi num.7. dicit, quod
27 transitus aquarum, si potest fieri sine
nauicula, quod via publica dicitur.
iuxta tradita per Angel. & Docto-
res. in l. flumine publico, ff. de serui-
28 tu. rustico. vnde in fluminibus pu-
blicis, sicut, & in mari, portus eo-
rum de Regalibus est. iuxta tradita
per Horati. Monta. in tractatu de Re-
galijs. §. portus. inde asserens, quod
29 ex eo debetur domino Regi quod-
dam ius, quod dicitur: *Ancoragium*,
quod ex suo Regio priuilegio, perci-
pit ciuitas Barcinonæ, ex quo ipsa te-
netur habere portum condirectum.
ad supradicta faciunt tradita per
Menoch. de retinen. posse. reme. 8.
30 per totum, vbi num.28. differentiam
cõstituit, inter riuos publicos, & pri-
uatos, asserens. num.29. quod quan-
do riuus est publicus, refectio illius
pertinet, & expectat ad eos, ad quos
lex, seu consuetudo obligauit, nisi
31 ad refectionem essent imposita ve-
ctigalia. quia tunc, ad eos expectabit;
ad quos pertinet eorum exactio. l. 16.
C. de Alex. prim. lib.11. Cepola de ser-
uitu. rusticor. cap.4. num.90. Menoc.
ibidem num.31. ex his infertur. aquas
32 publicas esse illas, quæ fluunt in mag-
na quantitate, & faciunt riuum in
perpetuo fluxu. cumque aquæ sta-
tim atque fluunt, & incipiunt cur-
rere, post quàm egressæ sunt terri-
torium illius, in quo nascuntur, in
nullius particularis bonis esse pos-
33 sint, ideo clarum est, tunc esse pu-
blicas, & illas esse domini Regis.
Tex. est in cap.1. quæ sint Regaliæ
in vsibus fœudo. adeo, quod si domi-
nus Rex concesserit alicui iurisdi-
34 ctionem, á tali flumine, vsque ad
tale flumen, licet quo ad iurisdionem
censeatur datum intra aquas, non ta-
men habebis talis donatarius aquas in
iurisdictione. ita Roscentau. de fœud.
35 in tracta. de Regali. cap.5. conclu.30.
in princip. Bosch. in titu. de flumin.
num.14.
36 Ex quibus euenit, quod Princeps
prohibet in fluminibus piscationes.
ita Peregrin. de iure fisci lib.1 cap.1.
num.21. ex mente Angeli, & Alex.
in l.3. §. netua, ff. vt in flumin. pu-
37 bli. quia iura illa dominij, sunt Re-
galiæ, ex quibus est. prohibitum par-
ticularibus, sine Principis licencia
illis vti. in titulo, ff. ne quid in flumi-
mine publico, l. vsum aquæ, C. de
aquæ duc. lib.11. Peregin. lib.1. cap.1.
num.16. & num.23. vbi ait, quod

38 aluei fluminum publicorum, cum pu-
blici sint, sunt de Regalijs, l.1.§.ille
etiam. ff. de flumi. Bar. in tracta. de
alueo. Idem atestatur de Ripatica, pro
vt declarat Peregrin. n.24. accipiens
Ripaticam, pro omni iure publico,
39 quod Princeps habet in Ripis flumi-
num publicorum. cum sit ius publi-
cum, priuatis hominibus non compe-
tens, nisi ex Principis concessio-
ne, Afflic. decis.388. num.13. Calici.
in extragrauato. curia. mihi pag.37.
à num.54.

40 Aquæ verò priuatæ sunt, quæ in
priuatis locis fluunt, iuxta notata per
Marquill. in vsati. strate. fol.209. col.1
verb. nota quod fontes. & similiter
fossa, quæ iuxta fontes manu constru-
ctę sunt l.1. §. fossa. ff. nequid in loco
publico. Peregri. de iure fisci lib. 8.
n.87. hæ enim, à Principe dari non
41 possunt, nec concedi. quia aqua illa
particularis, cedit fundo, vbi nascitur
ex Bar. in l. vicinus. §.1. ff. de aqua plu.
arcen. Tex. in l. lacus, & ibi glos. ff. de
ad qui rerum domi. Boeri. con.28. vo-
lu.1. Alex. con.57.

42 Hæ aquæ, dum intra limites priuatas
sunt, non consistunt in Regalijs. sed
solum aquæ publicæ. de quibus solum
dominus Rex, potest disponere. vt ex
mente Bartoli. in l. quo minus. col.2.
ff. de flumi. Angel. in l. fluminum, ff. de
damp. in fecto. Peregri. de iure fisci.
lib.8. n.46.

Ex quibus primo infertur. de iure
43 communi, piscationes aut esse in ma-
ri, aut in fluminibus. si in mari fiant,
licitum est eas fieri, quia maria sunt
publico vsui destinata. & sic pisces
44 fiunt capientium, l. nemo. ff. de rerum
diuisio. l.2. §. si quis in mari. ff. nequid
in loco publico. Inde infert, Guido
Papæ decis.514. non posse fieri prohi-
45 bitiones piscandi in mari. per Tex. in
l.3. §. plane, ff. quod vi aut clam tradit
Deci. con.597. n.2. & con.271. volu.1.
referens, hoc idem censisse Fabrum
in §. flumina insti. de rerum Diui Pe-
regri. de iure fisci, lib.8. nu. 35. Rol-
lan. à Valle, tom.1. con.5. n.69. vbi ait.
hoc generale edictum restringi. casu
46 quo, aliquis particularis, ius adquisie-
rit in certo loco, ex longa consuetu-
dine, seu priuilegio. per l. si quis quá
ff. de diuer. & tempo. præscrip. Abb.
in c. significauit, quæ sit longa con-
suetudo. si verò piscatio fiat in riuis
47 priuatis. licet Rodericus Suarez cõ.8.
à principio fere per totum, & maxi-
me. n.4. dicat flumina esse publica quo
48 ad piscationes, quoad vsum, ex iuris
gentium dispositione. quod sentire
visus est Gutier. canonica. quæst. lib.2.
c.9 n.4. loquens de dominis ordina-
rijs, extẽdens sic ad Principem. quod
etiam tradit Guiller. Benedic. in c.
Rainuncius. verbo *Et vxorem nomine
à delasiã*, decis 5. n.359. in fine. restrin-
49 git tamen suum dictum dicens. nisi in
fluminibus prohibitio fieret ex iuxta
causa, vel consuetudine. iuxta relata
per Guido Papæ. decis.514.

Cæterum, cum ex dictis constet.
50 flumina publica esse de regalibus, hinc
certum est. Prohibitionem piscandi
per Principem fieri posse, quia cum
in fluminibus publicis possint Prin-
cipes facultatem piscandi, per priui-
legium, aut contractum vni concede-
51 re. iuxta tradita per Peregri. de iure
fisci dub.8. n.37. ita etiam poterit pro-
hibere. cum in piscationibus; de iure
Principes haberent redditus c.1. quæ
52 sint Regaliæ. ibi *Piscationum redditus*,
l. inter publica. ff. de verbo. significa-
tio. Peregri. vbi supra n.38. & licet
non de fuerint Authores (vt supra
dictum est) qui existimarunt, pisca-
tiones in fluminibus à Principe non
posse prohiberi, quos refert Roscen-
53 tan. de fœudis tom.1. c.5. de regali cõ-
clu.23. littera C, tamen receptior est
sententia. posse Principem causa pu-
blicæ vtilitatis, interdicere piscatio-
nes. argumẽto l. seruitutes. & ibi DD.
ff. de

ff.de seruitu. Cepola in tracta.de ser-
54 ui.rusti.subti.de pisca.n.9. & plures
quos longa serie, & commentatione
refert hanc tenentes sententiam. Ros-
centaulus de fœud.dicto c.9.concl.24.
in additio littera D. ex qua publica
causa, videlicet, vt piscium multitudo
accrescat, per Serenissimum Regem
55 Philipum in curijs celebratis in ci-
uitate Barcinone anno 1564. in cōsti-
tutione 3. sub titulo de cassar, y pes-
car. & in constitutione 4. eodem titu-
lo prohibuit, piscationes fieri in flu-
minibus, tempore quo pisces coniun-
guntur ad procreandum. & ita expe-
rimur, & practicamur. quod per ad-
mo. Illustrem Baiulum Generalem,
seu locumtenentem in officio, expe-
56 diuntur preconia, quibus prohibetur
piscatio in riuis, seu fluminibus publi-
cis ad certam pœnam. provt fuerunt
expedita ad instantiam Marchionis
de Villassor in termino suæ villæ *de
Sant Boy de Llobregat*; cuius Villæ in
parte est dominus Marchio de Vi-
lassor in Regno Sardiniæ commo-
rans. & in alia parte dominus Rex, &
in alia Abbatissa, & Conuentus Mo-
nialium de Valldonsella. Ex præ-
dictis infertur. quod licet Vicarius in
57 sua Vicaria, nō possit imponere ban-
na, quæ extendantur ad terras Baro-
nū, iuxta tradita per Mier. ad cōstitu-
tiones Regis Alfonsi 3. in curiis Mōtis
Albi. c.3. cola.5. nu.15. mihi pag. 287.
& in c.33. curiarum Regis Iacob. 2. co-
58 la.4. c.33. intelligēda est de bānis, quæ
apponuntur ordinarie, non verò de
illis. quæ fiunt causa conseruandarum
Regaliarum. quia cum hæ Baronibus
59 non sint concessæ, neque effectus ea-
rum, iuxta tradita per Peregi. de iure
fisci lib.8. n.49.

60 Cum autem hæc Regalia sit con-
cessibilis, ita erit præscriptibilis. iux-
ta supra tradita, & ea quæ referrētur.
In c. de præscrip. regaliarum, & à
Roscētaul. de fœud. tit.5. de Reg. n.3.

61 Ex his infertur. quod eo casu, quo
legitima præscriptione, adquisierit
aliquis hoc ius piscationis prohiben-
di intra suos terminos, poterit etiam,
similia proclamata pœnalia prohibi-
62 tiua facere. iuxta tradita per Peregri.
de iure fisci lib.8. n.49. vbi dicit. quod
si dominus Rex, alicui Baroni con-
cessisset flumina in sua territorio, quo
63 ad vtile dominium, transfiret, cum om-
nibus suis requisitis, & vtilitatibus.
ita attestatur Bal. in l. si plures. n.3. c. de
condi. inser. Alex. con.194. n.8. lib.2.
Cepola in tracta. de flum. n.4. & alij
relati per Peregri. dicto loco n.49.
64 Sed quæritur. quid operentur dicta
preconia. & respondetur ex traditis
per Cancer. lib.3. varia. c.4. à n.146.
quod si lapsum sit tempus longissi-
mum ad præscribendum Ius prohi-
bendi, habebunt tales domini, (si pro-
betur homines talibus proclamati-
65 bus, & prohibitionibus adquieuisse)
si enim talia proclamata publicata
sint, & illis non fuerit paritum, tunc
proclamata nullum producunt effe-
ctum. vt post Caneta, & Bertasolum
refert Cancer. vbi supra asserens hoc
secutum fuisse Thesaurum decis. 16.
à n.6. eo quod, non sufficit, præceptū,
fuisse factum, nisi probetur obseruā-
tum. Afflic. decis. 265. n.10. qui dicit
Baldum asserere, nil agere, qui man-
dat si eidem non obediant.

66 Sed nunquid, pœna quæ apponitur
in similibus proclamatibus, recupere-
tur, & quo modo. in qua materia sunt,
qui dicunt, quod in pœnis ordinarijs,
si adsit pars, quæ instet. vna cum Fis-
co, & pœna ipsis duobus sit applican-
da, quod duplici actione peti poterit.
ciuili quatenus pertinet ad partis
particularis instantiam, & interesse.

67 Quo verò ad partē Fisco expectan-
tem, actione criminali Bossi. in titu. de
appella. n.8. communem dicit Felin.
ad rubri. de iudi. n.3. Alex. con.68. n.1.
volu.1. Vera tamen resolutio est, quod

vbi

68 vbi pœna Fisco, & parti particulari
applicatur, cum mixta sit actio, qua
pœna recuperatur, & ipsa vnica sit,
licet in distributione diuidatur inter
Fiscum, & partem, seu acusatorem.
actio tamen criminalis est.& non di-
69 cetur mixta ita Iuli.Clar. in sua pra-
xi.crimi.§.fina.q.1.n.3. verb. tertius
casus.quia pars, quæ Fisco applicatur.
cum sit prestantior, & magis digna
70 atrahit ad se aliam partem, tanquam
minus dignam: cum semper à prestā-
ciori nominetur. & hanc resolutio-
nem secutus est Gailius in tracta. de
pace pub.lib.1.c.15. n.24. & maximè
26. & hanc sequerer iudicando.

Hinc etiam dicunt.molendinorum
71 constructionem esse de Regalijs. &
sic sine liccucia domini Regis mo-
lendina non posse edificari, quia ex
flumine, non potest percipi aqua.l.2.
§.si quis à Principe, ff.ne quid in lo-
co publi.l.1. §.permititur. ff.de aqua
quoti. & æsti. l. quod Principi. ff.de
aqua pluui. arcen. Cepola. in titu.de
flumiu.n.4.& 5. Affiic.decis.288.n.13.
72 Peregri.de iure fisci.lib.8.5.piscatio-
nes.n.47.& licet aliqui Authores te-
nuerint, quod quilibet potest facere
molendinum in flumine publico,
dummodo non sit nauigabile, quos
refert Rosentaul.de fœud.in titulo de
Regali.c.5.tom.1.conclu.28. in prin-
cipio.tamen veritas est, vt ipse resol-
uit n.7.quod dato, quod flumina pu-
blica sunt Regis, quod non possunt
73 molēdina edificari,& ad eorum vsum
aquam accipere sine Principis licen-
cia,l. fina. C.de aquæ ductu. lib. 10.
Anton.Gomez ad l.46.tauri.& quo-
74 tidie experimur. quod molendina
edificare volentes, accedunt ad Baiu-
lum Generalem, vt eis impartiatur
licencia, quæ eis solet concedi sub
modica pensione annui census sol-
uendi Receptori Baiuliæ Generalis,
& inde accipiendi aquam necessariam
ad opus molendini, ex Regia prag-
matica tributa Baiulo Generali per
Serenissimum Regem Philippum
Tertium, data Barcinone, die 13. Iulij
1599. registrata in Baiulia Generali
in lib.2. priuilegio. de tempore don
Ioannis Icart Baiuli Generalis.fol.50.
75 Si verò in priuato fundo aqua nas-
catur,& in magna quantitate fluit, ex
qua molendinum posset construi,
certum est. dominum soli in qua aqua
emanat, molendinum ad suum vsum
construere posse: iuxta tradita per
Rosentaul. titu. de Rega. conclu.29.
c.5. n. 2. verbo *Qua in re* distinguens
76 expressè. quod aut quis vult facere in
loco publico.& non potest. ex supra
traditis. aut in loco priuato.& potest,
etiam si alicui noceat. Bar.in l.quomi-
nus. ff.de serui.rustico.Cepola de ser-
ui. rustico. cap. 4. de seruitute aquæ
ductus.n.50.Craue.de antiqui.tempo.
4.par.5.circa præmissa.num.13.Alex.
con.194.num.11.volu.2.Cancer.lib.3.
variar.c.13.n.122. & sequen.
77 Prædictam autem licenciam edifi-
candi molendinum, clarum est, non
inferre obligationē veniēdi ad illud.
cum liberum sit molere vbicunque
quis voluerit, quia in Catalonia distri-
ctus sunt prohibiti, ex constitutione
4.titu. de comercis. y segure, de ca-
mins Socar.ad consti.Catalo.in com-
memoratio. Petri Alber. c. si vero.
n.49.mihi pag.170.Cancer.lib.3.va-
riar.cap.3.n.78. vbi refert decisiones
Regiæ Audientiæ. In ciuitate Barci-
none hoc idem obseruatur. exceptis
flaquerijs,& fornerijs, qui nō possunt
molere, nisi in molendinis Regalibus
78 iuxta dispositionem cap.71. del re-
cognouerunt proceres inde etiam in-
fertur. Pontes in dictis fluminibus
non posse fieri, sine Principis licen-
cia, ex iuribus supra allegatis,& ex l.2.
5.tractatum,& ibi glos. ff.ne quid in
loco publi.b.l.fina.ff.ne quid in flumi.
publi.l.2.§.merito.& §.si quis à Prin-
cipe, ff.eod. Belluga in Speculo Prin-
ci.

ei.rubri.28.nu.8.Mier.tom.1. cap.27. pag.70. & sic etiam expertus fui de tempore, in quo functus fui officio Assessoris,& Aduocati Fisci Patrimonialis in Baiulia. quia fuerunt con-
79 cessæ binæ licenciæ, ad pontes construendum. vna Ludouico de Corbera, & de Sant Climent ad construendum pontem supra flumen de Llobregat, in suo termino de *Balsereny Vicaria de Manresa*.& alia Priori,& Conuentui Santi Agustini ciuitatis deGerona supra flumen de Onyar,vt sit facilior trãsitus à corpore ipsius ciuitatis,adSuburbia illius,inquibus est edificatum Monasterium Sãti Agustini.
80 Inde etiam neque ponticelos, licitum est alicui facere in loco publico. iuxta plura, quæ ad hoc institutum tradit Cepola de serui. vrba. prædio. c.60. per totum.
81 Refectio verò Pontium pertinebit ad Ciues, habitatores, & incolas vbi sunt.l.1.C.de operi.publi. Bar.in l.ad instructiones,n.2. C.de Sacro S.Eccl. Nata.cõ.157.n.5.Abb.in c.nõ minus, n.16. de inmuni. Ecclesi. Corneus cons.67. incipienti. in hac consultatione volum. 4. & alios, quos refert Gail. Practi. obserua.52.nu.15.dicens
82 etiam. quod refectio Pontium, concernens vtilitatem possessionum terrastenentium, pro eis debere contribuere terras tenentes propter eas, vt latè Paris.cons.25 .n.6.confirmas argumento desumpto. à contrario sensu, ex l. omnes Prouinciarum, C. de anno & tribu. lib.10. & ex l. 1. C.de operi. publi.
83 Prædicta verò Regalia circa reparationem pontium,tractatur in Baiulia Generali,siue ad instantiam eorum quæ habent interesse ad pontes, ratione transitus,siue ad Fisci instantiã. Et citantur Consules vniuersitatum, vt condempnetur vniuersitas, ad reparationem eorum.& probata eorum ruina, antequam totaliter eueniat condempnãtur Consules termini.intra quem pontes sunt edificati,vt reparentur.& sic me existente Fisci Aduocato,fuit lata sentencia, in Baiulia Generali die 12. Septembris 1633. in causa vertente,inter Fisci Procuratorem Baiuliæ Generalis, contra obtinentes dignitates del Estany,& Consules villæ Santi Ioãnis les Abadesses, in,& cum qua,Consules prædicti fuerunt condempnati ad reparationem pontium de *Segurtes*, & *descalques*,intra terminum dictæ villæ Santi Ioannis les Abadesses.
84 Clericos tamen non teneri ad contributionem põtium,resoluit Gutier. Practi.quæstio.tom.n c.4. nu.6. post longam disputationem.nisi inminens se offerret necessitas, de qua est consulendus Romanus Pontifex, vel Episcopus,si tempus consulendi Romanum Pontificem est breue. licet contrarium teneat Rosentaulus de fœud.tom.1.c.5.conclu.81.n.3. & ibi additiones.
85 Tandem neque cimbas habere, ad transuehundum flumina,sine Principis licencia est licitum.& sic cum Regio priuilegio, habent in flmine de Llobregat nobilis Michael de Clerianа.& nobilis Gilspertus de Guimerà, & alij intra Cataloniam.

SVMMARIVM.

BONA vacantia quo tempore considerentur, num.1.
Bona quando dicuntur vacantia, n.2.
Agnati,cognati,& mulier excludũt Fiscum, n.3.
Agnatio,& cognatio qualiter probetur ad excludendum Fiscum,n.4.
Intestatus quis dicatur,n 5.
Affines an excludant Fiscum,n.6.
Affinitatis causa hæreditas non defertur, num. 7.
Soceri an succedant generibus, n.8.
Maritus, & vxor quare ad inuicem succedant,.9. Fisco

Praescriptio

Præscriptio an locum habeat in bonis vacantibus, n.63.
Fiscus, quod tempus habeat ad petendum bona, n.64.
Sciencia bonorum vacantium an requiratur in præscriptione, n.65.
Vacantium bonorum denuntiatio an requiratur, n.66.
Vacantia bona intra Cataloniam quo tempore præscribantur, n.67.
Præscriptio in Catalonia, quod tempus requirat, n.68.

Cap. 9. De Regalia capiendi bona vacantia.



1 DE successione Iuris fisci, in bonis vacantibus est alia Regalia, pro qua perfecte intelligenda, sciendum est. Bona vacantia eo tempore dici, quo defunctus sine testamento decedens, nullos agnatos, seu cognatos, vel nec maritum, aut mulierem respectiuè reliquit l.1.& 4. C.de bonis vacant.& ibi Bar.& communiter Scribentes. Peregri. de iure fisci titu.3.per totum Afflict.in tracta. de Regalia. verbo *Bona vacantia*, n.13. Horati. Monta. de Rega. titu. de bonis
2 vacan. stantibus enim agnatis, seu cognatis, (cum ipsi intestato defuncto succedant,) isti Fiscum excludunt, vt infra dicetur. Sed quomodo agnatio,
3 seu cognatio sit probanda? Licet Mascardus de probationi. conclu. 73. referat modos, quibus probari soleat agnatio, qui idem seruantur in probanda cognatione. Verum legitimè probata remanebit, si testes, qui de ea
4 deponunt, dicant, ita esse publicam vocem, & famam. & vidisse, & audiuisse defunctum, & superstites, ad inuicem se sub nomine agnationis, seu cognationis solitos esse nominari, vt refert Camillus Borrellus in additio ad Bellu. in specu. Princi. Rubri. 5. litera B, fol. 11. mihi pag. 2. col. 2. in princi. hoc idem tenet Massueri. in sua praxi. titu. de proba. §. item Fiscus possidet. n.18. refert Tiraquel. in retract. csõanguininitatis. §.1. glo.16. num. 9.

5 Intestatum autem, cum intelligimus, quem definit Imperator Iustinianus in princi. insti. de hæredi. quæ ab intest. defer. videlicet. quod intestatus decessit, qui testamentum non fecit, aut non iure fecit, vel quod fecerat, irritum factum est, vel eius hæreditas non fuit addita. & si addita fuit, postea fuit repudiata. l. intestatus. ff. de verbo. signi. l.1. ff. de suis. & legitim. hæredi. l.2. ff. de in ius vocando Alex. in Rubri. ff. de adqui. hære. Rosentaul. de fœud. c.5. de Regali. conclu. 52. Matienço lib.5. nouæ recopila. titu. 8. l.12. glos. 1.

6 Affines verò, non excludunt Fiscum, quia cum hi ab intestato non succedant, eo quod nullo iure defuncto sint coniuncti, ideo illum non excludēt. iure enim affinitatis non de-
7 fertur successio, l. affinitatis, C. communia de successio. licet enim Bal. in l.1. C. commu. de successio. arguendo de viro ad vxorem, & è cõtra asserat.
8 Socrum, & socerum in bonis generum defunctorum succedere, nullo per eos legitimo condito testamento, seu hærede relicto, ad exclusionem Fisci. deceptus verò fuit; talem opinionem
9 amplectens. quia cum mariti, & vxoris ad inuicem successio, specialiter à iure sit introducta, non potest fieri extensio de persona, ad personam, & sic refutando Baldi opinionem tenet Fulgos. Pau. Alex. Iasi. & Deci. in dict.
10 l.1. C. vnde vir, & vxor. Fiscum soceribus præferri; Cæteræ verò personæ, quæ iure ciuili, aut Prætorio admittuntur ad successionem defun-
11 cti intestati, præferuntur Fisco. & altero, ex prædictis existēte, Fiscus non admittitur,

admittitur,l.1.C.de bonis vacan. l.vacantia.C.eod.l.2.C.de petit. bono.sublata.lib.11.Peregri. de iure fisci.lib.4. titu. 3.

Ex his est dicendum. filios adopti-
12 uos,seu arrogatos,etiam admitti,prius quam Fiscus admittatur.quia adoptati, & arrogati,legitimi sunt successores, cum ius, eos ad successionem defuncti vocet.l.1.§.fin.l.2.§.hæreditas.ff.
13 de suis & legiti.hæredi.l.fite parens. 5. C. eod. l. cum in adoptiuis. §. 1. verbo *Neque enim veteri iure*, iuncta glos.verbo legitimis, C. de adop. di-
14 cens,ideo legitimum appellari adoptiuum, quia remanent nexus sanguinis patris naturalis,patri adoptiuo,vt ab intestato succedat.

15 Mulier etiam succedit marito, ab intestato defuncto, è contra, maritus mulieri, nullis legitimis hæredibus relictis, excluso Fisco. quod prius de iure digestorum fuit dispositum l. 1. ff.vnde vir, & vxor. dūmodo iustum
16 esset matrimonium, quia si iustum non erat, non dabatur bonorum possessio,ex dicto titulo, ff. vnde vir, & vxor. quam dispositionem dictæ legis primæ confirmauit Imperator Theodosius in l.1.C.vnde vir.&vxor:
17 ibi *Maritus, & Vxor ab intestato inuicem sibi in solidum pro antiquo iure succedant*,& ibi Acurcius verbo *Antiquo iure* dicens ex dicta l.1. ff.eod.titu.

Bonis igitur vacantibus, quia non
18 existunt agnati,seu cognati ipsius defuncti,Fiscus ei succedit, ex dictis in principio huius capitis.eo quod,Fisci successio, in bonis vacantibus, sit de Regalijs.c.vni.vbi omnes scribentes. quæ sint Regaliæ in vsib. fœud.l.1.ff. de iure fisci. Vnde Bouadilla in sua
19 politi.tom.1.lib.1.c.16.à n.216. dicebat.quod dominis vassallorum habētibus merum, & mixtum imperium, non expectat ius succedendi in bonis vacantibus.l.vacantia.C.de.bonis vacan.lib.10.& de iure Castellæ, l.6.in fine titu.13.part.6.& ibi Grego. Lopez Matienso,lib.5.nouæ recopila. titu.8.l.12. glos.2.Sed cum posset eue-
20 nire (vt aliquoties euenit) quod quis decedit in vno Regno, veluti in Catalonia,relictis bonis in Regno extero,veluti in Aragonia, quis Fiscus, ex duobus Regnis succedat? Et quomodo in dictis bonis? Alex. cons.31. n.4.lib.1.differentiam constituit; in-
21 ter bona mobilia,& inmobilia, dicēs, quod Fiscus territorij,vbi habitat defunctus,&habet domiciliū,succedet in bonis immobilibus, & mobilibus sui territorij.& in mobilibus exteris Regni,in bonis verò inmobilibus defuncti, succedet Fiscus territorij. quia bona mobilia vbicunq; sint sequūtur domi-
23 ciliū. immobilia verò sequuntur territoriū vbi defunctus viuebat,eo argumēto. quod edificium cedit solo.idem tenet Bartholome Socin.con.101.n.5. volu.1.& con.36. n.6. eod. volu. Iuli. Clar. §.fina.q.78.n.27.tractans quæs-
24 tionem.an sententia lata cōtra bona, comprehendat sita extra territorium
25 vbi sententia lata est.Rollan.con.78. n.14.Rosentaul.de fœud.c.5.de rega. conclu.52. & ibi additiones.

26 Sed an Fiscus teneatur,eo casu,quo succedit, soluere defuncti debita. & quæ.Pro cuius difficultatis resolutione est sciendum,duplici modo succedere Fiscum in bonis defuncti. videlicet,ex causa,quod realiter bona sint
27 vacatia,quia nullo modo defunctus, de cuius hæreditate agitur, fecit testamentum.nec sunt aliqui,qui ei possint succedere ab intestato.aut quando facto testamento decessit, & nullus ex scriptis hæredibus sit,qui velit hæreditatem adire. vel tertio modo. quando facto testamento, hæredeque incapace instituto,hæreditas vacat,&
28 Fisco applicāda venit.est enim differēcia inter indignos,& incapaces. de indignis.agit Peregrin. lib.2. c.1.per totum.de incapacibus,lib.3.c.1.pœnes quem

quem latè materia vtriusque traditur. quibus generaliter propositis sic venit declarandum dubium.

29 Quod si incapacibus sit relicta hæreditas, Fiscus non admittitur, extantibus substitutis, vel ipsis deficientibus, extantibus cognatis, seu agnatis, quinimo prius admittuntur substituti, vel agnati, seu cog-
30 nati, seu succedentes ab intestato. ff. legari Institu. delegat. l. si quis mihi bona. § si quis planè, ff. adquiren. hæredita. l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui. vel alieni iuris Bar. in l. aufertur in principio, ff. de iure fisci. Deci. post Baldum in l. 1. num. 10. C. de secund. nupt. Pere-
31 grin. de iure fisci. lib. 3. Titu. 1. de incapaci. sumēdo pro incapacibus eos omnes, quos lex communis, seu municipalis incapaces facit. iuxta Peregrinum vbi supra num. 6. & glos. fina. vbi hoc referunt Angel. Pau. de Castro. & Raphael. Cuma. in l. eam quam, C. de fideicommis. Corne. con. 1. n. 23 tom. 3. & ex relatis per Peregrinum in dicto titulo de incapacibus. per totum.

32 Deficientibus igitur venientibus ab intestato, excluso indigno, seu incapaci ab hæreditate, tunc admittitur ad hæreditatem Fiscus, vt dictum est. & hoc casu, tenebitur Fiscus, soluere legata relicta in testamento, in quo incapax, seu indignus erat institutus hæres. ex l. cum Fisco, ff. ad Silani. & in l. recusare, §. si Fisco. ff. ad Trebellian. & in l. vnic. §. penulti. C. de cadu. tollen. quia cum in testamento, sit
33 clausula codicillaris, præsupponit confirmationem testamenti, ex aditione venientium ab intestato. ex glos. in l. qui filio, ff. de hæredi. instituend. quæ latè declarat Corneus consil. 158. num. 3. relatus à Peregrin. lib. 4. titul. 3. num. 26. verbo *Ad iura autem*, Idem Peregrin. lib. 2. tom. 10. hoc etiam refertur in Speculo Principum Petri Bellugà. Rubri. 5. in additio. littera B. verbo *Tenebitur autem Fiscus*. quando verò Fiscus succedit, eo quod
34 non præcessit aliquo modo testamentum, sed quia defunctus omnino decessit intestatus, & nemo sit, qui ex vocatione possit succedere, tunc dupliciter hoc considerari potest. quia si nullus agnatus, seu cognatus existat, tunc non tenetur Fiscus soluere. Iulius Clar. quæst. 78. num. 29. Ripa in l. ex facto, §. ex facto num. 6. communem hanc
35 sententiam attestatur Peregrin. ibidem. num. 27. qui hoc probat ex l. quod diuus 50. ff. de manu. testamen. iuncta l. 2. & 4. §. eadem,
36 ff de fideicommis. liber. si verò, hæredes sint, qui hæreditatem adire possint, & eam à dire recusent, tunc ex successorio edicto agitur, cum eo casu Fiscus succedat. licet Baldus existimet, Fiscum teneri legata soluere. Magis tamen recepta est sententia, quod non tenetur. quia
37 tunc, Fiscus. non succedit, vt hæres. defuncto. vt resoluit Peregrin. dicto cap. 3. lib. 4. num. 27. referens prius num. 26. plures Authores hanc tenentes sententiam.

Hæc Regalia concessibilis est,
38 cum eam, possit dominus Rex in vim contractus, seu priuilegij alicui delegare. iuxta Bar. Bal. Angel. in l. 1. C. de bonis vacanti. quos allegat Alex. con. 31. lib. 4. num. 1. Rosentaul. de fœud. dicto tom. 1. cap. 5. de Rega. conclu. 52. in additio. littera G. ideo infertur. quod cum
39 sit concessibilis. est etiam præscriptibilis. iuxta ea, quæ tradentur infra in c. de præscrip. Regalia.

40 Successio igitur hæc Fiscalis in bonis vacantibus, cum sit de Regalijs domini Regis, non censetur traslata in concessione meri, & mixti

Imperij. quia huiusmodi ius succe-
dendi in bonis vacãtibus,non dicirur
41 esse in fructibus Iurisdictionis, etiam
si,sit habentis merum,& mixtum Im-
perium.iuxta tradita per Bouadilla in
42 sua poli.tom.1.lib.2. cap.16. nu.216.
& ibi additiones littera, B. & C. vbi
plures refert Authores hanc tenẽtes
43 sentenciam. deuoluta igitur scientia
Fisci Procuratori patrimoniali, de
morte alicuius defuncti, sine testa-
menro,& successoribus legitimis, so-
lent fieri proclamata, quibus denun-
ciatur mors illiùs defuncti, expri-
mendo nomen, & cognomen illius.
de quorum agnatis,siue cognatis nul-
la habetur noticia. monendo eos,qui
sibi agnati, & cognati sunt, vt intra
certum tempus compareant, ad do-
cendum de agnatione,siue cognatio-
ne sua, de quibus si Iudici constiterit,
bona omnia defuncti adiudicabit,
comparentibus,excluso Fisco. Tem-
44 pore autem præfixo,si intra illud nul-
lus appareat,tunc ad instantiam Fisci
Procuratoris,Iudex declarat,bona il-
la esse vacantia. & per consequens
pleno iure esse adiudicanda Fisco Re-
gio.Ipseque, illorum omnium faciet
aprehensionem, & venditionem, &
45 hanc praxim fore de iure communi
tradit Peregrin. dicto cap.3. titu. 3.
num.30. dicens.esse iuxta l.fina.C.de
bonis vacan. lib.10. eandem praxim
refert Ioannes Matienço lib.5. nouæ
recopilatio titu.8.l.12. glos.2.num.3.

In Catalonia vetò,cognitio bono-
46 rum vacantium, pertinet (vt ita di-
xi, non sic latè tom.1. mearum varia-
rum resolutio. Titu.1. de iurisdic.
omni. Iudi. num.573.) Regio Con-
silio Baiuliæ Generalis (priuatiuè ad
Regiam Audientiam.) signanter ex
Pragmatica Regis Ildefonsi Quarti
quæest Registrata in eadem Baiulia,
in libro intitulato *Regestrum Petri
Besset*, fol.4. pluteo.1. & ex alia *In
Regest.Petri Cacosta*, pluteo.1. fol.76.
& ex alijs, & signanter. ex Pragma-
tica Regis Philipi. Registrata in Re-
giotum. 8. fol.24. in & cum qua,
47 Serenissimus Rex Philipus, con-
firmat omnes pragmaticas, dispo-
nentes de bonis vacantibus, decla-
rans de nouo. bonorum vacantium
cognitionem, ad Baiulum Genera-
lem, priuatiuè expectare.adeo quod
Baiulus Generalis, procedat contra
quascunque personas, etiam Eccle-
48 siasticas; si bona vacantia pœnes Ec-
clesiasticos, vel Curiam Ecclesiasti-
cam detineantur. vt fuit declaratum,
in caũsa contentionis, inter Cu-
riam Ecclesiasticam Barcinone, per
49 Regium Cancellarium Episcopum
Vrgellen.die 5. Maij 1511. in cau-
sa contentionis, inter Curiam Ec-
clesiasticam Barcinone, & secula-
rem Baiuliæ Generalis, ratione bo-
norum vacantium cuiusdam Peyron
terræ Visconiæ, detentorum per
Officialem Curiæ Ecclesiasticæ. &
in alia causa contentionis, inter
easdem Curias; ad instantiam Pro-
curatoris Piatum causatum, & Re-
ctoris Parochialis Ecclesiæ de Sa-
badell, super bonis Bernardi Rou-
re. In qua fuit lata sentencia per
Cancellarium Franciscum Montaner
die 22. Octobris 1574.

50 In dicto igitur Regio Consi-
lio Baiuliæ Generalis Cathaloniæ,
per Fisci Parrimonialis Procura-
torem datur supplicatio, narrando
factum, offerens date testes super
supplicatis, petens attenta infor-
matione, vniuersam hæreditatem
dicti defuncti intestati, & absque
cognatis, & agnatis, & muliere,
sibi adiudicari. quæ supplicatio com-
mittitur alteri ex Regijs Consilia-
rijs Assessoribus. per quem fit pro-
uisio. quod recipiatur informatio. &
ea recepta, prouidentur, & publican-
tur

tur preconia per loca assueta præsen-
tis ciuitatis Barcinone, quibus præ-
figitur tempus triginta dierum, ad
docendum de iure, prætendentium
succedere dicto defuncto. Fiscus
51 enim non debet occupare bona va-
cantia, nisi præcedente inquisitio-
ne, & discussione, & factis præco-
nisationibus, iuxta l. fina. C. de bo-
nis vacan. Bossi. de bonis vacan. n. 4.
Horatius Montano. de Regalibus.
Titu. bona vacantia num. 2. verbo
Fiscus non occupabit. iuxta quæ,
facta relatione de publicatione per
tubicines, si intra dictos triginta dies
aliquis comparuerit, & docuerit le-
gitimè de iure suæ successionis, ei
ad iudicatur vniuersa defuncti hæ-
reditas. Si verò non probauerit,
tunc sententia fertur, in fauorem
52 Fisci Procuratoris Baiuliæ Genera-
lis. & lata sententia, bona capiuntur,
& venduntur in publica subhasta-
tione, prætiaque prouenientia in-
trant in posse Receptoris Baiuliæ
Generalis.

53 Licet autem de iure communi, non
admittantur agnati, siue cognati,
lapso termino præfixo, ex l. diffa-
mari, C. de ingenuis, & manumiss. l. si
eo tempore, C. de remissio. pigno.
Bossi. in tracta de proclamar. à nu. 9.
cum sequen. Peregrin. dicto cap. 3.
lib. 4. in fine. In Baiulia vero Gene-
rali Cataloniæ practicatur, quod lap-
so termino, admittuntur opposito-
res, & eis saluum ius remanet.

54 Nec obstat quod sint multi Au-
thores, qui dicunt, quod sint aliqui,
qui in prædicta successione præfe-
runtur Fisco, licet non sint agnati,
siue cognati. quos referr additio ad
cap. 5. de Rega. conclu. 53. apud Ro-
sentaulum. veritas tamen est, quod
non admittuntur oppositores, eo
quod nullibi, in iure cautum est, vt
resoluit Rosentaulus dicta conclu. 54.
per totam.

55 Licet autem propriè, bona va-
cantia dicantur ea, quæ vacant, ex
causa intestati, vt supra dictum est,
sunt etiam, & alia bona, quæ vacan-
tia dicuntur, quia domino certo ca-
rent. Hora. Monta. de Regal. Titu.
bona vacantia num. 5. quæ ita appel-
lantur, quia dominus eorum igno-
ratur. docet idem Peregrin. de iure
fisci lib. 4. Titu. 3. num. 29. vbi ait.
in his sic disponitur, quod si res fue-
rint alicuius, qui eas tanquam pro
56 derelicto reliquerit. quod res illæ
pertinent ad primum occupantem,
& sunt illius §. sacræ instit. de re-
rum diuisio. ex tradis à Cepola in
tracta. pro derelicto num. 18. Bar. in
l. rem quæ nobis in fine. ff. de ad-
qui. rerum domin. quæ occupatio,
vt ius faciat, debet esse trium die-
rum ex Bald. in Rubri. ff. de rerum
57 diui. num. 23. si autem res sit mobi-
lis, quæ inuenitur, nec potest per-
uenire ad cognitionem cuius sit,
tunc ad Episcopum loci sit deferen-
da, vt illam inter pauperes distri-
58 buat. quod probatur. qui hanc secun-
tur sententiam, ex cap. si quid inue-
nisti. 14. q. 5. secuntur Canonistæ in
c. cum tu ex. de vsur.

Hanc quæstionem latius tractat
69 Gutier. lib. 2. Canoni. quæstio. cap. 9.
à num. 8. referens ad inuicem, va-
rias contrarias opiniones, inter gra-
uissimos Authores, inter se disiden-
tes. resoluens vltimo. tutiorem esse.
in vtroque foro. vt distribuat inter
pauperes suo arbitrio. magis neces-
sarios. vt per Gutier. ibidem num. 10.
bene tamen est. quod si inuentor
est pauper, & egeat, tuta conscien-
cia, poterit inuenta retinere, ex plu-
ribus per Gutier. allegatis ibidem
num. 12. Sub specie bonorum vacan-
tium continentur ea, quæ in litto-
re maris inueniuntur causa naufra-
gij, quorum domini non apparent
iuxta tradita per dictum Horati.

Montanum vbi supra num. 6. quæ etiã capit Fiscus.iuxta supra dicta,& rradita per dictum Montanoibidem.

60 In Cataloniæ verò Principatu,hæc bona regulantur, ad naturam bonorum vacantium ex defectu personarum. & sic per Baiulum Generalem, & eius Fiscum aprehenduntur etiam, & serui fugitiui,& sic proceditur sicuti in primis bonis vacantibus. circa quæ sunt litteræ domini Regis directæ Gubernatori Cataloniæ quibus

61 præcipitur,ne de rebus inuentis sine domino, quæ propriè dicuntur *Trobes*.se intromittat.cum hæc ad Baiuliam Generalem expectent. quæ litteræ sunt continuatæ in Reges.commu.rr.n.2. fol.68. pluteo 19. & aliæ directæ Baiulo Barcinone super bonis vacantibus,quæ sunt in Regestro cõmuni 12. fol.7.plut.19.

62 Pignora etiam capta pro executione quarumcunque cutiarum,etiam Regiæ Audientiæ, quæ in custodiam rraduntur custodi pignorum, vulgo dicti *La guarda de las penyoras*, de biennio, inbiennium capiuntur per Baiulum Generalem. & in his proceditur sicuti in alijs bonis vacãtibus. vt retuli lib.1.mearũ varia resolutio. c.1.á num.570.Sed intra quod tempus prætẽdentes, rem Fisco adiudicatam recuperare,debeant comparere, & se opponere.decidit Mieres ad constitu. Regis Martini in curia Barcinone colla.8. cap.8. ne liceat Fisco appellare num. 19. dicens. Intra quinquenium. confirmans suum dictum ex l.2.C.de vectiga.

63 Pro coronide huiustituli quæritur. an præscriptio locum habear. Cui dubitationi Respondeo. quod ius illud succedendi in bonis vacantibus, in quo ius Regaliæ consistit, cum sit concessibile, ita etiam est præscriptibile. ius autem succedendi in bonis, quatenus attinet, ad bona particularia, de quibus particulariter agetur, quando venit casus. cum hac distinctione resoluitur.nempe

64 quod actio Fisco competens,præscribetur quadriennio, anre denuntiationem. ita quod, si à die mortis, vsque ad diem denuntiationis, lapsum fuerit quadriennium ius Fisci præscriptum sit. cum ei actio adimatur l.1.C.de quadri. præscrip. Ibi *Notum*

65 *est à fisco quæstionem, post quadriennium continuum super bonis vacantibus incoandam non esse, si scienciam habuerit*, vt declarat glos.in dicta l.1. verbo *Continuum*, alias enim. non data sciencia, viginti annorum spacium requiritur, secundum Acurcium. ibidem hoc idem in l. Intet quatuor 10. ff. eod. l.1. §.1. ff. de iure fisci.

66 Si verò intra quadriennium à die mortis,fuerit facta denunriatio,actio decem, vel viginti annorum competir. l. in omnibus. 13. ff. de diuer. & tempora. præscrip. l.1.,§. 1. ff.de iure fisci : ibi *Causæ autem statim motæ, vltra vigesimum annum*. plures refert hanc tenentes sententiam Roscentaul. de fœud. cap. 5. de Regali. tom.1. §.5.couclus.54. littera. F.

67 De iure verò Cataloniæ, quo ad denuntiationem fiendam per Fiscum intra quadriennium, nil est immutatum,vt refert Cancer.rom.2. variar. in addirio. num.134. sed tantum quo

68 ad præscriptionem viginti annorum in cuius locum successit præscriptio triginta annorum. ex vsati. omnes causæ.De præscriptione iuris,in quo Regalia consistit infra agemus in capite de præscrip. Regali.

SVMMARIVM.

MINORIBVS *ius valde prospexit, num.1.*

Minoribus est interdicta bonorum administratio, n.2.

Venia ætatis quid contineat, n.3.

Minoribus

Cap. 10. De Regalia concedendi veniam ætatis minoribus vigintiquinque annis.

1 MINORIBUS, & eorum bonis valde prospexit ius, primo ad contrahendum, omnes inhabiles reddendo, deinde interdicendo eis, omnium
2 bonorum suorum administrationem. vnde sub tutela, & cura eos esse statuit, vt in titulis insti. de tutel. & curis. & pœnes. digesta, & codicem in varijs, ac diuersis titulis, de quibus separatim, pœnes eosdem, latissimè eorum materia respectiuè deciditur. de quibus hic præcipue, non est sermo.

3 Sed de iure concedendi eis veniam ætatis, vt ille, qui minor est, tanquam maior, in omnibus habeatur, vti verus paterfamilas. circa quod, est aduertendum. quod licet
4 minor ætas, incapaces faceret minores ad contrahendum, tamen ex suprema Regis potestate, & Regalia, minoribus priuilegio succurritur, vt
5 ipsi maiores sint, dispēsante Principe in ætate, eos maiores faciendo, & pro maioribus eos haberi volendo. quod atestatur Iure Consultus in l. 3. ff. de meno. in princi. iūcta glos. ibidē.

 verbo

6 verbo *Ipsi*, asserens, hoc ius soli Principi, non alijs cõpetere, idem atestatur glos. verbo *Vtimur*, hoc idẽ in l. 1. C. de his, qui veniam ætatis impetra-
7 runt. l. 3. C. eod. vbi disponitur. quod si masculi essent, qui veniam ætatis postulabãt, debebãt viginti annorum metas excedere. quod scriptura, seu testibus debebat probari. probitatẽq; animi, ac morum elegantiam, seu con-
8 suetudinem. fœminis verò, ita venia ætatis concederetur, si decimumoctauum annum egræssæ fuerint, morũq; honestate, mentisque solertia ornatæ
9 existerẽt. ad quod personaliter faciẽdum, non erant adstrictæ. Sed per Procuratorem, ad Principem missum, poterant hoc impetrare, & tunc tanquam maior reputabatur, quod qui-
10 dem intelligendum est, quoad hoc vt minores habeant administrationem bonorum, & legitimam personam standi in iudicio, secus verò, si ad munera, & officia properare voluerint. quia ex sola concelsione veniæ
11 ætatis, non censetur dispensatus ad exercendum officia, iuxta tradita per Acurcium, in glos. verbo vigesimumquintum annum l. 1. C. qui ætate, vel profess. se excusant lib. 10. quam singularem appellat Roderi. Suarez allega. 12. à n. 7. Cancer. lib. 2. vari. c. 1. á n. 191. maximè 193. ad officia verò non est supplenda ætas, nisi illi, qui veniã ætatis petit, habeat vigesimum annum, vt refert Suarez dicta allega. 12. n. 6. quod confirmat ex l. 2. C. de his qui veniam æta. cum de iure, minores ad Rempublicam regẽdam, non admittantur, l. ad Rempublicam. ff. de mune. & honoribus.

12 Venia autem ætatis, solum impetranti tribuit beneficium, alicui autem non debet esse damnosa, ex quo, is qui obtinuit, impeditur vti beneficio
13 restitutionis in integrum, quia hoc ei adimitur, ex dicta l. 1. in fine: ibi, *Ne hi qui cum eis contrahunt principali authoritate circumscripti esse videantur*, quod declarat Acurcius in dicta l. 1. verbo
14 *Princip, ali*, dicens, restitui minorem, si in ipsa impetratione leditur, confirmans ex l. ait Pretor in Princi. ff. de mino. non tamen, quo ad gesta per eum, post impetrationem, quia Principis gratia, non debet esse circunscriptio contrahentibus.

15 Et licet magna fuerit controuersia, iuxta tradita per nostrum celebrem Fontanella, de pac. nuptia. 10. 1. clau. 3. glos. 3. n. 60. an sufficiat, gratiã fuisse à Principe obtentã, an verò tequiratur, quod sit intimata. Receptiorem tamen sententiã existimo, à die expeditionis gratiæ, quo ad omnia, habuisse effectum gratiæ concessionem.

16 Solet autem, venia ætatis dupliciter concedi, aut generaliter, aut specialiter, iuxta tradita per Surdũ decis. 268. n. 1. constituendo differentiam, inter hos duos casus, dicens, quod quando
17 conceditur generaliter, (quia in generali concessione, cencetur solum sublatum defectum minoris ætatis) & in alienatione rerum ipsius, opus est, quod decretum interueniat, quod non esset necessarium, si ad effectum alie-
18 nandi fuisset venia ætatis concessa, secundum glosam verbo *Alienatione*, C. de his qui veniam æta. & alia, per dictum Surdum allegata. quia ex l. 3. C. eod. Prædictis veniam impetrantibus, non solum alienare sine decreto est prohibitum. Sed etiam hypothe-
19 care, l. 3. C. eod. cum ibi Imperator doceat prædictã veniam ætatis obtẽtam, similem esse velit, eisdem minoribus, cui ætatis venia conc: ssa non fuit, Molina. Theolo. de iust. t a, & iure tracta. 2. dispu. 224. circa medium, verbo *Quo loco obseruа*, in fine. quod
20 hodie non obseruatur. quia cum de stylo vniuersali, in omnibus contractibus aponatur iuramẽtum, si minor hypothecam in bonis suis apponat, & iuret, valebit obligatio, quia iursmẽti

oppositio,

oppositio, in totum facit minorem maiorem. Gutier. in auth. Sacraměta puberum. n.35. C. si aduersus vendi. & alios quos refert Fontanel. tom.2. clau.7.n.4.& sequen.

Ex quibus, declarandus est secun-
21 dus modus, quo venia ætatis indulgetur, videlicet ad alienationes faciendas. quod idem tradit Cācer. to.2. variar. c.1.n.193. vbi ex sentēcia Pauli de Castro in l.2.n.8.C. de his, qui veni. æta. dicebat. quod statuta particularia, disponentia, quod in contracti-
22 bus minorum, certæ solempnitates interueniant, non habent locum, in contractibus celebratis à minoribus, qui veniam ætatis impetrarunt. quia cum specialitas illa à iure sit disposita in vēditione, & hypotheca. in alijs contractibus. absolute minor, habens veniam ætatis, pro maiore reputatur.
23 Potest autem minor, habens curatorem, sine eo, veniam ætatis impetrare, quia hic actus est extraiudicialis, & sic potest eum exercere ita Menoch. de recuperan. posse. reme.15.n.149. sequitur Cancer. tom.2. vari.c.1.n.194.
24 Ius igitur huius Regaliæ est, concedere hanc veniam, quæ coronæ Regiæ adheret. vt dicit Pau. de Castro. in l.1.C. de his, qui veni. æta. n.1. dum dicit. quod ad solum Principem pertinet, & quod est de reseruatis ipsi Principi. sicuti restituere infamiam
25 passum, ad honores. prout in tractatu huius Regaliæ dicam. Cali. in marga. fisci dubio. 8. verbo.123. quod etiam probatur ex l.1.C. eod. titu. solū enim permittebatur, in formationem recipi de capacitate petentis, inferioribus Magistratibus. vt ex l.2. verbo *Senatores*, vbi glosa, verbo *Sublimitatem*,
26 infert quod minores, possunt obtenta venia ætatis, Magistratus obtinere, quod ita locum habet, si specialiter in cōcessione fuerit expressum. quod venia ætatis, etiam ad obtinendum officia, & dignitates tribuatur. vt dictum est.

27 Prædicta autem solemnitas, recipiendi informationem, per ordinarium, de qualitatibus petentis veniam ætatis. in Catalonia non obseruatur. Sed oblata supplicatione domino Regi, expeditur priuilegium per suam Regiam Maiestatem, in forma priuilegij. vt atestatur Fontanella. de pac. nup. tom.1. clau.3. glos.3. n.65.
28 Hæc autem venia ætatis, licet faciat minorem, esse maiorem, in contrahendis per eum, vt latè Cancer. tom.1. varia. c.7. de Tuto. à n.15. tamen, quo ad hoc, quod si in contractibus appositum sit tempus certæ ætatis, vel in substitutionibus, talis ætas,
29 non cencebitur adimpleta, nisi naturalis ætas sit. quia ætas in contractibus, & vltimis voluntatibus, non debet, perfictionē adimpleri l. fina. C. de his qui veniam æta. nam designatio
30 certæ ætatis, facit, vt legitimè adimpleatur, non verò, quod per Imperiale beneficium suppleatur. quia verba In contractibus, & in testamentis debent intelligi in vera, & propria sig-
31 nificatione, & nō ficta. l.3. §. *Hac verba*, ff. de nego. gef. Molin. Theolo. de iusti. & iure tracta.2. disputa.224. circa medium, verbo *Quo loco obserua.* in fine. secus verò in rescriptis, & alijs lega-
32 libus dispositionibus. quia in his, verba accipienda sunt, secundum communem sensum, & modum loquendi. vt tradit Pau. de Castro. in l.4.C. de his qui veniam æta. n.5. verbo Mihi autem videtur. & sic verba, quæ ad
33 ætatem, vel qualitatem personæ referuntur, verè, & propriè verificari debent. non verò per equipollens, vel per iuris fictionem. quatenus pro maiori habet minorem, cui venia ætatis
34 est concessa. vel pro legitimo habetur, qui legitimatus est. Hodie verò in Catalonia nōn seruatur, vt in venia æta-
35 tis impetratione, in masculis vigesimum annum expectemus, neque in fœminis decimumoctauū. Sed adim-

pleto

pleto decimoquarto anno. in masculis, & duodecimo in fœminis, iuxta eorum pubertatem, solet à domino Rege obtineri gratia. prout fuit concessa per Serenissimum Regem Philipum Quartum. Iosepho Spiga Barcinonēsi filio Gauini Spiga Sardiniæ. Barcinone commorātis defuncti. cum suo priuilegio datis Madrid. 19. Aprilis 1638.

SVMMARIVM.

Clericorum causæ vbi tractandæ si Fiscus in eis habet interesse, n.1.
Antonino Dianæ respondetur, n. 2.
Dubia iurisdictionis quomodo decidantur, num. 3.
Causæ contētionum, quomodo olim tractabantur, n.4.
Magis dignum atrahit ad se minus dignū, num. 5.
Concordia inter Curiam Ecclesiasticam, & secularem refertur. n.6.
Contentio inter Curias Ecclesiasticam, & secularem qualiter decidatur. n. 7.
Cancellarij officium quale, n.8.
Sentencia in causa contentionis lata per Cancellarium extinguit totum negocium, n. 9.
Concordia inter curiam Ecclesiasticam, & secularem vbi legatur, n. 10.
Antonini Dianæ querelæ, seu admirationi satisfit. n.11.
Papa an possit clericos subiacere iudicibus secularibus, n.12.
Iudex secularis an cognoscat de causis, in quibus clerici habent interesse, n.13.
Tolerantia Papæ multum operatur. n.14.
Rex qualiter procedat contra turbantes suam iurisdictionem, n.15.
Rex qualiter procedat contra Iudices delegatos Ecclesiasticos, n.16.
Clerici si litigent cum fisco debent comparere in curia seculari, n. 17.
Fiscus atrahit ad suum forum personas Ecclesiasticas, n.18.
Causæ patrimoniales cum clericis vbi tractandæ, n.19.
Causæ patrimoniales cum Religiosis, seu Ecclesiasticis tractantur in Baiulia Generali, n.20.
Amortitsare quando teneatur Ecclesia, seu manus mortua, n.21.
Amortitsando, non infertur vis Ecclesiæ, num.22.
Quod venit secundario non attenditur. num. 23.
Ecclesia quando dicatur inferri præiudicium, n.24.
Lucranti aliquid, non dicitur ex alio inferri damnum, n.25.
Clerici quando teneantur comparere in Regio Consilio, n.26.
Clerici quando teneantur recipere inuestituram, & coram quo, n.27.
Clericis renitentibus recipere inuestituram amparantur fructus, n.28.
Fructus pendentes in re fœudali, durante ampara sunt domini fœudi, n. 29.
Ampara Realis quanto tempore duret, num. 30.
Clerici in quibus subsint domino Regi, num. 31.
Clerici prouisi ad dignitatem habentes vassallos quid ante possessionem facere debeant, n.32.
Clerici debent obtinere litteras à Regia Cancellaria ad capiendam possessionem vassallorum, num.33.
Clerici fœudatarij ante possessionem fœudi non possunt conueniri, n.34.
Ampara Realis apponitur. in re fœudali Episcopatus, si Episcopus sit contumax, num. 35.
Ampara Realis quo modo tollatur, n.36.
Reges Aragonum Comites Barcinone valde seruierunt Ecclesiæ, n. 37.
Episcopi an habeant territorium, n.38.
Pontifices magna priuilegia concesserunt Comitatibus Barcinone, n.39.
Reges in Catalonia cognoscunt de bonis temporalibus Ecclesiarum, n.40.
Sequestrare an possit Rex redditus Ecclesiasticos, n.41.

Sequestrati

Cap. 11. De Regalia cognoscendi de causis inter Clericos ordinarios, & Fiscum Regium, & Iudices Ecclesiasticos delegatos.



1 IN capite primo meatum variarum resolutionum, aliqua dubia resolui, in materia iurisdictionis domini nostri Regis, in causis clericorum. quæ ocasionem præbuerunt admodum Reuerendo, & doctissimo viro Antonino Dianæ in suis libris 4.p.tracta.1.de immuni. Ec-
2 clesiarum resolu.66.& 67. in vadendi in me. Aliqua allegans, quæ licet in se vera sint, nil in contrarium contra me firmum statuunt. Sed cum
3 plurima dubia, quæ temporis cursus præbuit, decisa sint certa forma, de qua nec dictus Diana, neque alij notitiam habent. cum ex iure municipali huius Principatus Cataloniæ obseruantia sit. Ideo, vt ad exteros perueniat noticia, quo casu dubia decisa fuerunt, quæ se obtulerunt, & offerent in futurum vltra ea, quæ passim dicentur in cap. de Regalia recursus interpositi ad dominum Regem, decreui hic succinte referre
4 fundamentum. Primo igitur sciendum est, quod antiquitus erat magna, in hoc Principatu Cataloniæ controuersia,

uersia, ad cognoscendum, & declarandum an, & in quibus casibus, iurisdictio competeret Iudici seculari, seu Ecclesiastico. ex quo oriebatur diuersæ lites, & contentiones. quia curia Ecclesiastica, prætēdebat, quod quando erat dubium inter dictas Curias, quod illud decidendum veniebat
5 per Curiam Ecclesiasticam. quia ipsa tanquam magis digna, debebat ad se talem causam atrahere, ex c. si Iudex laicus, de senten. excommunica. in 6. don Ludouicus à Peguer. tom. 1. decis. 92. n. 3. è contra verò. pro parte Regis prætendebatur. pluribus fundamentis, & rationibus, sibi soli; & suæ iurisdictioni temporali competere, dirimere quæstiones suscitatas.
6 Inde decreuerunt ambæ Curiæ, has controuersias in vim concordiæ sopire. illamque authoritate Romani Pontificis, & sanctæ Sedis Apostolicæ corroborare. Vnde interReginam Eleonorem, & Prælatos Ecclesiarum huius Principatus, fuit conuentum
7 quod stāte dubio, & firmata cōtentione cum litteris ab vtraq; Curia emanatis, & illis respectiuè præsentatis, pro vtraq; Curia vnus arbiter eligeretur, qui intra quinq; dies si concordant declarant. quod si intra dictos
8 quinq; dies non concordarent, causa deuoluatur ad Cancellarium, personam in dignitate constitutam, per dominum Regem nominatum (de cuius origine, & præcedentia Anto. Oliba ad vsati. alium namque cap. 4. à num. 39.) qui postea super dubio declaret, & facta per eum declaratio-
9 ne, eidem statur. Neque ab ea ad santissimum solet appellati, & ita setuatur. quæ concordia fuit decretata, & authoritsta ta, cum decreto Cardinalis conuenarum sanctæ Sedis Apostolicæ Delegati, de quibus late in volu-
10 mine constitutionum Cataloniæ lib. 3 Præmaticarum Titu. 2. de contentio. Iuris refert don Ludouicus à Peguer. in sua praxi. c. 26. de qua praxi Oliba ad dictum vsaticum cap. 11. à num. 13. cum sequen. & n. 19. quando inmunitas Ecclesiastica allegatur, de qua meminit noster eminentissimus Fontanella to. 1. decis. 200. n. 3. & decis. 256. num. 2. ex quibus fit. quod decisiones à me relatæ in dicto c. 1. de iurisdic. omnium iudi. sunt factæ à dicto Cancellario, sub dicta forma. & sic habent apud nos, eandem vim, quam habent constitutiones, & iura Patriæ.
11 Neque debebat dictus venerabilis, & doctissimus Diana, tantopere mirari, & scandalisari de à me dictis, cum nil hæreticum ibi, ne alibi. refetatur. quinimo. debebat considerare, quod aliquod habebam legitimum fundamentum, ad resoluendum ibi relata. Neque mirari bebebat, quod in illis particularibus casibus, in quibus loquebar de clericis, pro constanti dicerem, quæ retuli.
12 Namque licet verum sit. Papam non posse Ecclesiasticos in totum subiacere Principibus secularibus, bene tamen potest in certis casibus particularibus, eos Iudici seculari subiacere. vt lata commentatione refert Farina. to. 1. de inquisi. q. 8. n. 4. & ibidē limitatione prima, & sic bene poterat dictus Diana animaduertere, (quod saltim præsumendum erat, quod aliquod legitimum fundamentum adherat, quare sic fuisset declaratum. in re-
13 latis per me in dicto cap. 1. maxime (cum vt dictum est) posit summus Pontifex Principubus secularibus licenciam concedere, in certis casibus, cognoscere de causis, in quibus clerici sunt rei, absque in cursu pœnarum, & cōtrafactionis allegatæ per dictum Diana vbi supra.
14 Tum, & alia ratione, quam refert Oliba c. 13. n. 23. dicēs ex Felino in c. 2. de præben. n. 10. quod tollerantia Papæ, multum operatur ex traditis per Carol. Carcasse. lib. 2. c. 3. veb. *Cuius iuris*.

tis. tum quia possessio, & vsus antiquissimus probat concessionem Priuilegiorum Apostolicorum Olib. c.13. n.59.

In summa igitur sciendum est, quod quociescunque iurisdictio domini Regis turbatur à Iudice Ecclesiastico, fit duobus modis. aut enim pro-
15 cedit Iudex Ecclesiasticus, tanquam ordinarius, & hoc casu, dominus Rex, seu eius officiales, in vim supremæ iurisdictionis, procedent contra eum in forma contentionis, iuxta supradicta, & praxim, quam refert don Ludouicus à Peguera in sua praxi. cap.26.
16 aut procedit Iudex Ecclesiasticus, tanquam delegatus sanctæ Sedis Apostolicæ, quo casu, alia forma proceditur. de qua inferius aliqua referentur.
17 Sed videamus, in quibus casibus, debeat dominus Rex, attrahere ad suum tribunal personas Ecclesiasticas. & licet regula generalis posset statui. Videlicet in omnibus illis, in quibus Fiscus habet interesse, siue principaliter, siue
18 secundario, ratione alicuius euictionis, per Fiscum promissæ. Oliba ad vsati. alium namque cap.14. num.10. dixi in c.1. mearum variarum, n.241. Tamen clarius apparebit recencendo casus, iam in contradictorio iudicio legitimè decisos.
19 Primus casus sit, quando causa est de re, quæ tenetur, pro Regio patrimonio. quia hæ causæ debent tractari in Regio patrimonio, & sic in curia seculari Baiuliæ Generalis. iuxta tradita per Iacob. Cali. Margarita fiscl dub.8. pag.130. num.27. exemplum tradens iu causa contra Abbatem Mo-
20 nasterij SantiFælicis de Guixols. quæ causæ patrimoniales, iuxta Regias pragmaticas, hodie tractantur in Baiulia generali, iuxta a me rela a. varia. resolutio. cap.1. num.546. cum sequen.
21 ex quibus fit, quod quando Ecclesiæ peruenit aliqua proprietas, quæ extat sub dominio, domini Regis, cum peruenian ad manum mortuam, potest compelli ad amortisandum, vel ad transferendum eam, in manum habilem, & capacem. Cali. in Margar. fisci dubio 8. casu 57. & ex pluribus tradit Oliba ad dictum vsati. c.7. n.25. cum sequen. vbi in suo tribunali hoc facere dicit.
22 Neque ex hoc dici potest, inferri grauamen Ecclesiæ. quia quod principaliter attēditur est, quod domini non fraudentur iuribus suis, & quod in consequentiam venit, non attenditur
23 sed quod principaliter fit. l. 1. ff. de aucto. tuto. & cura. & ibi DD.
Tum, & alia ratione, quam refert
24 dictus Oliba ibidem n.27. dicēs, quod tunc dicitur fieri aliquid cōtra libertatē Ecclesiæ, quando ab Ecclesia aufertur, quod ei adquisitū est. iuxta tradita per Deci. in authen. cassa, & irrita. C. de Sacrosan. Eccl. f. n.17. non tamen, quādo ex iusta causa prohibetur aliquid adquirere. quia vt dicit Specu-
25 lator in ritu. de emphy. §. nunc aliqua verb. *Centesimo decimo sexto.* n.7. sufficit, quod Ecclesia lucretur valorem rei legatæ.
Tenentur etiam Episcopi, & cæteri
26 Prælati, & Ecclesiasticæ personæ, cōparere in curia seculari domini Regis, si fœudatarij sint. ad prestandum iuramentum fidelitatis, Sacramenentum, & homagium. quod quidem concipitur per Notarium, non nomine dignitatis, seu Episcoparus. sed no-
27 mine particulari ipsius Episcopi, & dignitatis, vt refert Olib. ad dictū vsa. c.9. n.4. & c. com.3. cum sequen. quod solent prestare ratione fœudi in Baiulia Generali, in manu Baiuli Generalis, seu locūtenentis in officio. vt idem Oliba. ibidem n.8. quod si moniti fue-
28 rint dicti Ecclesiastici ad capibreuiādū, & recognoscendū fœudū, & recusauerint, solet apponi ampara Realis, & sequestrari fructus ipsius fœudi quos facit suos dominus Rex, interim dum

vsati. alium namque cap. 11. num. 4. cum sequen.

39 Ex prædictis generalibus seruicijs, Summi Pontifices in grati animi obsequium, diuersa, & amplissima priuilegia Comitibus Barcinone cõcesserunt. inter alia. quod cognoscat
40 Regium Consilium, de temporalitatibus beneficiorum Regalium Ecclesiasticorum, & de iuribus eorum, vt pluribus fundamẽtis refert Oliba ad dictum vsati. cap. 13. num. 23. cum
41 sequentibus dicens. quod non solum cognoscit, verum etiam extante iusta causa, solet sequestrare fructus eorum, dummodo adsit iusta sequestrandi causa. quæ prouisio sequestri fit à domino Rege officio nobili, & supremo, quod *Regalia* appellatur. de quo etiam loquitur in cap. 15. num. 42. Hoc autem sequestrum, quod apponitur à domino Rege in vim huius Regaliæ, solum habet lo-
43 cum in bonis temporalibus, quæ à Rege emanarunt. qualia sunt fructus ipsius fœudi, iurisdictiones in vassallos. Nonuero in spiritualibus, quales sunt decimæ non fœudales, & fructus beneficiorum, qui à Rege non
44 fuerunt emanati. iuxta pragmaticam Regis Martini, dat. &c. die 28. Martij 1409. quæ legitur lib. 3. pragmati. fol. 61. iuxta cuius tenorem apparet, ipsam in vim contractus fuisse factam iuxta illa verba: *Promittimus in bona fide Regia.* Solent etiam in
45 hoc Principatu, ex hac Regalia sequestrari fructus abbatiarum, quæ sunt de patrimonio domini Regis, eo quod de patrimonio Comitum Barcinone fuerunt dotatæ. & à Regibus successoribus eorum. & sic solent sequestrari, de ordine Magistri Rationalis, pœnes quem sequestrator firmat, & se obligat, & fideiussores dat de legitima ratione reddenda, & restituendo reliquum quo casu, si sequestrator nominatus, fuerit Ecclesiasticus, poterit postea ille coram Iudice seculari, in depen-
46 dentibus à sequestro, conueniri. iuxta tradita per Bouadi. in sua politi. tom. 1. cap. 18. num. 130. cum additionibus in glossis. ex dictis etiam
47 fit. quod dominus Rex procedit contra Ecclesiasticos Prælatos, abutentes sua iurisdictione. videlicet si procedant contra seculares, in casu a iure, Iudici Ecclesiastico non permisso. ex doctrina Abba. in cap. cum
48 olim col. fina. extra de causa proprie. & posse. diuersimode tamen, inter ordinarios, & delegatos. quo ad primos, provt iam dictum est, contra secundos verò, provt infra dicetur.

49 Refert etiam Anton. Olibe ad dictum vsaticum Alium namque cap. 14. num. 13. aliam Regaliam domini Regis in hoc Principatu. Nempe, quod cognoscet de causis contra personas quascunque exemptas, veluti contra Religiosos. qui non habent Iudicem, competentem. nam tunc dominus Rex cognoscet de causis pecuniarijs eorum. de hac suprema Regalia com-
50 municationem fecit dominus Rex Vicarijs, vt de illis cognoscant, vt ex Thom. Mieres collat. 2. in Curia Barcinone Regis Petri Secundi. cap. 11. refert Anton. Oliba vbi supra. Cancer. lib. 3. variar. cap. 5. à num. 108. vbi latè examinat. an huic resolutioni obstet dispositio Concilij Tridentini sessio 22. & Canon. in exemptorum, & Bulla in Cœna Domini pœnes quem latius videri potest.

51 Nec ex hoc potest dici. quod infringatur libertas Ecclesiastica, quæ non solum consistit in personis eorum, verum etiam in eorum bonis. vt in nouella Cassa, & irrita

de Sacrosanct. Ecclesijs, & in cap.
nouerit de senten. excommun. Fe-
lin. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ
num. 7. & 8. de constitu, assignans
rationem ipse Anton. Oliba dicens.
num. 6. quod hoc est, propter supre-
mam Regaliam, iuxta quàm tenen-
tur Reges. prospicere, vniuersæ gre-
52 gi sui Regni. Existimo tamen hanc
supremam Regaliam fundari in pos-
sessione inmemoriali, in qua domi-
nus Rex existit. quam præcessit Ti-
53 tulus Papalis concessionis. plenam
in clericos, seu Religiosos (exemp-
tos, ab ordinaria Ecclesiastica iuris-
dictione) potestatem tribuens quem
54 præcessisse. est credendum. iuxta in-
ueteratam obseruantiam antiquam,
& inmemorialem, per Papam tole-
ratam, cui licitum est, sacras res alie-
55 nare, & prophanare cap. nullo. cap. si
quis Presbyterorum ex. de reb. Ec-
clesi. aliena. cap. 1. eodem Titu. in 6.
Cano. cuncta per mundum 9. q. 3.
Oliba dicto c. 14. n. 19. ex quibus dice-
56 bat Afflic. in tracta. quæ sint regaliæ
in Rubri. n. 88. quod tēpore belli do-
minus Rex potest vendere Cruces, &
ornatus Ecclesiæ, si in bello iusto. &
impossibilis defensionis eueniat tota-
lis paupertas. tenetur tamen postea,
tempore pacis ea omnia reficere. fa-
ciunt plura fundamenta relata à Cas-
tillo Sotomaior cõtrouersiarum quo-
tidianarum de vsufructu. lib. 1. c. 41.
à n. 171. cum pluribus sequen. vbi lo-
quens de hac Regalia, quæ in Regno
Castellæ vocatur: *Por via de fuerça*.
plura refert videnda.
57 Solet etiã Rex cognoscere de cau-
sis inter personas Ecclesiasticas. Si in-
ter eas arma, & seditiones suscitētur.
quia tunc ob bonum pacis, ad vitan-
dum dampna, & scandala solet domi-
nus Rex. suas apponere manus, ad tol-
lendum viam facti. iuxta tradita per
Bosii. in tracta. de principe. & eius
priuilegijs. n. 111. & sequen. Felin. in
c. 2. n. 2. & sequen. ex de rescrip. Oli-
58 ba dicto c. 14. à n. 12. quia ad adiuuan-
dum Iudicem Ecclesiasticum, dicitur
secularem venire, & causam assume-
re. quod ei licet. quia potest fieri lex
ciuilis, adcoadiuuandum, & corro-
borandum iustitiam secularem. sunt,
& multi allj casus, in quibus dominus
59 Rex cognoscit de causis, in quibus
habent interesse clerici, & sunt Rei.
de quibus plura traduntur per Oliba
ad dictum vsati. c. 14. & à me lib. 1.
vari. c. 1. per totum vbi videri potue-
runt indiuidua cum hic præcipuum
60 institutum sit. docere. quod hæc su-
perioritas domino Regi pertinet ex
sua suprema Regalia.
Si verò Iudex Ecclesiasticus, non
61 procedat ordinarie, in vim suæ iuris-
dictionis. sed tanquam Iudex dele-
gatus, & sic perturbet vassallos do-
mini Regis, qui est secundus casus
ex dictis, in quibus, dominus Rex
solet, suas manus aponere inter per-
sonas Ecclesiasticas. tunc per eos so-
let offerri supplicatio in Regia Au-
62 dientia, narrando factum, & fir-
mando ius dicto Iudici delegato. in
Regia Audientia. & emanantur lit-
63 teræ à Regia Audientia, directæ Iu-
dici delegato. In quibus ei præcipi-
tur. quod intra tempus quod ei
præfigitur, reuocet procedimenta,
aut compareat in Regia Audientia,
bancum Regium informaturus, iuxta
practicam, quàm refert don Ludoui-
cus à Peguera, in sua praxi. cap. 24.
per totum. quia tales Comissarij
64 Apostolici procedendo contra lai-
cos. Regiæ iurisdictioni submissos,
eorum bona exequendo, vel eos
monitorijs iniuste extorquendo, vim
laicis inferũt, & eos iniuria afficiunt.
65 & sic dominus Rex, ex sua suprema
Regalia, debet eos liberare ab iniu-
rijs oprimentium c. Regum 23. q. 5.

Rerum

Regum Officium est proprium facere iudicium, iustitiam, & liberare de manu calumpniantium vi oppressos, & peregrino, pupilloq; ac viduæ (qui facilius opprimuntur à potentibus) præbere auxilium. Et ex alijs fundamentis, quæ refert Peguera dicto c. 24. n. 7. & 8. vbi latè refert argumenta, quæ in contrarium facere videntur. quibus post longam commentationem, plenissimè satisfacit dictus don Ludouicus à Peguera. proucra, & genuina resolutione tradens.

66 Quod potest dominus Rex ex sua suprema iurisdictione, & Regalia, commissarios Apostolicos compellere, vt compareant in Regia Audientia, ad docendum, an procedant legitimè, & casu, quo noluerint comparere aut recusauerint reuocare procedimenta, solet ferri sententia, sub pœnis in ea contentis, & procedi ad totalē executionem earum in prouisione, & litteris contentarum. de quibus late per Peguer. vbi supra.

67 Sed si feriato tempore, quo in Regia Audientia negocia cessant, euenerit casus in quo Iudex delegatus procedat, quo modo manus illius erūt ligandæ? vide quæ ame practicata, & obseruata retuli. cap. 1. mearum vari. resolutio. à nu. 56. vbi cum sequentibus refero casum, quem practicaui. dum essent vacationes in Regia Audientia. & euenit bene. vbi late quem nolo hic transcribere, cum non esset aliud quàm conculcare scripta. & eundem lapidem reuoluere.

68

69

70 Post hæc scripta vidi Textum admirabilem, & memoria tenendum, qui legitur in decreto 2. par. causa 2. quæst 7. qui est caput 141. vbi Romanus Pontifex se subiacet correctioni Imperatoris. Ibi glo. sa verbo *Aliena* cuius verba hic referre decreui, vt facilius videantur per Papam disposita. sunt igitur formalia verba.

Nos si in competēter aliquid egimus, & in subditis iustam tramitem non conseruauimus, vestro, ac missorū vestrorū cūcta volumus emendare Iudicio. quoniā si nos, qui aliena debemus corrigere peccata, peiora committimus, certe non veritatis discipuli, sed (quod dolentes dicimus) erimus præcæteris erroris Magistri. Inde magnitudinis vestræ magnopere clementiam imploramus, vt tales ad hæc, quæ diximus perquirenda, missus in his partibus dirigatis. qui Deum per omnia timeant. & cūcta (quemadmodum si vestra præsens fuisset Imperialis gloria) diligēter exquirant, & non tātum hæc sola, quæ superius diximus querimus, vt examussim exagitent, sed siue minora, siue etiam maiora illis sint de nobis indicata negocia ita eorum cuncta legitimo terminentur examine. quatenus in posterum nil sit, quod ex eis in discussum, vel indefinitum remaneat.

71 Ex quorum verborum tenore satis euidenter apparet summū Pōtificem se correctioni impertatoris subiacere. Si igitur summus Pontifex de se hoc facit, quid mirandum quod clericos in certis casibus, permitat à iudicibus, secularibus iudicari.

72 Prædictis igitur duobus modis procedit dominus Rex, in causis Ecclesiasticis, ex sua suprema Regalia. de quibus, si notitiā haberet dictus Diana. non me condempnaret eo quod retulerim in dicto c. t. de iurisdic. omni. iudi. circa hanc materiam, quæ ibi scripsi. in quibus de nouo. persisto. cū ita sint decisa, præhabita consideratione corū omniū. quæ pro vtraq; parte dici, & referri poterant. quæ sufficiat pro intelligentia huius Regaliæ.

SVMMARIVM.

Soni emisii materia à quibus tractetur, num. 1.
Sonus emissus quid sit, n. 2.
Regaliæ soni emisii est de gemmis Coronæ Regis, n. 3.
Regalia soni emisii quando habuerit initium, n. 4.

Clerici quomodo conuenerunt in sono emittendo, n. 5.

Soni emissi vsus frequens, n. 6.

Sonus per quos inmittatur, n. 7.

Sonus qualiter publicetur, n. 8.

Sonus inmittitur per Vicarium territorij, num. 9.

Sonus vt declaretur quid constare debeat, num. 10.

Sonus an sit inmittendus prius, quàm declaretur, n. 11.

Sonus facit congregare populum, n. 12.

Sono emisso, quid teneatur facere Officialis Regius, n. 13.

Claustrianus in sono emisso, quid sit fiendum, n. 14.

Vicario an liceat deuastare ianuas, n. 15.

Vicarius quid facere teneatur, in loco vbi sunt receptati facinorosi homines, n. 16.

Executio debet fieri cum minori dampno excussi, n. 17.

Sonus quo modo inmitendus iuxta constitutiones, n. 18.

Citatio an requiratur quando sonus inmittitur, n. 19.

Sonus quando sit inmittendus, n. 20.

Citatio in sono mitendo non fit, n. 21.

Citatio quando non fiat in declaratione soni emissi, n. 22.

Sonus in quibus casibus inmittatur, n. 23.

Delicta pro quibus inmittitur sonus, num. 24.

Regalia soni emissi locum habet, pro delictis commissis in vys publicis, n. 25.

Viæ publicæ quæ dicantur, n. 26.

Barones an possint emittere sonum, n. 27.

Barones solum inmittunt sonum de Biafos, *n. 28.*

Sonus de Biafos *est ius castri, n. 29.*

Sonus de Biafos *inmittebatur cum cornu, num. 30.*

Sonu emisso, an Officiales possint ingredi loca sacra, n. 31.

Sonu emisso, possunt delinquentes extrahi ab Ecclesia per Officiales, sine in cursu spolij, n. 32.

Delinquentes an gaudeant inmunitate per quem declaretur, n. 33.

Gaudentes inmunitate, an possint pro debitis detineri, n. 34.

Extractus ab Ecclesia, an sit ante omnia restituendus, n. 35.

Ecclesia ante omnia restituenda est, num. 36.

Extractus ab Ecclesia, si declaretur, quod gaudet, & ab omnibus liber, num. 37.

Clerici delinquentes in sono emisso, an possint capi per Regios Officiales, num. 38.

Clerici quando possint capi á Iudice seculari, n. 39.

Clerici capti á Iudice seculari, quo tempore detineri possint, n. 40.

Officiales an teneantur de excessibus commissis in sono emisso prosecuto, num. 41.

Actus primeuus est attendendus, n. 42.

Consequentia non attenduntur, n. 43.

Congregatio legitimè facta, est quæ attenditur, n. 44.

Sonum associantes, an teneantur de malefactis per consocios, n. 45.

Vicarius quo modo compellatur ratione dampni dati in sono emisso, n. 46.

Sonus emissus per Vicarium, an sequendus extra Vicariam, n. 47.

Sonum associantes quibus expensis vadant, n. 48.

Sonum associantibus, an sint victualia prestanda, & quomodo, n. 49.

Sonum associantibus, an sit dandum hospicium, n. 50.

Hospicium militibus an sit dandum, num. 51.

Hospitandi oneris qui sint exempti, num. 52.

Necessitas caret lege, n. 53.

Sono emisso captus à Barone, an possit à Vicario recuperari, n. 54.

Baro capiens malafactorem sono emisso, an possit eum retinere, n. 55.

Prauentio quando locum habeat, n. 56.

Baro quid teneatur facere si Vicarius velit captum ab eo recuperare, n. 57.

Baro

Cap. 12. De Regalia soni emissi Catalane vocata del Sometent.



1 E Sono emisso, caput quintum composuit Iacobus Cancer. to.3. varia. vbi plura de eo refert. Sed cum hic de Regalia illius sit disputandum, necessarium est plura referre, quæ ibi tradita sunt. nec mirum. cum nec alia, quæ in hoc libro traduntur mea sint; sed relata tantum, quæ ad institutum vniuscuiusq;
2 materiæ iudicaui. quod magis hoc opus illustrat, quanto à maioribus accepta referam.

Est autē sonus emissus, vociferatio
3 facta in loco perpetrati delicti eo tēpore, quo perpetratum est, vel de eo, habita fuit scientia. Oliba ad vsa. alium namq; c.3. n.62. de qua vociferatione recipitur informatio, de delicto cōmisso. Processus enim, qui formatur, est de supremis Regalijs, & gēmis coronæ Regiæ adherentibus, & sic est de maioribus Regalijs, vt lata cōmentatione docet Olib. ad vsa. aliū nāq; c.14 per totū, & ex infra dicēdis apparebit.
4 Sonus iste, secundum tradita per Oliba dicto c.14. n.53. inicium accepit in anno 1315. ex consensu Brachij Ecclesiastici, & secularis, ad expellendum grassatores, & malefactores,

 qui

qui eo tempore grassabantur. vnde
5 refert, quod Ecclesiastici, qui interue-
nerunt in erectione dicti soni, cum
expressa protestatione firmarũt, quod
non intendebant interuenire, nisi ci-
tra sanguinis efusionem. vt late per
Olib. c. 3. n. 61.

6 Vsus huius soni frequens est in
Catalonia. vt attestantur. Cali. in tra-
cta. de sono emisso. Cancer vbi supra
Oliba ad vsati. alium namque. & quo-
tidie experimur cum quotidie decla-
retur, tam per Regium Consilium,
7 quam per Vicarios in sua Vicaria, lo-
cum esse dicto sono, & sic practicatur,
vt refert Cancer vbi supra n. 8. quod
commisso delicto in aliquo loco, re-
portatur vociferatio delicti cõmissi,
quæ in Catalonia mittitur sub hoc
8 vocabulo: *Viafora somatent*, cum illius
continuatione per eum, cui dampnum
factum est, vel per quemlibet alium.
qua vociferatione per venta ad noti-
tiam Vicarij territorij, vbi delictum
est. commissum, (qui est vetus Iudex
ad emitendum sonum) Cancer. 3. par.
9 c. 5. n. 40. fit per Scribam Curiæ de-
nuntiatio in scriptis, & super ea reci-
pitur informatio, tam de delicto, quã
de delinquentibus. & cæteris circun-
stantijs. tum de receptaculo delin-
quentium. quæ informatio, sufficit
quod sit summaria. Iuxta tradita per
Oliba dicto c. 14. n. 56. idem Oliba de
actio. tom. 1. lib. 3. §. pœnales nu. 119.
Tunc informatione recepta, Vicarius
10 solet conuocare Consules, siue Consi-
liarios Ciuitatis, seu Villæ, vbi resi-
det, & cæteros de Cõsilio, quibus nar-
rat factum, secũdum informationem
receptam. qua audita, iudicant an sit
11 locus declarationi sonum inmitendi.
& capta resolutione, quod sonus in-
mitatur Vicarius emitit vocem al-
tam: *Viafos à sometent*, & per nun-
cios, seu sagiones cõtinuatur per Ci-
uitatem, seu Villam. & pulsatur cele-
riter certo modo cimbalum, siue cã-
pana, adhunc effectum designata. ad
12 cuius sonum congregatur Populus.
& associant eundem Vicarium, eun-
tem in prosecutione malefactorum,
quo adusque peruenit ad locum, vbi
delinquentes se receptarunt. quo per-
uenio ingreditur eum, perquirit, &
13 scrutinium facit, ad inuestigandum
delinquentes. si verò ostia, seu portæ
domus, seu fortalicij, in quo se recep-
tarunt sint clausæ, Vicarius ante om-
14 nia monet suauiter, vt ei ostia ape-
riantur, vt ingressus liber ei pateat.
quibus per eum factis, si non aperian-
tur, potest ipse Vicarius violenter eas
aperire, etiam deuastando. iuxta tra-
15 dita, & confirmata per Cancer. vbi
supra. n. 12. & n. 96.

Est enim aduertendum. quod ante-
16 quam ad fractionem, seu deuastatio-
nem ostiorum domus perueniat debet
Vicarius recipere summariam infor-
mationem, de receptatione delin-
quentium, videlicet quod in eam se
receptauerint, vt ex Miet. ad consti. 6.
titu. de abaturs, refert Cancer. ibidem
num. 78.

Debet autem Vicarius, in deuasta-
tione procedere cum minori dãpno,
quo posit, quia quælibet exetutio,
17 debet fieri cum minori dampno quo
fieri posit. Iuxta Bartoli doctrinam
in l. à diuo pio. §. inuẽditione. ff. de re
iudicata. facto autem scrutinio, si ma-
lefactores inuenit, secum captos, du-
cet ad suos carceres. si verò non in-
ueniat, continuando eundem sonum,
reuertitur in domum suam. iuxta tra-
dita per Calici. in dicto suo tractatu.
de sono emisso quæst. 8.

18 Constitutio. 1. sub titulo de some-
tent tradit modum, & casus, in quibus
habet locum sonus emissus. Primo
19 enim disponit. quod sonus non emi-
tatur contra aliquem, quin prius fue-
rit citatus, nisi dampnum per eum il-
latum mereretur pœnã corporalem,
seu commisisset delictum in via publi-
ca,

ea, vel extra viam, de quo delinquens
non poſſet facere enmendam. tradit
20 Olib. ad dictum vſati. c.14. n.46. &
n.56. Cancer. 3. tom. variar. c.5. n. 112.
vbi à n.14. cum ſeqq. plura refert, ad
interpretationem dictæ cōſtitutionis
primæ. verum tamen eſt. quod crimi-
ne fraganti, etiã pro minori delicto,
poteſt in inſtanti declarari, ſeu voci-
ferari Cancer. dicto c.5. n.110.

Eſt autem videndum. quod diſpoſi-
tio dictæ conſtitutionis primæ. quate-
nus diſponit, quod non procedatur
contra delinquentem, niſi præuia ci-
21 tatione, non obſeruatur. quia ad de-
clarationem ſoni emitendi, non fit
citatio. imo in continenti, perueuta
notitia de caſu euento, fit declaratio,
vt dictum eſt. quia citatio in deſuetu-
dinem abijt. vt atteſtatur Caſici. in di-
cto tracta. de ſono emiſſo. q.5. ad finē.
Cancer. dicto. c.15. à n.14. & maximè
22 n.111. dans rationem. quod cum de-
claratio ſoni emiſſi fiat, ad capiēdum
malefactores, quanto citius, & ſecrete
prouidetur, tanto magis conſulitur
bono publico, & quieti Reipublicæ
vniuerſalis.

23 Diſponit etiam dicta conſtitutio,
quod nō emitatur ſonus, niſi pro
criminibus, pro quibus, nō poſſit fieri
enmenda, vel corporaliter ſit puniendus.
quæ grauia delicta in iure repu-
tantur. delicta autem hæc, iuxta tra-
dita per Cancer. dicto. c.5. n.15. iudi-
24 cantur eſſe. homicidium re, vel lingua
perpetratum. eo quod, talia delicta,
in Catalonia apparet, non poſſe en-
mendari ſecundum æſtimationem.
vt interpretantur Authores ad vſati.
ſimili modo.

Hæc autem Regalia declaratur,
25 pro delictis in vijs publicis cōmiſſis.
dicuntur autem viæ publicæ, illæ. quæ
tendunt, de vno loco ad alium, dum
ſtat; & durat, quo non ingrediatur
26 Villam. quia ſtatim atque Villam in-
greditur, deſinit eſſe viam, & latius
in c.39. de Regalia vſatici camini, &
ſtratæ dicitur.

27 Per Vicarios igitur debet declara-
ri iſte ſonus. & licet aliqui exiſtima-
uerint, poſſe Barones in ſuis territo-
rijs illum declarare, decipiuntur ta-
men. quia ipſi ſolum poſſunt, impo-
28 nere ſonum *de Biafora*, & cum eo per-
ſequi malefactores. quod tradit Mier.
tom. 1. col. 2. c. 14. de offi. Vica. qui ſo-
nus *de Biafora*, eſt propriè ius caſtri.
vt tradit Cancer. lib. 3. varia. c.13. de
29 iuribus Caſtro. n.60. Mieres ateſtatur.
hunc ſonum per Baronem debere in-
mitti, cum cornu. non cum campanis.
licet ſonus cum cornu, in aliquibus
30 locis, in deſſuetudinē abijt, & ſic ho-
die, cum cāpanis, vociferatur in ter-
ris Baronum. latè Fontanell. de pactis
nupti. tom. 1. clau. 4. gloſ. 11. à n.51.

31 Declaratione autem facta, quod ſit
locus ſono, & illum exequendo, poſ-
ſunt Officiales, & cæteri, qui illis
aſſiſtunt, Eccleſias, & loca exempta
ingredi. iuxta tradita per Michaelem
Ferrer 3. p. c. 243. Cancer. 3. tom. vari.
c.5. n.96. & ſi malafactores ibi adin-
32 uenerint, poſſunt ab Eccleſia extrahi,
abſque hoc, quod Curia Eccleſiaſtica
poſſit procedere. contra talem Offi-
cialem, in vim conſtitutionum Pro-
uincialium Tarraconenſium, de in-
uaſo. quia obſtat Curiæ Eccleſiaſticæ,
concordia Regis Eleonoris c. 1. quæ
eſt in volumine Pragmaticarum iux-
ta relata per Anto. Oliba de iure fiſci
c.12. n.24. in, & cum qua fuit con-
uentum, quod non poſſit curia Eccle-
ſiaſtica, procedere contra Officialem
officiantem, virtute conſtitutionum
Prouincialium Tarraconæ de inuaſo-
ribus, declarando eum ipſo iure ex-
communicatum. poſſe tamen curiam
Eccleſiaſticam. contra eum procedere,
in vim citationis. per modum cauſæ
ordinariæ. In vtroque autem caſu, ſi
curia Eccleſiaſtica velit, procedere
contra talem Officialem, talis Offi-

cialis

cialis debet comparere in Regia Au-
dientia.& instare, quod firmetur con-
tentio inter duas Curias, videlicet
Ecclesiasticam,& secularem. vt supra
dictum est.cap.11.præcedenti.(de Re-
galia,qua dominus Rex cognoscit de
causis clericorum) & non declarata
33 per arbitros, ea deuoluta ad Cancel-
larium,fit per eum declaratio,an gau-
deant delinquentes, vel non. & casu
quo gaudent,libere relaxãtur à car-
ceribus.nisi iam pro expensis retine-
34 rẽtur.quia etiam si obtinuerit in sen-
tentia causæ contentionis, si tamen
debitor sit ex causa delicti,in quanti-
tate pecuniaria,potest retineri. quo-
adusque fuerint expensæ solutæ. vt
tradit Michael.Fer.3.p.obserua.c.243
& c.252.& sic,casu quo fuit extractus
cum sono,non curat Iudex inspicere,
nisi,an gaudeat immunitate, vel non
gaudeat, absolute declarando.
35 Si verò sit extractus sine sono emis-
so,tunc declaratur ante omnia, ex-
tractum ab Ecclesia sine sono emisso,
ante omnia,esse restituendum Eccle-
siæ. absque hoc, quod ingrediantur
merita causæ. idest, antequam inspi-
ciatur, an comiserit delicta, per quæ
inmunitatem Ecclesiæ perdat. quia
cum non sit extractus cum sono,dici-
tur Ecclesia spoliata, quæ ante omnia
36 venit restituenda Michael.Fer. 3.par.
c.343. Cancer. dicto c.5.n.104.
Sciendum tamen est, iuxta relata
per Michaelem Ferrer 3. p. obserua.
c.243. & 254. quod ex obseruantia
huius Principatus,quociescunque de-
declaratur,quod extractus ab Ecclesia
37 gaudet immunitate illius, siue sit ex-
tractus cum sono, siue sine eo, rema-
net absolutus ab omnibus delictis,ita
quod, de commissis hucusque, non
potest à cætero inquiri,nec ratio ha-
beri.
38 Clerici autem culpabiles in execu-
tione soni,possunt per Officiales Re-
gios capi,& curiæ Ecclesiasticæ debẽt
tradi. cuiꝰ Officiali Regio non per-
mittitur clericorum captura.maximè
nisi crimine flaganti. cum modica
detentione. quæ ad spacium viginti
39 quatuor horarum est reducta iuxta
tradita per Anto.Oliba ad vsati alium
namque c.14.n.67.& 140. Fontanel.
40 de pac.nupti. tom.1. clausf.4. glos.11.
n.50. cum sequen. Vicarius verò qui
sonũ emittẽdũ declarauit,licet in pro-
41 secutione soni aliqui excessus fuerint
commissi, non tenebitur de illis. eo
quod,principium actus est,quod atten-
ditur.iuxta tradita per Philip.Frãcum
42 in c. prælatis n.2. de homi.in 6.& ex
c.de occidẽdis 23.q.5.quia quando fit
actus à iure permissus, cætera in eius
43 consequentiam,necessaria,cencentur
permissa.iuxta ea quæ refert Bal.con.
319.lib.2.quem refert Craueta.con.4
n.15.& con.18.n.10. vbi ait. quod qui
44 legitimè congregat homines,si initiũ
congregandi eos est licitum,si postea
cõgregati delinquant,non punientur
illi,qui coscõgregarũt,cũ principium
sit legitimum, nisi Vicarius concens-
sisset.iuxta tradita per Calici. in dicto
tracta de sono emisso.q.8. paulo ante
finem.quem allegat Cancer.dicto c.5.
n 55.quod confirmat ex l.aliud. § re-
fertur.ff.de regu. iur. & ex Bar. in l.
aut facta,§.nonnumquam, ff.de pœ-
45 nis dicens. quod si exercitus aliquod
damnum dederit,non tenebitur totus
exercitus,si constat de militibus, qui
illud dederunt.
Si verò Vicarius, in prosecutione
soni,per se, vel ex iussu illius, ipsum
associantes,dederint damnum,ille qui
passus est dampnum, ad emmendam
46 illius, & punitionem ipsius Vicarij
agere poterit. aut in Regia Audien-
tia, per vim querelæ, aut in iudicio
tabulæ,iuxta relata per Cancer.dicto
c.5.à n.94.cum seq.
Prædictus autem sonus, per Vica-
47 rium inmissus, prosequendus est in-
tra suam Vicariam,neque potest Vi-
carius

carius in eius prosecutione, compel-
lere tertastenetes, quod prestent ali-
48 menta ipsi Vicario. neque illum asso-
cinantibus, quia omnes debent pro-
prijs expensis viuere. auth. vt nulli
Iudicum. §. nulli. de manda. Princi.
Angel. in §. nullo. in auth. vt Iudices
sine quoque sufra. faciunt, quæ tradit
Cali. Marga. fisci dub. 8. limita. 210.
vbi atestatur. posse Officiales domini
49 Regis, à subditis capere necessaria,
soluta tamen mercede. & idem obser-
uari atestatur. Michael Ferrer. 3. par.
obser. c. 380.
50 In huius soni emissi prosecutione,
atestatur Cancer. dicto c. 5. n. 64. quod
potest Vicarius compellere incolas.
vt suas gentes hospitent. quia licet
appateat. quod in Catalonia hospita-
litas non videatur gratis concedenda,
ex consti. 12. titulo de Offici de Al-
51 caits. hoc tamen non seruari atestatur
dictus Cancer. allegans constitutio-
nem finalem eodem titulo. quæ dis-
ponit. quod milites soluant, quæ ex-
pendunt. non tamen dicit constitutio,
quod soluant aliquid pro hospitalita-
te, & qui de vno disponit, aliud exclu-
52 dere videtur. argumento l. cum Præ-
tot ff. de iudi. atestatur, etiam Can-
cer ibidem n. 77. ab hac hospitandi
obligatione exemptos esse æquites,
& eos qui eorum priuilegio gaudent.
ex iuribus per eum allegatis. quod li-
mitatur. ex traditis per Anto. Oliba
ad vsari alium namque, c. 4. n. 35. vbi
ab omni ordinaria iuris dispositione,
53 excipit casus necessitatis, aliquos re-
ferens casus, in quibus à iuris ordina-
ria dispositione recessum est, de hoc
verò dubio latius agetur in c. 47. de
Regalia hospicij.

54 Operatur etiam prædicta Regalia,
& alium effectum. quod si iumisso so-
no per Vicarium, delinquens fuerit
captus, poterit eum à Barone repete-
re, eo quod statim atque sonus fuit
emissus, totius delicti cognitio fuit à
Barone abdicata, & Vicario aplicata
vt ex mente Calicij resoluit Cancer.
dicto c. 5. n. 76. quamuis idem Cancer.
55 n. 77. constituat differentiam, circa
capturam, dicens. quod si Baro delin-
quentem ceperit ante emissionem
soni emissi, quod ipse poterit cognos-
cere. quod existimo esse verum causa
præuentionis. quia per præuentio-
56 nem, in habentibus. iurisdictionem,
præuenienti adquiritur priuatiuè iu-
risdictio. ex Marta de iurisdict. 2. par.
c. 2. in princi. maximè per capturam,
vt pluribus retuli lib. 1. mearum va-
riar. c. 1. à n. 136. secus verò, si Baro
illum ceperit post sonum emissum.
eo quod, similiter præuentio eidem
Vicario ius plenum tribuit.

57 Debet autem Baro (si caute proce-
dere vellt) casu quo Vicarius accedat
cum exercitu associato, ad castrum il-
lius, cū scriptura (si ad est Notarius)
ipso verò deficiente. coram legitimis
testibus, eidem Vicario exponere. se
delinquentem captum detinere, si-
bi quæ expectare punitionem illius.
& sic eundem Vicarium interpella-
re, quatenus desistat à prosecutione
dicti soni emisi, & quod ad maiorem
cautelam, dictus Baro firmet ius, & de
iure, omni melioti modo. tam dicto
58 Vicario, quam Fisco Regio, vel cui-
cumque interesse habenti. His enim
per actis. Baro suam iurisdictionem
in tuto ponit. & tunc Vicarius. ad vl-
teriora prosequi nō potest. iuxta Bal-
di doctrinam in l. nam postea n. 7. de
iute iutan.

59 Si verò, per Baronem opponantur
aliæ exceptiones, quæ respiciant me-
rita Regaliæ, tunc. proculdubio non
sunt admittendæ per Vicarium, nec
debet retardate Vicarius. quin ad to-
talem finem. & exitum, perducat exe-
60 cutionem dicti soni. quia exceptio-
nes illæ, nōn sunt modo aliquo admi-
tendæ. quia virtute Regaliarum, do-
minus Rex fundatam habet suam in-
tentionem,

tentionem,& in omnibus circunstantijs eatum. Oliba ad vsat. aliū namq; c.7. in princi. & fere per totum. & ad hæc breuiter dicta, reducuntur quæ refert Cancer. dicto c.5 à n.83. transcribens, quæ ad dictam resolutionem referebat Cali. in tract. de sono emisso, q.8. vers. Quæro an oppositio.

61 Si verò Vicarius nolit supercedere, aut alias Baro sentiat se grauatum à Vicario, debet à suis procedimentis recurrere ad Regiam Audientiam. quia solus dominus Rex, est Iudex competens, ad cognoscendum de causa soni emisi, & de illius circuustantijs. vt ex Calicio dicta quæst.8. refert Cancer. vbi supra n.110. quod etiam

62 potest facere Baro, antequam Vicariusin executionem deducat, declarationem factam soni emisi per eum, & suos Consiliarios adhibitos. Cancer, ibidem n.103.

63 Si verò fuerit lis, seu controuersia inter Baronem, & Vicarium, circa dictum sonum, tunc curia Baronis cessare debet ab eius exercicio, quousque fuerit in Regia Audientia declarata lis, super dicto dubio Cancer. dicto c.5. n.155.

64 Pro hac autem Regalia exercenda, est sciendum, quod si associati Vicario, non sint sufficientes ad effectum soni emisi, tunc poterit Vicarius, cæteros de Vicaria conuocare, & congregare, vt ei assideant, & ibi suum impartiātur auxilium, soluto tamen eorum stipendio. vt atestatur Cancer dicto c.5. n.140. confirmans suum dictum,

65 argumento constitutionis.3. in titulo de dret del Fisch, & ibi Mier. c. 20. col.4. Cali. in tracta. de pace, & treuga dubio 23. quia cum tendat ad publicam vtilitatem, Fiscus soluere tenetur expensas. ex l. lege Cornelia, § fina. ff. ad Sila. l. si locus, §. 1. ff. quemmam. vsusfruct. amitat.

66 Et licet Cancer. lib.3. varia. c.5. de sono emisso dicat practicari in Vicaria Gerundæ, certum modum emitendi sonum, ad relaxandum captum à carceribus Baronis, eo quod à Barone oprimatur. licet longa conmentatione hoc tractet à n.114. certius tamen est. talem sonum non esse inmitendum per Vicarium, cum sit extra mentem constitutionum, & sic cum talis sonus fuisset inmissus in Vicaria *de Besalu* contra don Gerardum de Cruilles qui postea fuit primus Comes *de Montegut* fuit tamen in Regia Audientia lata sentētia die 9. Decembris 1594. declarando male prædictum sonum fuisse inmissum prout refert Fonta. de pact. dota. to.1. clau.4 glos.11. n. 56. & sic huic decisioni adhereudum censeo. Nec ex ea grauamen infertur capto. cum ei saluum ius remaneat, in vim recursus ordinarij.

67 Sonus autem sacramentalis, qui solet in Catalonia practicari iuxta tradita per Fontan. vbi supra n.58. & Cancer. dict. c.5. cum fiat in vim conuentionis non est de Regalia, & sic nil amplius de eo.

68 Cum obiter supra num.38. dictum sit, de captura clericorum. post hæc scripta, obtulit se difficultas grauis ex integro tractanda. in qua fui consultus. an captura clericorum licita sit

69 fieri à Iudice laico, in casu, quo clerici perturbant pacem, & quietem Reipublicæ. & absolute, quod nō possint capi per secularem Iudicem. est Textus, & ibi communiter scribentes vna

70 cum glos. in c. cum non ab homine de Iudi. & in c. si verò de senten. excommuni. & in c. si Canonici. de offic. ordin. à qua regula solum recedi potest. tribus concurrentibus requisi-

71 tis. videlicet. si clericus repertus fuerit crimine fraganti. Si fuerit de fuga suspectus. vel si suus ordinarius eum capere non possit. ita Farina. de inqui. q.8. à n.15. vsque ad 122. asserēs dictus Farinacius num.117. quod non existente

existente altero, ex dictis tribus re-
72 quisitis, non sit licitum iudici secula-
ri, clericum capere, etiam quo ad effe-
ctum illum remittendi ad suum Or-
dinarium. sequitur Diana, & alios re-
fert idem tenentes Resolu. mora. p. 5.
tracta. 1. de inmuni. Eccles. resolu. 22.
73 & hic est cōformis pragmaticæ alle-
gatæ, quæ est finalis sub titu. de cap-
tu. & libera clerico. libro pragmati-
carum, quæ fuit data Montisoui die 2.
Septembr. 1510. quæ fuit confirmata
per constitutio 3. & 6. sub titulo de
Episc. cleri. ordinando formam cap-
74 turæ, & detentionis personarum Ec-
clesiasticarum, in casu Regaliatum.
alias censuris grauati excommunica-
tionis. tradit Oliba de Iure fisci. c. 14.
n. 65. & 66. & n. 140. De captura ve-
75 rò, & punitione clericorum, in casu
perturbationis pacis publicæ, seu cri-
minis læsæ Maiestatis. tractat Boua-
dilla in sua politi. tom. 1. lib. 2. c. 18.
76 de la jurisdicion Real y mixto fuero.
n. 114. tractans. quando clericus pos-
sit committere crimen læsæ Maiesta-
tis. contrarias ad inuicem referens
opiniones. aliquorum asserentium,
posse clericos cōmittere dictum cri-
77 men, eo quod sunt incolæ. aliorum
verò asserentium, non posse clericos
prædictum committere crimen, eo
quod non sint potestati seculari sub-
iecti. resoluēs ibidem n. 16. quod quo-
cunque modo sit. quod potestas secu-
78 laris. potest eos capere. & suis Iudici-
bus Ecclesiasticis tradere, vt eos pu-
niant. asserens dictus Bouadilla, hanc
sententiam esse magis communem,
& conformem c. si quis laicus 22. q. 5.
c. felicis de pœnis. in 6. glos. verbo
Non sunt in Clemen. pastoralis, verbo
Nota. de re iudica. & ibi Ioan. de In-
mo. col. 2. Ancar. in §. rursus. Boeri.
in tracta. de sedicio. §. præsupo-
ne etiam num. 2. & alios plures. re-
fert dictus Bouadilla in glos. litte-
ra I.

79 Aliqui non defuerunt Authores,
qui fœdere distinctionis, hoc dubium
voluerunt dissoluere. constituendo
differentiam, inter iuridicam cogni-
tionem, & politicam, siue œconomi-
cam, asserentes. quod ratione œcono-
micæ administrationis, seu politicæ,
in casu seditionis, seu perturbationis.
80 Principem secularem habere aliquam
iurisdictionem in Ecclesiasticas perso-
nas. hanc que nominari politicā coer-
tionē. ex Vincen. de Fran. decis. 691.
n. 5. Anto. Olib. ad vsat. Alium namq.
c. 9. nu. 28. Peguer. in praxi. crimina.
c. 24. fol. 140. verbo Sed ponam eis
casum Bouadi. lib. 2. c. 18. n. 61. Calix.
Rami. de lege Reg. § 2. n. 12. fundan-
81 tur præcitati Authores, exemplo quo-
tidiano, dicentes. quod sicuti Patrifa-
milis licitum est, de facto famulum
clericum inobedientem, seu domum
perturbantem, à domo sua expellere,
ita multomagis permissum est Prin-
cipibus secularibus, Ecclesiasticas per-
sonas, Rempublicam perturbantes,
per viam politicæ iustitiæ, & œcono-
82 micæ expellere. quod exemplum, ità
longe distat à casu, de quo discepta-
tur, vt nulla comparatione possit assi-
milari. nam laycus accipiens in do-
mum suam clericum ad seruiendum,
ita habet liberam à domo sua eijcien-
di facultatem, quod non indigeat,
quod sit inobediens, seu tumultuans,
sed adhuc obedientem, & pacificum
libere potest expellere. Neque tali
83 casu ei facit aliquam iniuriam, quia
talis clericus, nullum ius habet ad
habitandum in tali domo. Clerici ve-
84 ro cum ad seruiendum Ecclesiæ sint
destinati, multique prouisi in eis, non
vt ciues. sed vt personæ destinatæ ad
cultum diuinum, ab eo, qui illos desti-
nauit sunt puniendi. maximè, quia
contrafaciendo, dicitur contrafacere
85 Iudicem secularem Bullæ in Cena
Domini. tradit Diana 1. p. resu. 17. n. 2
verbo Nec valet pluribus Doctoribus
hanc

hanc tenentibus sententiam, & resolutionem, tradit Diana, verbo Vnde Princeps.& in verbo, Nec valer dicere. satisfaciens obiectioni cuidam di-
86 centi, quod inde eueniet. quod clerici tumultuanres impuniti remanebunt. quia respondetur. à Iudice Ecclesiastico venire puniendos. Hanc resolutionem renenr Valenzuela in desensione monitorij Pauli Quinti contra Venetos.4.p.n.161.cum sequēr.allegan. Ancarra.in c.quamuis de pœnis.in 6. Ieroni.Gig.de crimi.læsæ Maies.q.63 num.5 & 2.Cardin.in.c.vergentis de Herenti Andreas.Sicul.lib.3.con 22. n.2. Batysta de Sedicio.Pref.6. n.3. Moli.Theo. de ius.& iur.to.1. tracta. 2.dispu.3. conclu.6. & alios refert Dian.1.p. tracta. 2. de inmu. Eccles. mora.resolu.conclu.17.vers.Sed hác sentenciam.Sesse de inibirio.c.8.§.3. n.104. Aceue.l.3. titu.1. lib.4. nouæ
87 recupi.n.3. Nauar.in manua. c.27. à n.67. & hanc sentenciam tanquam veram videtur sequi, noster Fontanella de pac.nupti.to.1.clau.4.glos.3. p.3.n. 10. & affirmatiue refert Oliba de iure fisci c.14.n.145. in hæc verba prorumpens.

88 *Quod autem punire clericos, per Iudicem secularem coertione politica, non iurisdictione contentiosa, minus probo. quia punitio omnis personæ, aut bonorum, quo ad pœnam corporalem, vel pecuniariam Fisco aplicandam, ad Episcopos pertinet, in hac Prouincia. Vt ex Calicto tradidi. Politica enim ratio, nostris Regibus contra Ecclesiasticas personas non est expediens, nec ab eis recepta, nisi cum moderatione, & forma dictis, & explicatis*: quæ verba formalia sunt dicti Oliba. tam magni Doctoris, & Fisci patrimonialis Aduocati prr celebris. cuius autoritas (maximè vti obtinentis prædictum officium.) in maxima est considera-
89 tione. Vnde vera resolutio est. Quod Principi seculari, quoad Ecclesiasticas personas nulla competit potestas, etiam in crimine læsæ Maiestaris, nisi concurrentibus tribus requisitis. supra n.71. dictis ita refert Farina. dicta q.8.n.28.& 29. & q.112. inspectio.7. n.232. Bouadi. tom.1.lib.2. c.18. n.115. Salcedo.in praxi Canoni.n.118. mihi pag.379. Gaspar Thesaur.lib.4.quæstio forē.q.22.per totà. Genua in praxi. Archiepis.q.72.pertotā. Suarez in desensione fidei contra Regem Angliæ lib.4.c.15. num.10. referr plures alios Diana 1.p.tracta.de inmuni.Ec. clesi.moral. reso.19. & 3.p, resolu.30.
90 tracta. 1. allegans Regiam pragmaticam Reginæ Ioannæ, & Imperatoris Caroli Quinti editam Vormes.11.Decēbris 1520.cōtra sediciosos, & rebeldes Castellæ, quàm ad longū refert Molina de Hispa.primo lib.4. c.11.n. 58. vbi leguntur hæc norabilia verba. *E si fuerē personas Eclesiasticas, è de Orden, las mandamos remitir à nuestro muy Santo Padre, ò a los otros sus Prelados, a quien son sujetos.* & hoc est tenendum.
91 Et licet don Ludouicus a Peguera in sua praxi criminali c. 24. referat modum procedendi contra Iudices Ecclesiasticos Comissarios Apostolicos, quando oprimunt laicos, & referat praxim Regiæ Audienriæ. asserit ramen, se nunquam vidisse ad praxim
92 redacta procedimēra Regiæ Audienriæ. quanto magis quod loquitur respectu Iudicis Apostolici Delegati. qui non est subditus Iudici Ordinario Ecclesiastico, nec ab eo moneri, nec puniri potest, in excessibus per eum commissis. quod secus est, respectu cerrarum personarum, quæ à suo Ordinario puniri possunt. Nec obstat
93 quod Oliba tradidit in dicto vsati. Alium namq; c.9.n.27. cum sequen. nam ipse postea in c.14.n.47. se ipsum declarat dicens. prædicta esse intelligenda, seruata forma disposita in constitutionibus. maximè si atendamus, quod prædicti clerici, saltim exiliarentur, pœna autem exilij grauis est.

est. & inter capitales enumeratur. l. 2. ff. de pub. iudi. glos. in l. exilium. ff. de interdic. & relega. Iuli. Clat. in §. fin. q. 67. n. 7. & 8. Meno. de arbi. q. 80. n. 94. refert Caballus. Remissio. crimi. casu. 147. n. 16. Vnde consideràtes
95 prædicta Reges, & Comites nostri, obtinuerunt olim indultum Apostolicum directum Episcopo Gerundensi, nomine dignitatis. cum quo cognitio, & punitio personarum Ecclesiasticarum, & Religiosorum, in atrocibus delictis, fuit illi commissa. vt refert
96 Oliba dicto c. 14. n. 151. & huius rescripti virtute, soliti fuerunt Episcopi Gerunden. personas Ecclesiasticas, captas à Iudice seculari repetere, de illis cognoscere, eas punire, vsque ad relaxationē Brachio Seculari: prout vidi, existente Locumten. Excellentiss. Duce de Mõteleon, (eternæ digno memoria, pro sua virtute, & gubernio.) de quodā clerico, cui fuit lectæ
97 sentencia in platea Regis, iusta templum Beatæ Agatæ, existente Iudice sub delegato breuis, in quodam loco eminenti, vulgo dicto *Catafal.* & in alio loco simili, Regium Consilium. & lecta dicta sentencia, fuit ductus ad aliud *Catafal.* vbi existebat Reuerendissimus Episcopus, dō Rafael de Rouirola. per quem fuit degradatus, in dicta platea publicè. & finita degradatione, fuit liberatus Curiæ Seculari, & suis ministris. per quos fuit ductus ad Regios carceres. & postea per Regiam Audientiam fuit condempnatus.
98 Nec obstat dicere. quod Iudex Ecclesiasticus sit negligens. & quod iurisdictio Iudicis negligentis, ob negligentiam illius amittitur. & quod tunc locus est seculari quam quæstionem longa commentatione refert Matta de iurisdi. p. 4 cētū. 2. casu 146 per tot. vbi. n. 9. resolutiuè tradit. nullo modo. ob negligentiam Prælati, posse haberi recursum ad Iudicem Secularem, in causa clericorum. dicēs, de iure Canonico, expresse definitum esse ex. c. qualiter, & quādo, de Iudic. in eo corrigi iura antiqua, & opiniones eorum, qui contrarium asserebant. satisfacitque omnibus, quæ in contrarium deducebantur. ad quem recurrere poterit ille, qui hanc quæstionem ad longum pertractatam videre cupit. non enim est transcribentum hic, totum. Sed sufficit allegare locum; vbi fuse quæstio tractatur.

Post hæc scripta reperi locum, valde considerandum. apud Barbosa in tracta. de pēsionibus exigen. quæst. 5. num. 41. vbi tractans de reuerencia debita Ecclesiæ Sanctæ, atestatur ex Francisco longo à Coriano, in breuiario chronologico, anno Domini 704. pag. 208. in hæc verba prorumpens: *Non alia maior causa intercessisse ex cogitari potest, cum Regnum illud Hispanum, scilicet, Deus impijs Sarracenis tradiderit inculcandum, quàm defectio à Sede Apostolica. non quidem in rebus fidei, sed in iurisdictione, & temporalitate.* Hoc idem atestatur ibidem Barbosa referre. Rodericum à Cumba, in comen. ad tex. in cap. fingens Anglorum. num. 5. distinctio 56. caueant igitur ministri Regij, tam primi ordinis, quàm secundi, qualiter in iurisdictione Ecclesiastica consulant. hi. ne superioribus nauseam causent. illi ne Regibus palatui, & gustui contradicant, consulentes ad nutum, & ad gustum palatus. loqui enim debent prout in suo sensu abundant. & iuxta suam conscientiam illud esse credunt.

(.†.)

SVMMARIVM.

Cap. 13. De Regalia instaurandi causas.



1 ST, & aliud ius Regaliæ, quod instaurandarum causarum apellatur. quæ materia peregrina est. & apaucis tractata. iuxta tradita per Capi. decis. 165. n. 5. pro cuius perfecta cognitione, sciēdū est.
2 quod. quatuor modis. solet instancia causæ instaurari. quos refert Maranta de ordi. iudi. 5. p. Titu. *Et omnia fiant*
3 *durante instantia*, n. 46. dicens.

Primò modo instaurari causam, eo quod sit perempta instancia, per temporis lapsum. & actor tenetur de nouo litem incoare. Secundò verò modo, per beneficium restitutionis in integrũ, ex clausula generali, ex edicto Prætoris competenti. de qua in titu. ff. ex quib. causis. maio. Tertio
4 quando de consensu partium, recopilatis instrumentis, facto processu, conueninnt, vt causa declaretur. Quarto verò modo, quando lapso tempore,
5 non culpa ipsius actoris, ex Principis gratia causa instauratur. In quo fundatur ius huius Regaliæ. de qua hic est
6 sermo habēdus. quod ius est de supremis Regalijs. iuxta tradita per Afflic. ad Titu. quæ sint Regaliæ n. 96. Menoch. consf. 380. n. 4. quam supremam Regiam potestatem, agnouit Bar. in l. diui fratres, ff. de pœnis, Cali. in extragraua. Curia. c. 7. verbo *Centesimo primo*. Est autē instauratio causæ, quæ-
7 dā spiritus insuflatio in causam. quia cum tempora probatoria sint elapsa, Princeps ex sua soberania, potest causam instaurare. hoc est eam reponere in primeuo statu, vt à die instaurationis, tempora instantiæ currant. Hæc
8 autem instauratio à solo Principe fit. vt dicebat Bar. in l. 1. §. si quis vltro, ff. de quæs. n. 3. quod agnouit etiam Franciscus à Ponte de potes. Proregis Titu. de diuer. prouisio. & licencijs. Tit. 20. §. 1. n. 22.

9 Hæc autem Principis insuflatio, ab eo debet concedi, iusta aliqua existente causa, iuxta tradita per Parisi. in tracta. de sindi. verbo *Sentencia*. & in c. restat vnum col. 1. circa finem. quam allegar Maranta de ordi. iudicio. 5. p. titu. *& omnia fiant durante instancia*, n. 32. ponens exemplum, casu quo, culpa Iudicis, propter eius infirmitatem, absentiam, seu multitudinem causarum, quibus erat ocupatus, tempora instantiæ fuerunt elapsa. Secundum Alex. in l. poperandum. §. fin autem vtraque, & in l. sena. ff. de offi. Præsidis.

10 Quærendum tamen est. à quo tēpore dicatur, posse peti instaurationem causæ, seu instantiæ. quod dubium, nobis decedit Maranta de ordine iudi. p. 5. titu. *& omnia fiant durante instan.* dicēs. Instantiam causæ, esse exer-
11 citationem Iudicij, quæ fit alitis cōtestatione, vsque ad senteneiam latam, quæ debebat proferri intra triennium, de iure communi si causa erat ciuilis. si verò criminalis, intra biennium. iuxta. l. properandum. C. de iu-
12 di. & sic, casu quo senteneia intra triennium, vel biennium respectiuè non fieret, perempta instancia dicebatur, cuius quidem effectus erat ta-
13 lis. quod ex lapsu dicti temporis, non dicebatur causa perempta, neque extinctum, neque minutum ius partis.
14 quo ad merita causæ, quia ex lapsu temporis instanciæ, parum præiudicium infertur actori. ex Bar. in auth. quæ supplicatio. n. 3. C. de appella. & alijs relatis ab Sfortia Oddo. de restitu. 1. p. q. 13. art. 7. n. 26. solumque esse deperditum tempus illud, quod fuit lapsum à principio causæ, vsque ad finem triennij adimpleti, plura ad hoc institutum refert Maranta. vbi supra, à n. 5. vbi latissimè de materia instantiæ, & illius requisitis agit.

15 Sed quo tempore in Catalonia instácia durare dicatur. queri potest? pro
quibus sciendum est prius. quando in
Catalonia lis contestata dicatur. Et
licet Anton. Oliba de actio.t.p.lib.3.
c.4. à n.22. dicat. In Catalonia lapsis
16 octo diebus asignatis, ad opponédum
exceptiones litis ingressum impediẽ-
res, primum actum, qui fit in iudicio,
haberi pro litis contestatione: tamen,
cum in Catalonia contumacia citati,
habeatur pro litis contestatione, eo
17 quod statim atq; datus est libellus per
actorem, & intimatus reo, & lapsi sunt
octo dies, à die petitionis, siue reus
responderit, siue non, habetur lis pro
contestata. vt in consti.t.Titu.de oïa.
hoc idem atestatur don Ludoui. à Pe-
guer. in sua praxi ciuili. Rubri.tt. de
litis contesta. n.2. Cancer.3.to.variar.
c.16. de litis contesta. n.tt.& 150. vbi
ait. quod per reproductionem eum li-
bello, dicetur lis cõtestata. ideo à dicta
18 die, lapsis tẽporibus ad recõueniendũ,
dicetur incipere litem à die instancię.
Ex prædictis igitur dicetur in Catalo-
nia, instantiæ tempus esse tãtum illud,
19 quod datur ad prosequendam causam,
vsq; ad sentẽciam. Oliba de actio.to.1.
lib.3.§.pœnales à n.113.

20 Hæc autem insuflatio, licet aliqui
existimauerint, non dari nisi semel,
moti ex diuersis iuribus, quæ tradit
Capici.decis.166. in princi. tamen re-
ceptior est sententia, quod detur bis.
iuxta resoluta per eum n.5. Costa. de
remedijs subsidia. reme.94.n.6. dicẽs,
quod cum ex mera Principis gratia
21 procedat, non est manus Principis
abreuiata, quin pluries restauret iuxta
tradita per Iasso. in l. beneficium. n.3t
ff. de consti. Principum Asi. in sua
22 praxi.§.2.c.16.n.14.& 15. debet tamẽ
fieri mẽtio primarum impetrationum
vt atestatur Costa. dicto n.6. circa me-
23 diũ. Rollã. à Vall. to.3. con.4. n.61.&
62. & quod tertia viee detur insuflatio
tradit Gãm. deci.69. in fin. de in sufla-
tione, agit etiam Gramma. decis. 91.

24 Sed queri potest. an insuflatio abso-
lute fiat, non atendendo an in tertij
præiudicium fiat. dicẽdumq; est. quod
ex sola instauratione patũ præiudiciũ
fit parti aduersæ. cum ex ea solũ resti-
tuatur ad tẽpus illud lapsum ad instã-
tiã. non vero ad ius extinctũ, ex quo
ius reo fuit quæsitũ, ad extinguendam
25 actionẽ cõpetentem ipsi reo. quia in
his, quæ sunt magni præiuditij domi-
nus Rex non cẽletur aliquid facere.
vt aparet in instauratione, quæ fit in
causa, in qua instantia perijt facto il-
lius, qui restitutionem impetrauerat:
quia cum culpa ipsius. instãtia perie-
26 rit, tenetur ad expẽsas reficiendas.
ex l. propetandũ. C. de iudi cijs, l. eum
quẽ temere, ff. eod. refert Flami. Car-
tarius. decis.24. Rotæ Genuæ in prin-
ci. Costa de reme. subsi. reme.94.n.7.
vbi ait. dũ ergo Princeps vitæ spiritũ
27 insuflat, neminẽ lędit. quia alias refectis
expensis primi iudicij, poterat actor
nouã causam. incoare glos. in l. prope-
rãdum. §. fina. verbo *Vigorem*. C. de iu-
di. Philip. Pascalis de viribus patriæ
28 potes.1.p.c.8.n.215.& sic resoluit in
fine n.3. dicẽs. Quod si Superior insu-
flat spiritũ instãciæ, nulla facta mẽtio
ne de expẽsis, poterit pars opponere
cõtra instaurationẽ. de exceptione nõ
solutarum expensarum, & retardabit
effectũ instaurationis, quoadusq; ex-
pensas soluerit Marã. de ordi iudicio.
29 5.p.Titu. *Et omnia fiant durante instan-
tia*. n.32. declarans. resectionẽ expẽsa-
rum esse fiendam, quãdo instãcia cau-
sæ perijt culpa illius, qui eã incoauit:
secus verò esse, quando facto alterius.
veluti per factũ Iudicis, vel infirmita-
tis, seu iustæ absentiæ, vel ob aliam si-
milem causam iuxta tradita per Alex.
in l. properandum. §. fin autem vtraq;
ff. de offi. Præto. Costa de reme. subsi.
reme.94.n.7. Rolian. à Valle tom.3.
con.4. n.65. Philippus Paschalis vbi
suprà n.216.& prius n.213.

Videtur

30 Videtur tamen hæc Regalia super-
flua, cum extet maius beneficium, ex
titulo, ff. ex quibus causis maiores,
quam eo quod indulgetur, ex benefi-
cio huius Regaliæ. cum ex hac solum
instauretur instancia, iudicio quodam
extraordinario. ex illo autem titulo,
restituitur quilibet in totum. ex clau-
sula illa generali, *Si quæ mihi iusta cau-*
sa videbitur. tanquam remedium de iu-
31 re communi: quo extante, debet ces-
sare remedium illud extraordina-
rium. argumento. l. in causæ, ff. de mi-
no. maximè, cum restitutio, reponat
32 omnia in pristinum statum. iuxta tra-
dita per Bal. in l. ab hostibus, §. sed
quod simpliciter. n.5. ff. ex quib. cau.
maio. l. quod si minor. § restitutio, ff.
de mino. Sed potest huic dubitationi
responderi. considerata differentia,
33 quæ reperitur. inter modum conce-
dendi restitutionem ex dicta clausula
generali: *Si quæ mihi iusta causa vide-*
bitur, ab ea, quæ datur in vim instaura-
tionis. quia restitutio fit per Iudicem
cum causæ cognitione, videlicet alle-
34 gãdo causas, ex quibus restitutio con-
ceditur beneficio Prætoris, p'æsumẽ-
do, ius existere. quia restitutio in in-
tegrum, non datur sine causæ cogni-
tione. l.3. vbi omnes, ff. de resti. in in-
teg. l.1. §. causa cognita, ff. de mino.
l. verũ. §. sciendum. ff. eod. & ibi glos.
verbo, *Proponãtur*: l. nõ videtur, C. eod.
Sforcia oddo de resti. in integ. 1. par.
35 q.31. arti. 1. num.4. & de restitutio-
ne in integrum, aduersus lapsum ins-
tantiæ ex titulo generali Oddo. 2. p.
quæst. 67.
36 Instauratio verò fit, nullis proba-
tionibus requisitis. Sed solum causa
allegata coram Principe, etiam non
probata, cum ex mera gratia proce-
dat, & cõcedatur. Rollan. à Valle con.
4. volu. 3. n.15. Grãma. decis. 108. n.117
vt refert Costa dicto remedio. 94. n.4.
37 vbi n. 8. tradit de valore, & modo
instaurandi quo ad probationes factas
per testes, seu instrumenta, dicens.
quod perempta instancia sine instau-
ratione, non poterat in causa ius dici,
quando probationes erant per testes
seu instrumenta, secus verò esse, si sen-
38 tẽcia ferenda erat, super partium con-
fessionibus. quia quãdo ius causæ, erat
fundatum in confessis, etiam perem-
pta instãcia, ius dici poterat. dummo-
39 do confessio esset iudicialis. non verò.
erronea. quia super ea poterat decla-
rari, non obstante, quod tẽpus instan-
tiæ fuisset lapsum. ex Bal. in l. prope-
randum, C. de iudi. Carro. decis. 44.
40 n.10. causas autẽ propter quas, Prin-
ceps solet insuflare spiritum litibus,
recenset Codex Fabria. lib. 1. tit. 9. de
fini. 24. & ibi Doctores per eum rela-
ti. Gramma. decis. 69. n.1. circa finem
dicens, esse sequentes. Videlicet si lite
pendẽte euenerit pestis, vel terremo-
tus magni, seu alia impedimẽta publi-
ca, seu priuata. seu legatio ex parte
41 Reipublicæ. vel si procuratorem di-
misisset, & decesserit. vel propter fe-
rias, seu prorrogationes in causis de
nouo prouisas. quo casu per Magistra-
tus statur, quin ius dicatur.

Est etiam causa infirmitatis, pau-
pertatis, carcerationis, seu compro-
missi facti de lite. Item causa negli-
gentiæ procuratoris. casus fortui-
ti, seu ex quacunque causa superue-
nienti, ex causa, seu facto aduersarij,
& quocunque dolo, seu lata culpa.
quæ dolo equiparatur. Prædicta etiam
tradit, & sequitur Boeri. decis. 247.
num.10. referens causas prædictas,
ex quibus datur insuflatio causæ, &
instaurantur.

In Catalonia etiam obseruatum
42 fuit. causas insuflari per instaura-
tionem, quocies instancia erat pe-
rempta. iuxta tradita per Anto. Olib.
de actio. to.1. lib.3. §. rursus. à n.14. Ca-
licĩ in Marga. fisci dubia. 8. n.18. casu.
101. ex l. semel. C. de remili. lib.12. & l.
si id circo. c. ex quib. causis maiores.

 Hoc

Hoc idem videtur, asserere. Mier. ad consti. Reg. Ildefonsi.c.11. quæ hodie est consti. 2. sub titu. de euoca.de causas n. 54. vbi ait Principem existentem extra Principatum, ex sua Regalia subuenire oppressis: quod proculdubio videtur intelligi, de instauratorijs. quas expediri per Regẽ existẽtem in Regno Neapolis atestatur dictus Mieres se vidisse, in dicto nu. 54. & eas vidi cõcessas per Sereuissimum Regem Philipum Secundum, in Regio archiuo registratas in communi. 4. fol. 18. instauratoria data Barcinone die 23. Maij 1564. in fauorem Alfonsi Bisbal, vbi legi hæc verba: *Ex*
43 *plenitudine nostra potestatis, ex nunc pro tunc instaurare, & per viam restitutionis in integrum, ex clausula generali, si quæ iusta mihi causa videbitur.* Alia in eodem Regestro.fol.24. pro Catherina Chicota in eodem Reges, fol.26. alia data 24. Martij 1564. pro Matthæo Gelone in eodẽ Reges.fol.31. alia data 6. Martij 1554. pro Hieronymo Cabrera. alia in eodem Reges, fol.32. data 23. Aprilis 1564. pro Ioanne Monsuar in eodem Regestro. alia data 21. Ianuarij 1565. fol.36. pro Francisco Cots. alia in fauorem Francisci Desllor refert Fontanella dicta decis.198. n.5. tom. 1. Sed licet in Catalonia olim essent instauratoriæ, hodie tamen abierunt in desuetudinem, & non practicantur. Non verò in totum repulsæ videntur, iuxta tradita à nostro eruditissimo Fontanella tom.1. decis.198. n.5. vbi dicit, quod casu quo similes instauratoriæ concedantur. fit cum clausula si Senatui apparuerit fore restituenda.

Sed dato, quod locum habeant in-
44 instauratoriæ in Catalonia, sciẽdum est, eas non habere locum in causis mercantilibus, quæ ducuntur in Consola-
45 tu Logiæ Maris, vt fuit attestatus Calicj. in Margat. fisci dubi.8. n.18. casu tot. asserens ex pragmatica facta Barcinone per Regem Petrum Tertium die 12. Martij 1369. insudaui tamen eam inquirendo, & non inueni. Nihilominus (salua Regiæ Maiestatis clementia) non possunt concedi instauratoriæ in dictis causis, quia dominus Rex, à se abdicauit talem facultatem, in constitutione finali. Titu de causis mercau. quæ fuit Imperato. Caroli in secunda curia Mon-
46 tisoni anni 1534.c.13. & licet ex tenore illius, forsan aliquibus apareret, loqui de causis mercãtilibus, dum tractantur in Consulatu Logiæ Maris, ex illis verbis: *è instauratorias de causas algunas de las corts dels Consols de la Mar, è Iutges de apells de la ciutat de Barcelona*, quasi secus esset, quando prædictæ causæ essent euocatæ ad Regiã Audientiã, cum facta euocatione, causæ, non dicantur verti in Consulatu Logiæ, sed in Regia Audientia.

47 Quidquid tamen sit, verius est. prædictam vltimam constitutionem, prohibentem instauratorias, non solum habere locum, quando causæ tractantur in Consulatu Logiæ, & coram Iudicibus appellationum, sed etiã quando sunt euocatæ ad Regiam Audientiam, & in ea tractantur. quia constitutionibus prima, & secunda eodem titulo disponitur, quod quoties causæ mercantiles, prætextu alicuius qualitatis, & Regaliæ, euocãtur ad Regiam Audientiam, tractentur in ea cum eisdem qualitatibus, & modo, quibus debebant tractari in Consulatu Logiæ, vel coram Iudicibus appellationum, illius Magistratus. ac si causæ non fuissent auocatæ, idem refert, & sequitur noster Fontanella tom.1. decis.136. à n.18. vbi expressè atestatur. quod quando Senatus per euocationem succedit in locum Consulum Logiæ, vnum, & idem Tribunal iudicatur, & quod loquitur iuris dispositio de illo Magistratur, loqui censetur de Regio Consilio.

Aliquando

48 Aliquando verò Regia Audientia supplet aliquos defectus ipsius Consulatus. nam cum ex c.17. Consulatus Logiæ Maris, causæ appellationum debeant terminare ex eisdem actibus primitiuis, nullasque probationes esse admittendas. quia tamen in causa appellationis, quæ vertabatur in Regia audientia ad relationem Magnifici Michaelis Ioannis Magarola Regentis tunc Regiam Cancellariam, inter Paulum Rossell, & Ioannem Millas ex vna, contra Antonium Miralles. oblatis articulis per dictum Rossell. die 6. Octobris 1635. cum fuisset cōtradictum pro parte dicti Miralles, deducendo, quod non poterant admitti probationes, iuxta dictum c.17. dicti Consulatus. quia tamen constabar, sententiam latam in Consulatu Logiæ Maris, fuisse latam in continēti, non admissis probationibus, sed statim facta petitione, absentibus partibus. Attento quod dispositio dicti c.17. Consulatus, prohibens probationes in causis appellationum, loquitur de appellationibus interpositis à sententijs, quæ plenariè, in scriptis datis dilationibus ad probandum, in Consulatu Logiæ Maris proferuntur, non verò de sententijs verbalibus, & in continenti latis, nullis dilationibus concessis, nec probationibus factis. & ita videtur pars cōdempnata sine defensionibus. & sic facto verbo fuit conclusum, & prouisum, dictos articulos oblatos in causa appellationis, in Regia Audientia fore, & esse admittendos. Saluo iure inpertinentium, & non admittēdorum, de quibus in definitiua habeatur ratio, qualis de iure habenda sit. ex quibus dicendum est,

49 quod si causa de sui natura mercantilis, in prima instantia, non fuerit introducta in Consulatu Logiæ Maris, sed fuerit cepta per querelam in curia Regentis Vicariam Barcinone, & ab ea fuerit euocata ad Regiam Audientiam, prætextu alicuius qualitatis, tunc, cum in Regia Audientia non sit tractanda tanquam mercantilis, & cum prædictis qualitatibus, & modo, & sic, non secundum prærogatiuas dicti Consulatus Logiæ Maris. iuxta tradita per Cancer. 3. p. variar. c. 10. n. 7. cum sequen. referentem Michaelem Ferrer. 3. p. obser. c. 491. ad finem. iuxta quàm resolutionem fuit decisum in Regia Audientia, die 24. Iulij 1527. referente Michaele Spital. ita sine dubio dicendum erit. hoc casu. Instauratoriam locum habere, etiam si causa esset mercantilis. de alijs verò concernentibus euocationem causarum tractatibur in c.25. vbi de Regalia euocandi.

50 Sed nunquid instauratoria concedenda sit in causa appellationis? Cui dubio videtur resolutio danda ex l. fina. C. sententiam rescindi non posse. vbi rescripta impetrata ad sentētiam rescindendam, nullius sunt momenti. cuius quidem Textus decisio non ita absolute capienda est. sed pro vt declarat Acur. ibi in glos. verbo *Impe-*

51 *trata rescripta*, sed cum moderamine. nam instauratoria à Principe cōcessa, non rescindit ipsam sententiam, sed quod facit, est, reuiuiscere instātiam, vt de nouo possit examinari. quod latius declarat Boeti. decls. 247. n. 12. quod Princeps facere potest, maximè si in rescripto expresse dicat.

52 *Non obstante quod, appellatio fuerit deserta*, vel alia causa æqui pollens, fuerit aposita de suprema Regia potestate. ex l. fina. C. de legi. glos. in c. ad hæc in fine glosæ magnæ de rescrip. sequitur Afsini. plura referens in sua praxi. §. 2. c. 16. n. 11. & 12. Cum autem, vt dictum est per citationem legitimam, perpetuetur actio vsque

53 ad quadraginta annos, an eis lapsis possit instaurari instantia. & credo non. quia cum ex lapsu quadraginta annorum ius fuerit præscriptum, & ex

ex præscriptione, ius plenum parti sit
quæsitum, non poterit per Princi-
pem insuflari in causa. quia Principi
non licet, ius tertio quæsitum, ab eo
54 auferri. Mier. ad consti. Reg. Petri. 2.
cola. 2. c. 57. tom. 1. mihi pag. 70. Can-
cer. 3. to. vari. c. 3. a n. 49. cum sequen.
faciunt tradita per Fontanella tom. 1.
decis. 198. n. 6. cum sequentibus. vbi
dicit. quod cum dominus Rex in Ca-
55 talonia debeat procedere per directũ,
non poterit. (salua eius clemencia) in-
stauratoriam concedere, si ius à tertio
auferat.

S V M M A R I V M.

Officia emere an sit prohibitum, n. 1.

Officia obtinere, quis inhabilis redditur, n. 2.

Postulare quando quis prohibeatur. n. 3.

Officia iurisdictionalia emere, turpe est, num. 4.

Officia vendere, quibus sit prohibitum. num. 5.

Officiorum venditio mala parturit, n. 6.

Rex potest officia vendere, n. 7.

Simonia non consideratur respectu Papæ, num. 8.

Pœna respectu officij cui incumbat, n. 9.

Officia vendere in Regno Castellæ est prohibitum, n. 10.

Officia vendere aborruerunt Imperatores, num. 11.

Officiorum venditionis prohibitio refertur, n. 12.

Officiorum venditionem à se abdicarunt Reges Hispaniæ, n. 13.

Officiorum venditionem in Catalonia à se abdicarunt Comites Barcinone, n. 14.

Officiorum venditionis prohibitio in Catalonia, de quibus officijs loquatur, n. 15.

Officia omnia an sint prohibita vendi in Catalonia, n. 16.

Officia ementes, iustitiam vendere inuitantur, n. 17.

Ementes officia solent iustitiam vendere, num. 18.

Officia vendere aborruerunt gẽtiles, n. 19.

Officia vendere aborruit Imperator Seuerus Antoninus, n. 20.

Dampna oriuntur, si officia iustitiæ venduntur, n. 21.

Rex in curijs generalibus an possit à se abdicare Regalias, n. 22.

Officiorum Regiorum venditio, magis est patrimonij, quàm Regaliæ, n. 23.

Officium emens, est inhabile ad illud obtinendum, n. 24.

Officium emens, si ad illud admitatur, an possit eo priuari, n. 25.

Turpius reijcitur, quàm non admititur hospes, num. 26.

Tolerantia excludit actionem competentem, n. 27.

Officialem ementem officia. quis possit allegare, n. 28.

Officialis ementis expulsio, ad quem pertineat, n. 29.

Actio popularis, cui competat, n. 30.

Exceptio contra officialem, cui competat, num. 31.

Deputati in Catalonia prospiciunt actionibus popularibus, n. 32.

Deputati quomodo procedere debeant, pro contrafactione constitutionum, n. 33.

Officia an concedantur in fœudum, n. 34.

Officialium nominatio, & creatio qualiter fiat, num. 35.

Cap. 14. De Regalia vendendi Officia.



1 Ritissimum est prin-
cipium. de iure esse
in eo prohibitum, ali-
quam pecuniæ quan-
titatem erogare. pro
obtinendo officio ali-
2 quo. quia eo ipso, quod quis pecuniam
dat pro eo obtinendo, se inhabilem
reddit, ad illud obtinendum. & pœ-
na centum aureorum olim mulctaba-
tur, ex l. vni. ff. ad l. Iuli. de ambitu.
iuncta glos. verbo. *Cum infancia*. vnde
similibus

3 ſimilibus prohibitum erat in iure po-
ſtulare l.1. § ait Prætor verbo *Hoc
edicto*. ff.depoſtu. reſolui. lib.1. mea-
rum variariarum c.11. de emptio. &
vendi.n.115. quod in iure, non ſolum
prohibitum eſſe.ſed turpe,ac ignomi-
4 nioſum,emere officia iuriſdictionalia
tradidi, quod ego exiſtimo procede-
re,quãdo vẽduntur à ſuperiobus offi-
cialibus,inferioriobus,inferiora offi-
5 cia.quia inter eos,eſt intelligẽda facta
prohibitio.iuxta plura quæ tradit Bo-
uadilla in ſua poll. tom.1. lib.1. c.14.
per totum:ſed maximè à n.16.vbi ex
grauiſsimorum virorum ſententia,
6 refert multa,quæ eueniunt ex officio-
rum venditione.

Tamen dominus Rex poteſt ex ſua
7 ſuprema Regalia,officia ſua vendere.
& in hoc conſiſtit ius Regaliæ.cum ei
ſoli ſit licitum ea vendere, vt tradit
Afflic.in titu.quæ ſunt Regalia n.*66*.
& ante eum ateſtatus fuit Bar. in l.
Barbarius Philip.de offi. Præto. n.2.
arguendo. quod ſicut reſpectu Papæ.
8 non poteſt cõſiderari ſimonia,ita neq;
reſpectu domini Regis, poteſt conſi-
derari prohibitio. faciunt tradita per
Azo.ad titu.ff.ad l.Iuliam de ambitu,
declarans pœnam legis Iuliæ de am-
bitu, locum habere, quando quis pe-
cuniam dat alicui priuato, vt ipſe ad
munus,aliquod publicum prouidea-
9 tur. nam pœna dictæ legis, in vrbe
Romana locum non habebat.eo quod
in ea Princeps erat, qui eos creabat.
iuxta ea,quæ iu Regno Caſtellæ ma-
ximopere obſeruatur: quod officiales
10 ſuperiores,qui ibi ſunt illi. quos *Cor-
regidores* vocant, maximopere mo-
nentur, quod inferioribus non ven-
dant officia,quæ per eos prouidẽtur.
11 Licet autem ex ſuprema Regalia,lici-
tum ſit Principi, officia vendere, vt
ateſtatur Guillermus Benedic.in c.rai-
nuncius,verbo *Duas habens filias*.n.52
aduerſus quod,valde exclamat dictus
Benedictus n.53. inde,debet Princeps
ſe abſtinere, prout pie,& ſancte ſta-
tuit Imperator Theodoſius, Scribens
Florentino Præfecto Prætorio his
verbis.

Nullus omnino Principatum, vel nu-
12 *meratum. ſiue commentarienſis gradum,
vel cætera officia,repetere audeat,cum pu-
blicæ diſciplinæ, ſemel geſta ſufficiant.
at ſi quiſpiam,promotorum denuo ad mu-
nus etiam per ſacras litteras irrepſerit,
quod ante docebitur geſſiſſe,caſſatiſq; hoc
modo ſunt impetratis ad ſolutionem debiti
prius vrgeatur. & qui contrafecerint,pœ-
nam deportationis ad inſtar legis Iuliæ
de ambitu excipiant*,l.fina.C.ad leg.Iu-
13 li.repetenda quàm Hiſpano ſermone
refert Bouadilla in ſua Politica to.1.
lib.1.c.14. n.15. abdicans à ſe faculta-
tem, pecunia interueniente, aliquem
ad aliquod officium promouere. vo-
lens, Promouendum ſolẽni iuramẽto.
aſſeuerare, ſe nullam pecuniæ quan-
titatem pro eo aſſequendo ſoluiſſe.
Quam piam ordinationem,Sereniſsi-
14 mus Rex Ildefonſus Secundus,in ſe-
cunda Curia Montiſoni in anno 1289.
c.1. quod eſt conſtitutio. 1. ſub titulo
De perſones prohibides à regir officis,ſta-
tuit.quod nullum officium prouidea-
tur pecunia interueniẽte,tam in vim
contractus emptionis, quam alterius.
quam conſtitutionem ampliauit Se-
reniſsimus Rex Petrus in Curia Mõ-
tiſoni de anno 1363. c. 18. quod eſt
conſtitutio 12. dicto titulo. Idem diſ-
poſuit Regina Maria in conſtitutio-
ne.Curiæ anni. 1422. quæ hodie eſt.
13. eodem titu. quam commentauit
Micres tom.2.cola.10.c.14.pag.409.

Prædicta autem iura,videntur lo-
15 qui in officijs triennalibus.iuxta opi-
nionem Mier.ad conſti.Reg.Iacobi I.
c.14. pag.6. in princi. in noua im-
preſsione. & idem in conſtitutione
Regis Petri Tertij cola.3.c.1.pag.75.
n.1. ſed licet dicta conſtitutio prima,
aparcat loqui de officijs temporali-
16 bus, videlicet de Vicarijs, & Baiulis,
conſti-

constitutio tamen 12. generaliter de omnibus officialibus loquitur, quia à domino Rege creatur. & sic vbi lex non destinguit, nec nos distinguere debemus. argumento, l. de precio, ff. de publi. in rem actio. & merito qui-
17 dem ne postea, taliter prouisi cupidi auaricia, velint recuperare, quantitates per eos solutas. quod magnum incommodum est. ipsosque euidentissimis periculis exponit. vt de his plura
18 refert Bouadilla dicto c. 14. à n. 15. cum sequen. vnde idem statuit Iustinianus in authentico, vt Iudices sine quoque sufragio, §. hæc autem omnia. ibi *Ha personæ, quæ publicis officijs addicuntur. Singula sine mercede percipiant, nil omnino dantis, neque ocasione suffragiorum.* quod non solum à tantis viris veluti relatis, sed etiam à gētilibus, statutum, & obseruatum esse
19 atestatur Boua. vbi supra n. 16. plures referens. confirmans ex vulgari axiomate Hispano. *Que mal darà el fruto de balde, el què comprò el arbol pòr dinero.* Sed meo iudicio nulla vrgentior ratio, quam Alexandri Seueri. secun-
20 dum Sparclanum in eius vita. cuius verba refert Bouadi. vbi supra. n. 19. in fine dum dicebat. *Non patiar mercatores potestatum, quia eos consentiens, quomodo punire potero vendendo, si ipsi prius emerunt.* quæ verba satis clare ostendunt quam damnosum sit, offi-
21 ciales pecunia interueniente, officia iustitiæ adquirere. Maximè extantibus prædictis constitutionibus, quibus dominus Rex, á se abdicauit facultatem illam, vendēdi officia. Mier. ad constit. Reg. Iacobi Secundi in Curi. Barci. cola. 4. c. 4. n. 8. quia cum
22 non sit de superioribus Regalijs, sed de ordinarijs. bene potuit in Curijs generalibus à se abdicare. Hæc enim Regalia, magis dicitur patrimonialis, quam fiscalis. cum magis tendat ad
23 commodum pecuniarium illius, quam ad Regium culmen, & dignitatem, iuxta tradita per Olib. ad dictum vsatiam alium namque c. 5. á n. 7. cum sequen. & in c. 6. á n. 39. Vnde qui pecunia promotus erit, poterit impedi-
24 ri quin officium administret, cum inhabilis declaretur in dicta constitutione. Statim atque scitum est, ipsum pecunia fuisse promotum. Si verò cum scientia populi fuerit admissus,
25 & toleratus. postea repelli non poterit. ex traditis à Bouadi. in sua politi. tom. 2. lib. 3. cap. 8. á num. 17. confirmante ex l. penul. ff. de decurio. & ex traditis per Lucam de Penna in
26 Rubric. C. eod. titu. lib. 10. & alios per eum allegatos. ibidem lutera c. quia turpius eiicitur, quam admititur hospes. c. quemammodum de iure patro-
27 narus l. per Procuratorē. ff. de Procurato. quia paciēcia, & tolerātia excludit exceptionem cōpetentem. c. cum iam dudū de præben. Hypo. in praxi. §. sequitur. n. 8. Anto. Gomez. vari. reso. 2. p. c. 11. n. 17. in fine.
28 Licet autem in rebus communibus, actio popularis censeatur, & sic quilibet de populo, possit opponere exceptionem contra electionem talis officialis, iuxta tradita per Aucda, de exequen. manda. Principū. c. 19. n. 27. Ripa. in suis Respon. Titu. de te scrip.
29 c. 21. (licet Fontanella de pactis nuptia. tom. 1. clau. 4. glos. 10. 1. p. n. 90. verbo *Aliquas limitationes* dicat se non vidisse talem resolutionem penes Ripam) scio tamen non deesse authores. qui asserunt exceptionem popu-
30 larem cuilibet de Populo cōpetere) quæ resolutio licet vera sit, credo tamen, exceptionem hanc contra talem officialem sic prouisum, non competere cuilibet de Populo. Sed consilio
31 generali Vniuersitatis, vel eis quibus in cura sui officij est, prospicere bonum publicum, & commodum Vni-
32 uersitatis. quales sunt in Catalonia Deputati. ad quorum curam, expectat obseruantia constitutionum defen-

dere.

dere. Supplicando domino Regi, dignetur iuxta earũ dispositionem procedere. ex constitutione Reginæ Mariæ in Curia Barcinoñ. anni 1422. c. 7.
33 quæ est Regis Ferdinandi in prima Curia Barcinone. c. 22. & consti. 15. quæ est eiusdem Regis c. 14. in Curia Montisoni. anni 1510.

34 Circa verò materiam officiorum, quatenus à domino Regi conceduntur in fœudum, aut alio modo. vide tradita per Horati. Montano de Regali. Titu. de Regalibus officijs.

35 Quatenus verò respicit nominationem, & electionem Magistratuum, alia referuntur in capite 34. de Regalia concedendi iurisdictionem, & creandi officia.

SVMMARIVM.

Monetæ fabricatio est de Regalijs, num. 1.

Moneta à quibus fuerit introducta, n. 2.

Permutationis contractus antiquior. n. 3.

Emptio. & venditio vnde traxerint originem. n. 4.

Permutatio antiquitus frequentior contractus, n. 5.

Contractus innominati antiquitus erant, num. 6.

Actio præscriptis verbis erat olim frequens, n. 7.

Moneta ad quid fuerit inuenta, n. 4.

Moneta quando inuenta, n 9.

Monetæ vsus quando ceperit, n. 10.

Moneta qua primo vsi fuerunt Romani, num. 11.

Monetæ fabricator quis fuerit primus, num. 12.

Monetæ primus fabricator secundum Sacram Scripturam, n. 13.

Moneta primo quomodo fuerit apellata, num. 14.

Talenta quam speciem monetæ constituerint, n. 15.

Talenta quo tempore inceperint, n. 16.

Regalia fabricandi monetam, n. 17.

Regalia fabricandi monetam in quo consistat, n. 18.

Monetam fabricare soli Principi licet, num. 19.

Monetæ valoris taxatio est ius Regaliæ, num. 20.

Valor monetæ à Rege est taxanda, n. 21.

Mutatio monetæ quo modo fienda, n. 22.

Monetæ augmentum, seu diminutio quomodo fieri debeat, n. 23.

Moneta tempore necessitatis quomodo æstimanda, n. 24.

Moneta quotuplex sit, n. 25.

Moneta bona quæ dicatur, n. 26.

Moneta falsa quæ dicatur, n. 27.

Moneta quando dicatur falsa, n. 28.

Monetam falsam fabricans, qualiter puniatur, n. 29.

Monetæ falsitas quando inspiciatur, n. 30.

Moneta dicitur falsa, si est adulterata imago Principis, n. 31.

Monetam alterius Principis adulterans, qua pœna puniatur, n. 32.

Falsificare monetam quis dicatur, n. 33.

Monetam Imperatoris adulterans qua pœna puniatur, n. 34.

Monetam tondentes an cadant in Regaliam, n. 35.

Monetam tinniens an cadat in Regaliam, num. 36.

Monetam radere, & tinnire an sit idem, num. 37.

Determinatio plurium vniformiter determinat, n. 38.

Monetam tondens, eam adequando ad iustum pondus, incidit in Regaliam, n. 39.

Monetam æquare iusto precio, solum Regijs officialibus licet, n. 40.

Monetam adulteram expendentes, an incidant in Regaliam, n. 41.

Monetam parui valoris adulterans, an cadat in Regaliam, n. 42.

Monetæ qualitas inspicitur ex illius imagine, n. 43.

Monetas adulterare, aut tondere, an sit idem, n. 44.

Monetarum Regalia est de superioribus, num. 45.

Monetarum

Monetarum Regalia cõmunicatur, n.46.

Monetam auream, & argenteam cudit Ciuitas Barcinone, n.47.

Monetæ minimæ vsus in Barciuone, & tota Catalonia, n.48.

Moneta minima in Barcinone qualiter habeatur, n.49.

Monetarum delictum à quo puniatur, num. 50.

Monetarum causæ an possint tractari à Barone, n.51.

Monetarum causæ solent euocari ad Regiam Audientiam, n.52.

Monetarum causæ quomodo euocentur ad Regiam Audientiam, n.53.

Barones quando possint cognoscere de causa monetarum, n.54.

Barones quousque cognoscant de causis monetarum, n. 55.

Monetam falsam fabricantes gaudent immunitate Ecclesiastica, n.56.

Moneta falsa capi potest ab existentibus intra Ecclesiam per Regios Officiales, num. 57.

Monetarum materia à quibus tractetur, num. 58.

Alcaldi de la Seca qui sint, & quæ priuilegia habeant, n. 59.

Monetam falcificantium pœna, à quibus tractetur, num. 60.

Monetam bonam recusantes recipere, qualiter compellendi, n.61.

Monetam redigentes ad massam an puniantur, n. 62.

Cap. 15. De Regalia fabricandi Monetam.



1 DE Regalijs domino Regi expectantibus fabricationem monetæ esse, clarum est. extraditis à Roscentaulo. de fœudis. c.5. de Regali. con.48. Sixtino de Regali. lib.2. c.7. in princi. & n.17. cum sequen. de cuius Regaliæ natura, & substantia est agendum in hoc capite.

2 Sed de eius principio inquiramus.
quando, & à quibus fuerit introducta.
quia iuxta notata per Doctores in titulis. ff. de rerum permuta. ff. de contrahen. emp. antequam pecunia esset,
non erat cognitus cõtractus emptionis, & venditionis. Sixtinus vbi suprà
3 n.5. Sed qui frequẽtabatur, erat contractus permutationis. ab eo enim
emananit emptio, & venditio, l.1. ff. de
contra emptio. ibi *Origo emendi, Vendendique à permutationibus cepit.* tradit
4 Pereyra Lusitanus. in suo libro de
empti. & venditio. c.18. n.28. asserens.
dictum permutationis contractum;
inter homines prius fuisse celebratum. videlicet quando vna merx, pro
5 alias mercede dabatur. & cum plura
essent negocia. super quibus necessarium erat negociari, inde factũ fuit,
quod solebant etiam fieri contractus
6 innominati. qui ad quatuor illas
species reducti fuerunt. *Do, vt des, facio, vt facias, facio, vt des, & do vt facias,* de quo est titulus. ff. de præscrip.
7 verbis. Vt autem contractus fierent
frequentius, fuit inuenta moneta, quę
8 esset precium, quo res in eodem valore essent adequatæ. Meno. de arbi.
lib.2. centu.4. casu.316. n.51. faciunt
tradita per Horati. Montra. de Regali.
Titul. Monetæ in principio.

9 De principio illius, magna est controuersia inter Authores. secundum
relata à Bouadilla in sua politi. to.1.
c.1. à n.11. cum sequen. & glos. ibi. vbi
ex Bar. & alijs tradit diuersitates opinionum. plura refert Pujades Coronista Catalanus. in sua Cronica. lib. 2.
c.4. Barbo. de offi. & potes. Epis. to.2.
allega. 51. ipse Barbosa de potestate
10 Episcopi 2.p. allega.51. n.53. innuere
vult. quo tempore inceperit vsus monetæ, & asserit. Romanos Ænea pecunia prius vsos fuisse, deinde argentea. Sed si rectè perpendatur, non
probat quod Romani, fuerint primi
11 pecuniarum inuentores. quod enim

ibi

ibi dicit,est.quod ipsi Romani. ptius vsi fuerunt pecunia ænea.postea verò argentea.Ioannes Aquila in quodam tractatu, quem fecit de moneta, qui est inter alios congregatos..per Gasparem Antonium Thesaurum, in quodam tomo, qui inscribitur *liber de monetarum augmento, diminutione,*
12 *& mutatione*,c.3.atestatur.Primum.fabricatorem monetæ fuisse Chore patrem Abtahæ ad petitionem Nini Regis, filij Niniue, filij Bali. ex quo dicitur Genesis 33.in fine.*Abraam appendit pecuniã probata monetæ publicam.*

13 Calicius noster in tractatu de moneta mihi pag.197. agens de principio illius,ait.quod secundum dispositionem Sacræ Scripturæ, vt legitur Genesis c.22. *Tubalcain* fuit primus malleator auri,argenti, & ferri.vt in c.23. Genesis dicitur.inde Reges monetam intulerunt in ærarium Regiũ,
14 quàm primò nomine appellarunt *siclos auri*,quæ ad pondus fuit constituta.vt in c.Paralipome.vt atestaturCouar.veterum numis c.2. per totũ qui
15 in n.9.refert valorẽ sicli. Postea fuit facta alia species monetæ,ex auro, & argẽto,quam apellarunt *Talenta*, quæ secundum temporis computationem. factã per Couat. dicto c.2. fuit cepta
16 ante Christi aduentum,duscẽtum septuaginta quatuor,aut sex annis.de his omnibus pecuniæ speciebus, latè eas declarando tradit. plura scitu digna. Couat.in tracta. veter nnmis. ad quẽ recurrere poterit cupidus lector Sixtinus lib.2.de Rega.c.7.dicit n.51.monetam diei à Monendo, eo quod moneat ne quid fraudis in materia, signo,vel pondere fiat. ex Isidoro lib.6. c.17.Cuma.Miscella lib.3.c.13.n.3.

17 Sed cum hæc solũ, pro fundamẽto disputationis principalis sint adnotata, sufficient. cum hic præcipue sit agendum de Regalia ipsa, videlicet de fabricanda moneta.

18 Facultas igitur fabricãdi monetam, est de Regalijs.vltra Rosentaulũ vbi suprà docet hoc, Ioan. Castillo Sotomaior de Tertijs c.41. n.102. & 103. Valen. Velasc.con.30.n.10.& sequitur Barbosa dicta allega.51.n.55.ex plurimotum sententia,quos lõga serie recenset.ex quo principio fit nemini licere monetã fabricare,nisi soli Principi, & in hoc consistit Regalia. & in
19 facultate dandi licẽciam. vt alij fabricent.l. 1.& 2.C.de falsa mone.glos.in Rubri.C.de vete.numis.lib.11.Frãcis. Marcus decis.152.pri.par.n.1.&decis. 648.in princi. & decis.261. n.4. p.2. Peregri.de iure fisci.lib.1.titu.1.n.25. Peguer.to.1.decis.46.n.1. adeo q; fabricandi monetã opus Reges apreciarũt,quod Carolus Magnus prohibuerit monetam cundi in alio loco,quam in suo Palacio,vt refert Sixtin.de Rega.lib.2.c.7.n.18.& hoc repetiri statutũ in titulo de pactis,c.18.quod etiã tradit Bodin.de Repub.lib.6.c.3.referens verba statuti. quæ sunt sequẽtia: *De falsis monetis, quia in diuersis locis contra iustitiam fiunt, volumus, vt, nullo alio in loco moneta,nisi in Palacio nostro*
20 *fiat*,& nõ solum fabricare monetam, & facultatem dandi licenciã ad fabricandum,comprehendit ius huius Regaliæ,verum etiam,& ius augẽdi,vel minuendi valorem illius.vt de mẽte Ioannis Fabri. §.1.insti.quib.mo.talli. obliga.Cornc.cõ.135.Boeri decis.327. n.6.& 7.Salice.in l.2.C.de falsa.mone Sixtin.de Rega.lib.2.c.7.n.32. cũ sequen.& n.49.vbi de Aragoniæ Regibus atestatur, quod moribus à maioribus acceptis,cũ Reges creantur iurat se antiquæ,& à prioribus Regibus monetę percusę legis,minimè violatores esse referens etiam Regem Petrum IIII. Aragonũ,Iacobũ,Regẽ Balearũ Regno suo priuasse,eo quod iure monetæ abuteretur,& nũmorum pretiũ deterius redderet,& mutaret.Peguer.vbi
21 suprà n.11.q; apud nos cõprobatur ex vsatico.*Solidus aureus*,& in cõstit.toto tit.*de Moneda forma,y valordella*,de quo vsat.Mier.to.2.col.6.c.vsi.pa.74.n.19

Calic.in marg.1.fisci dubio 6.pag.71. idem tradit Thomas Cerdan in suo veriloquio, *En reglas de razon de estado*
22 c.11. § 1. vbi latè ponderat, quid fieri debeat in mutatione metallorum, ad monetam constituendam, & fabricandam. vbi refert in Corona Aragonum, suam Maiestatem in Curijs debere tractare augmentum, vel diminutionem monetæ, & in Regnis Cas-
23 tellæ, idē obseruari ex traditis à Gregorio Lopez l.2.tit.1.parti.2. In materia verò, potius attendi debet, quam in figura, seu forma illius, quod etiam tradit Moline. de vsura. contrac. q. 92. n.703. Sixtin. de Rega. lib 2.c.7.n.46 attendendo etiā maximè, ne mutatio, seu alteratio fiat in moneta, eo quod plura incommoda secuntur, ibidem Sixtinus n.76. & nos experti sumus in tota Hispania, & experimur in hoc Principatu. vbi ex augmento, & diminutione respectiuè de auro, argēto, & auricalco, merces omnes carius vēdūtur
24 in casu verò necessitatis, an, & quid fieri possit, & debeat. refert Thomas Cerdan d. §.1. mihi pag.131. verbo *En caso que el Rey tuuiesse necessidad.*

Monetam in duplici esse differen-
25 tia, generaliter refert Couar. vete. numis. c. fin. Fari. con. 48. Mascar. de proba. conclu. 1070. dicentes. quod moneta alia bona, & vera, alia verò mala,
26 siue falsa, seu adulterata. bona dicitur illa quæ est fabricata ex bonis metallis, iusto pōdere. quia moneta deriuatur à verbo *Monere.* quia ipsa monet, ne qua fraus in metallo pondere, vel forma fiat, vt refert. vt probat Ioānes Aquila in suo allegato tractatu de monetis c.3. & quia habet veram effigiē, & quod sit fabricata ab habēte facultatem fabricandi. ē contra falsa dice-
27 tur pluribus modis. Primò cum fuerit fabricata ab eo, qui non habet facultatem fabricandi. Bossi. in sua praxi criminali titu. de falsa mone. n.2. Alex. con. 104. volu.1. Meno. de arbi.
28 casu 316. n.18. neq; se excusabit á falsitate, qui eā fabricauit. etiā si materia sit bona. in qualitate illius metalli, ex qua est facta, & in pōdere iusto, & adequato, quia deest principale requisitū, authoritatis, & potestatis illam fabricandi. Bossi. vbi suprá Meno. vbi su-
29 prá n.16. dicens, talem fabricatorem pœna mortis naturalis esse plectendum, ex glosa in l.1. §. obnoxia. C. de falsa mone. & in l. sacrilegij. ff. ad legem Iulia. pecula, Mascar. vbi suprá n.3. Farina. con. crimi. 48. per totum Peguera dicta decis. 46. n.7. idem Peguera. in sua praxi criminali. c.16. per totum maximè n.16.
30 Falsitas enim monetæ existit, si in ea, non est bonitas in metallis, ex quibus construitur, eo quod non habeat bonam ligam l.1. in princi. C. de falsa moneta. l. quicunq; nummos. & l. seq. ff. ad legē Corne. de falsis, Farina. vbi suprà n.1. in moneta enim, tria substantialia consideratur, materia, forma, & pondus. Sixtin. lib.2.c.7.n.38. idem sentit Ioan. Aquila de potesta. monetæ. 2. p c.11. corola.3. Marsili. in l. qui falsam, ff de fal. Surd. con. 285. n.10. lib.2. Decian. in tracta. crimine. lib.7. c.27. n.9. Fabia. de empti. & vendi. quæst.5. n.7.
31 Falsitas etiam in fabricatione monetæ committitur, si in imagine est diuersitas. si fuerit adulterata Principis imago, vel ea quæ in monetis imprimitur Mascar. vbi suprà n.8. & alij per eum relati Farina. dicto con. 48. n.2. Peguer. dicto c.16. n.8. antiquitus enim, & in nummis principis imago depingebatur vt ex Iacobo de Strada in suo epitome Thesau. antiquita. refert Sixtinus dicto c.7. lib.1.n.20.
32 Licet autem controuersia sit opinio. an adulterans monetam alieni Principis, cui non est subditus, incidat in crimen Regaliç, disputat Farina. dicto con. 48. n.5. veriorem tamen existimo esse sententiam, existimantium,

talem

talem non contrafacere Regaliæ. Hanc opinionem secuti fuerunt Marsi.in l. qui falsam n.52. ff.de falsis, &
33 con.71. n.10. & 11. Alex. & Cuma. allegari per Farina.dicto cou.48.n.5. quia talis non potest puniri,iuxta statuta Principis,cui non subest.Rollan. con.15.n.7.lib.4. & con.4. n.2. lib.1. sequitur Peguera.dicta decis.46.n.15.
34 licet cum limitatione, dicens.quod si pecunia alterius Regni, expenditur in loco vbi adulteratur, puniẽdus est, qui eam adulterat.nō pœna ordinaria, sed mitius.idest extraordinaria. glos. 1.in c.quanto ex.de iure iuran. maximè si moneta sit Imperatoris.tāquam superioris omniū. iuxta Bartoli sententiam. in tracta. qui sint rebeldes, verbo *Rebellando*,Deci.cons.410. volum. vlti.

Prædicta autem Regalia,nō solum
35 habet locum,contra fabricantes monetam,verum etiam cōtra adulterantes. videlicet contra eos, qui ipsam tondūt.quia similiter, tales delinquunt contra legis mentem, cum illius minuant iustum valorem, & sic crimen falsi committunt,vt in l.lege Cornella, ff.ad legem Corne. de falsis. glos. 1. verbo defraudata,& in c.quanto. ex. de iure iuran. Sixtin. de Rega. c.7. n.129.lib.2.Peguer.dicto.c.16.n.9.

36 Comprehẽdit etiam hæc Regalia eos,qui monetas tinxerint. idest monetas æneas, auro, seu argẽto,colorauerint iuxta tradita per Meno.de arbitra.lib.2.cẽtu.4.casu.316.n.35.quod probat ex l. quecunq; ff.ad legẽ Corne.de falsis in illis verbis : *Quicunque nummos aureos partim raserint partim*
37 *tinxerint*.quæ verba æquiparant prædictos duos casus.& vnam determinationem determinant.l.iam hoc iure, ff.de vulga. licet dicant aliqui (quos refert Meno.vbi suprà.n.36.)non ha-
38 bere locum,si tonsio non minuit iustum pondus,& valorem monetæ.Sed in excessu iusti ponderis. vt experti fuimus in hac Ciuitate à multis retro annis,quibus ceperunt fabricare solidos,vulgo nominatos *sous del molinet*, in quibus à principio solebat pondus esse maius debito,duobus,& tribus denarijs.& aliquoties in maiori excessu.
39 Sed vera resolutio est.quod etiā deliquer in Regaliam ille,qui minuendo redigit pecuniam ad iustum preclum, seu pōdus.quia reducere,vel adequa-
40 re ad iustum pondus,seu valorem,nemini permittitur, nisi fabricantibus cum licencia Regia.Meno. ex pluribus refert vbi suprà.n.39. & 40.

41 Habet etiam locum prædicta Regalia,contra ex pensores monetarum adulteratarum,nam aduersus eos,potest agi in vim huius Regaliæ. eo quod. expendẽtes falsam monetā,crimẽ falsi comitūt iuxta Bar.in l.cornelia. ff.ad leg.corne. de fal. Abb.in c.quanto de iur.iurā. *Pegue*. d.c.16.n.11.in praxi.

42 Sed solet oriri quæstio.num dispositio huius Regaliæ habeat locum.in fabricantibus,adulterantibus,vel expendentibus monetas non aureas,nec argẽteas,sed parui valor is,ex auricalco,plūbo, siue stagno.vel ex horum mixtura. Hunc articulum valde controuersum esse apparet ex traditis à Meno.de arbitra.lib.2. centu.4. casu 316.n.51.& ex traditis à Farina.cō.48 n.24.& 25.vbi prius videtur pōderare maximè. an in minima moneta, quæ
43 adulteratur sit Principis imago. seu effigies,vel non,quasi adulteratio imaginis sit, quæ magis delictum facit, quod ponderat Marsi.cō.71. n.1.cum sequentibus. Postea verò idem Farinacius differentiam constituit , inter
44 fabricantes monetas minimas,& inter eas adulterantes.vel tondentes.ita vt fabricantes,non censeantur contrafacere. *Regaliæ*,secus verò tondentes. seu adulterantes. eo quod isti minuūt iustum valorem sequitur Bossi. in titu.de falsa moneta. ponderando maximè si in ea sit *Principis* imago.

45 Hæc autem Regalia fabricandi mo-
netam,licet de superioribus sit, & de
illis,quæ coronæ Regiæ sunt affixæ,
iuxta tradita per dō Ludoui.à Pegue.
dicta decis.16.n.1.tamen solet cū.pri-
uilegio à Regibus;cōmunicati subdi-
tis, hoc enim casu,Princeps non au-
fert à se Regaliam,sed eum cui com-
municat,videtur in socium assumere.
& in partem solicitudinis capere , vt
ex pluribus refert Sixtinus de Rega-
libus lib.1.c.5.à n.103.verbo *Et si verò*
concessio,veluti experimur in Catalo-
46 nia.quos refert Pegue.vbi supra.n.3.
vbi ait.quod ex priuilegijs fabricatur
moneta ænea in ciuitatibus de *Gero-*
na, de *Vic*, & in villis de *Puigcerdà*,
& de *Granolles*, & *Agramunt*.

47 In ciuitate verò de *Barcelona* fabri-
catur argentea, & aurea quotidie , &
hoc iure vtimur quotidie in Regali-
bus , & solidis argenteis, & in auro,
in monetis vulgo dictis *Trentins,mix-*
trentins, & *onsens*. Habet enim ciuitas
domum publicam ad monetæ fabri-
cam,vulgo appellatam la *Seca*,vbi mo-
neta aurea, argentea, ænea cuditur,
cum interuentu Consulum Ciuitatis,
vel duarum personarum per Ciuita-
tem deputatarum , & non aliter. no-
tat Bruniquet in sua Apologia c. 25.
Oliba de iure fisci c.6.n.44.Betar.in
in suo libro de visi.c.22.n.17.ad sunt
in domo Ciuitatis diuersa priuilegia
signanter *Regis* Iacobi I. dat. Kalen.
Aug.1258.quæ fuerūt confirmata per
Generales Constitutiones Cataloniæ
videlicet ex consti.1.quæ est Iacobi II.
in anno 1291. quæ est Tertia *Regiuæ*
Eleo.Titu. de mone.

De iure vera Cataloniæ, circa mo-
48 netam infimam vulgo nominatam
ardits,y menuts,siue *dines*,non repetio
quidquam certe ordinatum.imò con-
siderata doctrina , don Ludouici à
49 Peguera, in dicta sua praxi crimina-
li cap.16. num.9.verbo *Apud nos.* vbi
loquens de nummis , qui sunt Infi-
mæ monetæ huius Principatus , di-
cit.quod respectu nummorum, se re-
fert ad preconia generalia,quæ fiunt
per singulos Locumtenentes Gene-
rales , in ingressu sui regiminis . &
sic iuxta dispositionem dictorum
proclamatum , quo ad penam, decla-
ratur.

Punitio huius delicti , ad domi-
50 num Regem , seu eius Regiam Au-
dientiam expectat. quia de hoc de-
licto , formatur processus Regaliæ,
in vim vsatui moneta. *Titulo de mo-*
neda forma,&c. modus verò obser-
uandus in praxi, refertur latè à don
Ludouico à Peguera in sua praxi.
c.16. per totum.maximè à n. 3. & 5.
vbi resoluit. quod si falsa moneta sit
fabricata,seu adulterata in terris Ba-
ronum, etiam si ipsi habeant merum
51 imperium, dominus Rex delinquen-
tes ad se trahet , & ad suam Audien-
tiam causas auocat,de illis cognoscit,
delinquentes punit.quia ex cōcessio-
ne meri imperij,non censentur causæ
52 Regaliæ priuatiuè concessæ.vt supra
de alijs Regalijs dictum est. Sciendum
enim est.quod ius istius Regaliæ,con-
sistit in hoc.quod si dominus Rex,ve-
lit auocare causas ab ordinarijs potest,
oblata supplicatione per Fiscum Pro-
53 curatorem Regiæ Curiæ , iuxta sur-
mam traditam a Peguera vbi supra.
Comissa causa , facta per Relatorem
54 prouisione , expediuntur litteræ di-
rectæ Baroni , seu ordinario Regio.
quibus præsentatis , ab ea die. cessat
cognitio ordinarij. & causa fit con-
sistorialis.Regiæ Audientiæ.ligataq;
sunt manus inferioris.

55 Si verò non fuerit auocata cau-
sa ab ordinario , virtute dictæ Re-
galiæ, poterit ordinarius procede-
re ad totalem causæ cognitionem,
decisionem . & punitionem delin-
quentium.ita don Ludoui. à Peguer.
dicto cap.16. num.2. verbo *& sciat.*
& ibidem n.5.

56 In executione tandem huius Regaliæ, sciendum est. quod delinquentes in eam, fugientes ad Ecclesiam, non possunt ab ea extrahi. si tamen secum portauerint monetã falsam, poterunt ab officialibus illa priuari, cum aprehensio falsæ monetæ intra Ecclesiam ad Iudicem secularem expectet. Iuxta decisionem relatam per don Ludouici à Pegue. decis. 60. to. 2. per totam.
57 maxime n. 8. vbi casus, & sentẽcia referuntur, in & cum qua fuit declaratum, cognitionem dictæ aprehensionis factæ de falsa moneta intra Ecclesiam, ad Regium Officialem, & Curiam secularem pertinere.

58 De moneta, & monetatijs breuissimum tractatũ fecit Iacobus Cali. mihi pag. 197. vbi magis tractat de priuilegijs monetariorũ, de eorum exceptionibus. qui vulgo apellantur *Alcaldes de la Seca*, pœnes quem plura de illis
59 videri poterũt. non enim omnia sunt transcribenda. Vide eundẽ Cali. in extragtauato. cutia c. 7. à n. 79. cum sequen. licet quo ad exceptionẽ eorũ fuerint omnia innouata per cõsti. 4. Titu. *de offici Alcaldes, y monedas de la Seca*, quæ est c. 2. Cutia anni 1585.

60 De pęnis, & alijs concernẽtibus materiam monetarũ. Couar. vete. numis. Mascardus conclu. 1070. Çutita to. 1. arina lib. 3. c. 72. Farina. to. 4. de crimine læsæ Maies. q. 115. inspec. 1. cum sequen. & alij infiniti Doctores.

61 Recusantes verò recipere monetã receptibilem, debere, cogi per Cutiæ ministros, vt illam recipiãt, atestatur Horatius Mõtanus in tracta. de Regali. Titu. monetæ. n. 8. adeo, vt possint animaduertere in eos, qui recusant. ex l. 1. & fina. c. veter. numisma. lib. 11. Sixtin. de Rega. lib. 2. c. 7. n. 133. & in fine. n. 134. ait extraordinaria pœna puniri, non verò acri illa præcedẽti,
62 relata dicto. n. 133. sed quid si recusent, eo quod prætendant, ex mutatione monetæ, dãpnum inferri creditoribus. vera resolutio est. quod si debitor fuit morosus, & tardus in soluendo, tunc mutatio monetæ sibi præiudicat. l. quod te. l. vinum. & ibi. Scribentes. ff. si certum petatur. l. 3. in fine. ff. de actio. emp. vendi. si verò non fuerit morosus tunc mutatio monetæ creditori nocet Bar. Ange. Paulus de Castro. & cæteri Scribentes in l. Paulus. ff. de solutio. idem Scribentes in dicta l. cum quid, & alij. quos allegat Sixti. de Regã. lib. 2. c. 7. n. 153.

63 Licet autem idem Montanus ibidem n. 9. dicat, posse procedi, in vim Regaliæ aduersus illos, qui monetam constructam, redigunt ad massam, ex l. 1. C. de auro pub. lib. 11. eo quod Regnum exhauritur moneta, in dãpnum publici commerij, hoc tamen hodie non seruatur, ex traditis ab eodem Montano. & experientia nos docet quotidie saltim in hoc Principatu vbi ex regalibus dictis *Pessas de vuyt, y de quatra Seuillanas*, fabricantur vasa argentea.

S V M M A R I V M.

Metalla, & thesauri an habeant aliquid commune, n. 1.
Thesauri sunt diuersæ materiæ á terra, num. 2.
Thesaurus non est pars terræ, n. 3.
Thesaurus quid sit, n. 4.
Regalia thesaurorum, & minarum ab aliquibus diuiditur, n. 5.
Regaliæ thesaurorum, & minarum conueniunt in aliquibus, n. 6.
Metallorum materia vbi tractatur, n. 7.
Metallorum minæ cuius sint, n. 8.
Metallorum minæ sunt diuersæ speciei, num. 9.
Mina auri, seu argenti cuius sint, n. 10.
Minæ in quibus locis reperiantur, n. 11.
Metalla vbi reperiri soleant, n. 12.
Metalla an dicantur domini Regis, num. 13.
Metalla quibus pertineant, n. 14.

Cap. 16. De Regalia salinarum, minarum, & metallorum.



1 Etalla, & Thesauri vnum habent commune, videlicet, existere subtus terram. diuersimodo tamen quia metalla sunt pars ipsius terrę, licet diuersa substan-
2 cia à terra ordinaria, apellatione enim metalli, continetur, quidquid fodiendo terram inuenitur, diuersum à terra ordinaria, secundum Alcia. lib. 1. parergon. c.39. relatum à Vincencio de Franchis decis.140. n.12.

3 Thesaurus verò, non est pars terrę, licet intra eam repetiatur. Secundum illius definitionem traditam à I.C. Paulo in l. nunquam nuda. §.1. ff. de adqui. rerum domi. vbi dicit. quod Thesaurus est vetus depositio, cuius
4 hominum memoria non extat, & licet Roscentaulus de fœud tom.1. c.5. de Regali. separet has duas Regalias, agens prius de Regalia mineralium
5 in conclusione 88. vsque ad 91. inclusiue. de Regalia vero thesauri, agat in conclu.92. cum sequen. propter connexitatem verò materię, cum Rega-
6 lię ius, eisdem regulis metiatur circa metalla, & circa thesauros, ideo coniúctim in hoc capite agam. licet prius de vno, quam de alio eodem loco agit Sixtinus de his nempe in c.16. lib.2. per totum.

7 De metallarijs & metallis, est inscriptus Titulus sextus. lib.11. C. in quo de hac materia tractatur.

Metallorum varia esse genera refert Sixtin. de Rega. lib.2. c.16. n.6. ex Afflic. in c. vni. quę sint Regalię in vsi. fœudo. Luca de Pena. in Rubri. C. de metalla. lib.11. Rebuff. in l. inter publica. §. fina. ff. de verbo. signi.

8 Minę autem metallorum, an sint domini Regis. vel eorum, quorum est territoriam, in quo inueniuntur, magna est controuersia. nam quidam dicunt esse domini Regis. alij dicunt esse eorum, in quorum fundis existũt,
9 vt latè Horati. Montano. de Rega. titu. argentarię. Alij distingunt inter minas auri, & argenti, & aliorum metallorum, dicentes. quod minę auri, & argenti, absolutè sunt domini Regis. Farina. tom.3. de varijs ac di-
10 uer. quęstionibus. quęst.104. inspectio. 2. concludens. n.36. vna cum Afflic. ex quibus Vvesenbechius. de fœud. c.12. num .5. & con.45. n.24. & con.60. n.30. solas auri, & argenti fodinas inter Regalias refert. c. Cęterorum verò metallorum, veluti stagni, cupri, & aliorum, sunt domini ipsius fundi in quo repetiuntur.

11 Alij distingunt, quod aut sunt in publico loco, aut in priuato. si in publico, sint domini Regis, si in priuato domini soli. hęc omnia referuntur à pluribus Doctoribus citatis à Roscen. de fœudis c.5. de Regali. conclu. 88. & ibi additio littera D. & E. & à Sixtin. dicto c.16. nu.32. lib.2. Rebuffus Celsus Hugo. & alij Doctores in l. cuncti de metalla. lib.11. idem Rebuff. in l. inter publica. §. finà. ff. de verbo. signifi.

12 Vera tamen resolutio est. quod aut minę inueniuntur in locis publicis, aut in priuatis. si in publicis, sint domini Regis. iuxta Tex. in c.1. quę sint Regalię, & ibi Marti Lauren. Florianus in l. sed si inter duos §. quęsitum, ff. de vsufruc. Afflic. in tracta. quę sint Regalię. titu.3. n.1. & 2. Peregri. de iure fisci lib.4. titu.2. & sic omnia
13 metalla in dicto loco publico sunt domini Regis. Si verò metalla sint in fundo priuato, tripartiri debeant ita vt vna decima, (sic atestatur Peregri. vbi suprà n.17.) pertineat Fisco. alia
14 decima domino fundi, Sixti dict. c.16. n.59. & alia decima metallario. & hoc est iuxta dispositionem, l. 1. 2. & 3. C. de metalla. lib.11. Farina. de varijs, ac

talis fodiens in suo fundo, soluere
tenebitur decimam Fisco Fari. dicta
24 quæst.104.n.38.quod agnouit Castil-
lo Sorotmaior controuer. quotidiana.
de vsufructu.tom.1.c.37. n.6. vbi lo-
quens an fructus minarum pertineat
vsufructuario,dicit. pertinere vsufru-
25 ctuario,declarans se,& dicens. intel-
ligendum esse de ea parte, quæ fundi
domino competit. non verò de ea,
quæ ad Principem expectat.quia hæc
nunquam censetur remissa,nisi expres-
26 se exprimatur. Si enim à Principe
concessum fuerit territorium, cum
fodinis,& minis, dicendum est.quod
hoc casu, decima censetur remissa. ne
verba illa.*Cum fodinis, & minis*,sint su-
27 perflua, & elusoria. quia ex dictis iu-
ribus constat, Principem in fodinis
particularibus,solum habere illud ius
decimæ . & sic concedens minas, &
fodinas, censetur dare ius, quod ha-
bet,|& per consequens, decimam. ita
Roscentau.in dicto c.1.de Rega.con-
clu.91.n.6. & ibi addition. littera K.
& ea quæ de concessione opidi, vel
castri, ratione territorij dixit dicta
c. 5. conclu. 6. faciunt etiam tradita
per Horati. Monta. de Regali. titu.
Argentariæ, n. 17.
28 In Catalonia, verò dispositionem
l.1. C.de metal. obseruari atestatur.
Iacob.Calic.,Marga. fisci.dubi.8. n.1.
vbi absolutè ait. quod in Catalonia
nemo potest habere minas auri, ar-
genti,vel alterius metalli,neque salis
sine Principis licencia.Nec extrahe-
re,vel perquirere.confirmans ex c. 1.
quæ sint Rega.in vsib. fœudo. dicens
hanc obseruantiā fundari in dicta l.1.
& toto titulo.C.de metal. Ex quibus
salua pace tanti viri existimo. Suum
dictum, quatenus absolute dicit,quod
29 nemo potest habere minas sine domi-
ni Regis licencia, non ita absolute est
accipiendum. Sed quod verbum illud
Habere,sit sumendū pro *Frui*,idest in-
uestigare,fodere,exaurire,& fabrica-
re in minis.quia cum suum generale
dictum confirmet, ex dicta l. 1. C. de
30 metal. & ibi loquatur textus de iure
quærendi.ideo suum dictum venit re-
gulandum. quod in Catalonia illud,
quod obseruatur,est illud idem.quod
in dicta l. 1. dispositum est maximè
iuxta illa verba ibi. *Vt quicunq; metal-
lorum exercicium velit efluere*, iuxta de-
clarationem Acur.verbo *Perpensa*,di-
cens.idest afluētiam habere exercicij
31 metallorum. In Catalonia verò ita
obseruatur. vt atestatur Cali.in mar-
ga.fisci dubio.6. n.7. quod dominus
Rex dat licenciam perquirendi me-
talla,retenta certa parte pro domino
Rege. quæ quandoque est quarta,
quandoque quinta. In summa pars
sctentionis est illa, quæ in concessio-
ne exprimitur.
32 Hæc autem licencia in Catalonia
conceditur per Baiulum Generalem.
de quibus estant plurimæ in Reges-
tris Baiuliæ Generalis quos hic re-
cencere esse superfluum.de ipsis visis
atestor. & quod de tempore, quo.
fungor officio Assessoris,& Aduoca-
ti Fiscalis aliquæ fuerunt concessæ.
33 Et cum fuisset orta contentio ra-
tione cuiusdam minæ inuentæ per
Religiosos Monasterij *de Montalegre*,
Ordinis Cartusiensis inter Curiam
Ecclesiasticam Barcinone, & secula-
rem Baiuliæ Generalis. fuit lata sen-
tencia per Admodum Reuerendum
Cancellarium Copons, die 16. Apri-
lis 1596. declarando.ad Baiuliam Ge-
neralem pertinere causam minarum.
legitur dicta sentencia in libro 3. in
titu.instrumen.de fœudis,fol.49. re-
cōdito.in Archiuo BaiuliæGeneralis.
34 Prædicta autem sentencia hoc ope-
ratur.quod metallatij possunt ingredi
fundos particulares,& eos fodere, ad
inuestigandum,refecto damno,domi-
nis agrorum. vt atestatur Fariua. vbi
suprà n.65.confirmans, ex l.si vendi-
tor. §. si constat verbo nisi talis con-
suetudo,

dicti don Hieronymi fodictes rertas in turri, dicti don Geronymi vocata *La torra Blanca*, in Vicaria de Vilafráca de Panades. absque hoc, quod teneatur licentiam petere, quia ia.n ab
42 Imperatoribus, generalis licécia fuit tributa vnicuique in suo proprio fundo, in dicta l.r. C.de Thesau.
43 In alieno verò loco, nec volentibus dominis illius, licitum est sine domini Regis licencia quærere.cum expresse prohibeatur in dicta l. vni. C. de Thesau.verbo *Quod si nobis sine Principis licencia.* quod si quis sine ea in vestigauerit, & inuenerit. integrum
44 thesaurum domino fundi restituere tenebitur Sixtin. dicto c. 20. n. 27. Anto.Gomez ad l. 45.Tauri n.51. Villallobos. in communi opinio. verbo Thesaurus si inueniatur.Peregri.vbi suprà n.5.remanebit tamen pœnis legalibus obnoxius. Pœna autè extra-
45 ordinaria est, vt notat Acut.verbo *Legis*.in dicta l.vni. dicens.puniri iuxta tex.in l.sanctio. ff. de pœnis arbitrio Iudicis. Vnica verò tantum. cum duplici pœna pro eodem delicto, nemo
46 possit puniri. vt atestatur Acur. in dicta l.sanctio.verbo pœna.vel iuxta. l.4. ff.de crimi. stellio, quæ deportationis ad summum iudicatur. Sed certe
47 te arbitrio Iudicis erit relinquenda, qui secundum qualitatem facti, eam iudicabit.quia stellionatus actio, non est famosa.quæ infamiam irroget iux-
48 ta dictum Vlpiani in l.2.ff de crimi. stellionatus, cum magis tendat ad interesse pecuniarium.ex l.3. ff.eod.
49 Si verò forsan arando, vel alias fodiendo alienum fundum, Thesaurum inuenerit, non studio, nec affectate, tunc thesaurus erit pro medietate domini fundi, vbi fuit inuentus, & pro alia medietate erit inuentoris.
50 Si verò in loco publico.qui in nullius bonis sit, fuerit thesaurus inuentus, si præcedente licencia Regia fuerit inuentus, pro dimidia ad inuentorem, & ad Fiscum pro alia pertinebit ex l.r §.Thesaurus insti.de rerum diuisio Peregri. vbi suprà n.4. si verò sine licencia perquisierit, contra eos proceditur in vim Regaliæ.& sic me existente Fisci Aduocato in Regio Consilio Baiuliæ Generalis fuit prosecutum contra Bartholoæum Gay, & Ioannem Gay loci de Sabadell.qui sine licencia accesserant ad terminum de Castellar. & ibi fodiendo, inuestigarunt monetas argenteas, & aureas, ibi depositas olim per aliquos grassatores, & quia in processu non constabat, fuisse per eos inuentas, pro delicto inuestigandi, fuit facta eis remissio cum certæ pecuniæ solutione.die 9. Nouēbris 1639. per me exercentem, (tanquam antiquiorem) officium Baiuli Generalis ptopter absentiam admodum Illustris Baiuli Genera.& Locumtenentis in Officio.vt videri poterit in originali processu Fisci Procuratoris, contra dictos Bartholomæum Gay, & Ioannem Gay.
51 Si verò Thesaurus, fuit inuentus in alienis terrulis, ignorantibus, vel inuitis dominis earum, ad dominum fundi pertinet in totum. absque aliqua parte, seu porcione ipsi inuentori. Peregri. vbi suprà n.5. §.thesauros insti.de rerū diui. quo casu actionem
52 stellionatus, ad eius recuperationem, dominus fundi intentare poterit. l.1. 2 & 3. ff.de crimi. stel.io.
53 De thesauris verò. in loco sacro, seu religioso inuento magna est controuersia. iuxta tradita per Peregri. de iure fisci lib.4. titu.2. à n.6 cum sequen. referens tres tencencias, ad inuicem discordantes. Sed vera resolutio est.iuxta tradita in Canone.14. q.5.iuncta glos.vbi docet.quod si thesaurus fuerit in loco sacro, seu religioso inuentus, non data opera, sed fortuitò, integer sit inuentoris, iuxta.
54 §. Thesauros insti.de rerum diui. & licet non loquatur glosa prædicta quando

quando inuentus fuerit data opera,
existimo tamen,tunc totum pertinere
Fisco,iuxta suprà tradita.intelligēdo
55 de Fisco Ecclesiastico . iuxta telata
per Molin. Theolo.tom.1. de iusti. &
iure disputa.56. mihi pag.367. col.1.
verbo Dubium,vbi atestatur hāc esse
cōmunem sentenciam ex mente Na-
uarri,Couar.Antonij Gomez,& alio-
rum. quàm sentenciam latioribus ar-
56 gumentis amplectitur,& sequendam
esse,refert Farina.tom.3. de varijs ac
diuersis questio.q.104.n.12.quia Præ-
latus censetur dominus territorij,cum
sit intra Ecclesiam,quæ Episcopi ter-
ritorium est. quia alias de iure,extra
Ecclesiam territorium nō habet.Cle-
men.ne Romani. §.sane de elec.Dua-
ren. de minis. ac benefi.Eccles.lib.1.
c. 4. Belluga in Speculo Princi. Ru-
bri.22.Sixtin.de Rega.lib.1.c.4.n.119
licet in Catalonia Episcopi territo-
rium habeant. ex pragmatica Regis
Ferdinandi II. quæ est caput sextum
sub titulo de *Bisbes* , y *Prelats,* lib.1.
Pragmaticarum.refert Oliba ad vsati
Alium namque c.11. n.6.de Thesau-
ris multa refert Sixtin.de Rega.lib.2.
c.21.per totum.& Curia Ecclesiastica
Fiscum habet.vt ex c.si quis 17. q.4.
verbo *Quia diuersitatem*.vbi glos.ver-
57 bo *Præter* in fine. & ex alijs probat,
& resoluit Barbosa de off. & potes.
Epis.allega.107.n.16. & 17. & sic si
data opera , in loco sacro fuerit the-
saurus inuētus,integer pertinebit Fis-
co Ecclesiastico.iuxta resoluta per Fa-
ri.vbi supra n.11.in fine,& n.12.

Salinæ in duplici modo sunt.quæ-
58 dam consistunt in venis terræ,sicuti
metalla , quæ sunt partes terræ. aliæ
verò sunt,quæ industrialiter fiunt,da-
ta opera hominum Plini.de naturali
histo.lib. 32. c.7. Hæc diuisio aperte
percipitur ex traditis à Sixtino de
Rega.lib.2.c.19.à principio.de primis
59 extant montes grandiores in villa de
Cardona huius Principatus.de secun-
dis, fit fabrica in territorio de Tor-
tosa. vbi fabricantur sales certis mo-
60 dis,homioum manibus, & industria.
vt cunq; sit.siue sales sint naturales
ex minis,siue ex fabrica,seu constru-
ctione, publicæ sunt, iuxta tex. in l.
forma.§.locus, & in l. inter publica
17.ibi.*Iura salinarum*,ff.de verbor.sig-
ni.Gramma.decis.31.n.3.Alex.cō.86.
n.2.lib.4. Iacobi. de fœudis, verbo :
61 *Cum argenti fodinis.& salinis.* alij di-
cunt , quod quædam sunt publicæ.
& quædam priuatæ. Rebuff.in dicta
l.18.verbo *Salinæ*,ff.de verbo.signifi-
ca.vnde metiuntur eisdem met regu-
lis, quoad inuestigationem, constru-
ctionem, seu fabricam. quibus regu-
lantur minæ,vt supra dictum est.Six-
tinus de Regalis lib.2.c.19.n.9.& 12.
62 tradit Grego. Lopez ad l.11. titu. 28.
p.3. glos. verbo : *De las salinas*, & sic
soluitur domino Regi , seu eius Fis-
co.secúdum solutionem metallorum,
63 & diuisionem suprapositam.videlicet
siue in priuatis fundis. siue in publicis
64 locis,cum licēcia tamen domini Re-
gis Calici.Marga.fisci dubio 8. n.10.
verbo: *Septuagesimo septimo*.Ex quibus
pro coronide huius capitis,resoluitur.
65 quod hæc Regalia consistit in iure
dandi licenciam,ad inquirendum,seu
fodiendum , & recipiendum, ex illis
partem Fisco aplicandam , quæ cum
concessibilia sint erunt per conse-
quens præscriptibilia . de quibus in
cap.de Regaliarum præscriptione.

66 Et licet Alfonsus Azeuedo tom.3.
ad leges Regias Castellæ lib.6.titu.19
l.37. dicat,Petrum Iacobū Isernlam,
& Aluarotum asserere,proprietatem
salinarum non esse domini Regis,eo
quod sit de risorium,dicere omnia cō-
tenta,in titulo, quæ sunt Regalia esse
dñi Regis.in prædictis tamen censeò
insistendum:& miror quod tale dictū
á tātis viris suprà nominatis sit pro-
latum. Et erroneum esse,pro sua de-
fensione dicere. quod rex. in dicto
c.quæ

c. quæ sint Regalia, in vsibus fœudorum, sit ius locale, provt impertinenter dicunt illi. maximè si atendatur ad tradita per Roscentaul. de fœud. to.1.c.1.conclu.8.& 9. vbi dicit. quod licet Titulus de fœud. in corpore iuris ciuilis non inscribatur. *Iura fœudorum*, sed *Vsus*, *& consuetudines fœudorum*, tamen ait. quod loco iuris cõmunis sunt. clarum igitur est. non posse talè ius locale dici.

67 In hac ciuitate Barcinone, ratione salis est ius certum quoddam dispositum in c.76. in consuetudinibus dictæ Ciuitatis vulgo dictis *Lo recognoueruns Proceres*, vbi vectigal seu, læida quæ antiquitus solita erat solui de sale, quæ portabatur ad dictam Ciuitatem, non sit soluenda. In quo autem consisteret hæc lesda, nullibi apud nostros Authores Catalanos reperi. Sed solum reperi dispositam prædictam franquitatem soluẽdi læsdam ex sale.

SVMMARIVM.

Fiscus succedit in bonis, quæ auferuntur tanquam ab indignis. n. 1.
Indignus succedendi quis dicatur, & ex quibus, num. 2.
Fiscus indignum excludit, n.3.
Indignus quis sit, n.4.
Indignus nemo fit ex alieno facto, n.5.
Indignus ab incapaci in quibus differat, num.6.
Indignus quomodo adquirat hæreditatem, num.7.
Indignus ante aditam hæreditatem facit hæredem Fiscum, n.8.
Indignitas quo tempore inspiciatur, n. 9.
Bona caduca quando dicantur, n.10.
Caduca bona quæ dicantur, n.11.
Caducitas quot modis eueniat, n.12.
Incapax non dicitur adquirere, n.13.
Regalia est succedere Fiscum in bonis delatis indigno, n.14.
Bona auferre ab indigno solus Fiscus potest, n.15.
Indignitas ex quibus inducatur, num.16.
Indignus ex particulari facto, non dicitur absolute indignus, n.17.
Indignus est, qui ex celere succedit, num. 18.
Indignus est, qui ex reprobato pacto vult succedere, n.19.
Pactum de diuidenda hæreditate viuentis, est reprobatum, n.20.
Indignus est qui non vindicauit mortem defuncti, n.21.
Vindicare mortem defuncti qualiter teneatur hæres, n.22.
Vindicasse hæredem mortem defuncti quando dicatur, n.23.
Ius sibi dicere nemini licet, n.24.
Indignus est qui in mortem defuncti conspirauit, n.25.
Mors ex quibus causis secuta dicatur, num. 26.
Indignus an sit qui non adibuit medicinam infirmo, n.27.
Indignus reputatur, qui sic atestatore fuit nominatus, n.28.
Indignus an sit, ex sola nominatione testatoris, n.29.
Indignus atestatore per quæ verba inducatur, n. 30.
Indignus an sit, qui aliquem testari prohibuerit, n.31.
Prohibitus testari, quando quis dicatur, num. 32.
Prohibitio censetur facta, si se hæredem nominare fecerit, n.33.
Voluntas coacta quando dicatur in testamentis, n.34.
Coactio in testamentis quando dicatur, num.35.
Preces nimis affectatæ, habentur ad instar incussionis iusti metus, num. 36.
Metus qualis requiratur, vt possit dici, testatorem prohibitum testari, num.37.
Compellens testatorem, vt aliquem faciat hæredem, an dicatur prohibuisse testari, n.33.
Dolus tertij an noceat tertio, n.38.

Cap.17. De Regalia auferendi Bona ab indignis.



ABET etiam Fiscus ius quoddam, succedēdi in bonis eorum,
1 à quibus aufertur tāquam ab indignis, refert Horati. Mōtano de Regali. c. bona quæ ait abindignis. de quibus agitur in titulis, ff. de his quibus vt indignis, ff. si quis ali-
2 quem testari prohibuerit. ff. de bonis dānato. & in eisdem met titulis in libro codicis. de quibus Cancer. tom. 1. vari. c. 6. multa scripsit. Petuēta enim aliquibus hæreditate, quos indignos
3 ad succedēdum defuncto ius declarat, Fiscus in ea succedit. prius indignum repellendo. quia extante legitimo hærede, Fiscus non poterat succedere.
4 indignum autem generaliter appellauit Iureconsultus. in l. 2. ff. de his quibus vt indig. eum, qui culpa sua, idest ex suo proprio facto ab homine probo. & digno, se indignum fecit. Sixtinus de Rega. lib. 2. c. 10. n. 2. facto
5 enim alieno, nemo fit indignus. vt insinuant verba illa dictæ l. 2. & ideo in hoc differt his à quo aufertur, ab in
6 capaci. quia indignus adquirit dominium, & possessionem hæreditatis sibi delatæ, donec Fiscus ab illo hære-
7 ditatem euincit. l. 1. vbi notatur. ff. de his quibus, vt indig. Bar. in l. imperator. ff. de iure fisci. l. his consequēter. §. 1. ff. fami. hercifcun. Peregr. vbi suprà n. 7. quia si institutus hæres. ante aditā hęreditatē, indignus fiat. si dece-
9 datante aditā hęreditatē. facit hæredē Fiscum, l. si sequens in princi. ff. ad sila. Antoni. Fumeus Parisiensis in tracta. de successio. titu. de vulgari mihi pagin. 417. & adeo in totum bona Fisco aplicātur quod nec Trebellianica indigno reseruatur, nec falcidia. ita Sixtinus de Regali. lib. 2. c. 10. num. 10.

ex l.marcellus. §.finał.recusare. §.si Fisco, ff.ad Trebelli.l.beneficio, ff.ad leg.falci.nec legitimā, l.Papinianus, §.memin isse,ff.de inofficio.restamen. l.post legatum.§.qui mortis,ff.de iure fisci.& ideo, bona quæ ex indigni-
10 tate Fisco applicantur, non dicuntur propriè *Caduca*, sed *erepta*, cum per Fiscum eripiantur ab eis, quibus deferebantur,ex l. vlti. ff. de iure fisci. Vlpia.in fragmen.titu.15. verbo, *Decimoquinto*.licet multoties caduca appelletur,hoc tamen impropriè. vt in
11 l.2.ff.si quis aliquem testari prohibuerit.in illis verbis. *Ea hæreditas caduca cum suis oneribus*.Caducitas enim qua-
12 tuor modis succedebat. quos refert Rosentau.dicta conclu.55.n.5.ex quibus, ius antiquum digestorum Fisco deferebat hæreditatem.quod Iustinianus correxit in l.1.C.de cadu.tollen. & ibi communiter Scribentes, Inca-
13 pax verò non adquirit. quia non habet capacitatem,in qua ius successionis possit fundari, ex quibus atestatur Sixtinus de Regali. lib.2. cap.10. num.4. quod indignus magis habet quam incapax, quia indigni capiunt bona defuncti, nec aliter illis priuantur, quam si Fiscus agendo,ab eis auferat, vel excipiendo eos repellat, nec per alios à bonis excluduntur, vel repelluntur.incapaces verò statim faciunt locum alteri, veluti substitutis,vel coniunctis, vel venientibus abintesta.l.vni. de C.cadu.tollen. l.si in metallum C. de his quæ pro non scrip.habentur. l.is cui,ff.de alimentis lega. glos. in l. si quis mihi bona. §. si quis plane. ff. de adqui. hæredi. communiter Doctores in l.1. C. de hæredi.instit. Parif.cō.18. & 19.lib.2. Peregri. de iure fisci lib. 2. Titu. 1. num. 2. Iulius Clar. §.testamentum, quæst.31.

14 Hoc ius succedendi Fiscum, Regaliam esse atestatur Rosentau.de fœud. tom.1. cap.5.de Rega. conclu. 55. & est Tex.in cap.vni. quæ sint Regali. l.1.ff.de iure fisci,l.Papinianus, §.meminisse, ff. de inoffi.testam. plures refert Peregrin. de iure fisci. lib. 2. Titu.2.vnde fit,quod tertius non potest, hac actione (quæ ex titulo de indignis oritur) agere aduersus
15 eum, cui hæreditas est delata. cum soli Fisco pertineat, vt ex glosa notabili in l.his consequenter,§.1.ff.familiæ hæreis. & ex alijs resoluit Peregri. dicto lib. 2. titulo. 2. num. 8. Cancer.varia.resolu.to.1.c.6.n.10.

Cum autem hoc ius succedendi,
16 quod Fisco competit, eueniat ex indignitate eorum, quos ius indignos, ex aliquo facto particulari effecit,seu declarauit,plures recenset, & modos Sixtinus de Regalib. lib. 2. cap. 10. per totum. ideo hoc capite agam de casibus, ex quibus homines indigni
17 fiunt.Indignus autem respectu vnius actus, non dicitur absolutè indignus, sed tantum.quo ad illum actum.Peregri.dicto c.2. n.19.

Imprimis indignus de iure est. qui
18 celere perpetrato, hæreditatem adquisiuit. l.lucius,& ibi Bar. ff.de iure fisci. & ibi glos. l. hæredem, ff.de calūpnia.l.quod dicimus. §.fina.ff.quod metus causa.pluribus comprobat fundamentis Peregri.dicto c.2.n.6.

Habet etiam locum ius huius Rega-
19 liæ succedendi Fiscum, auferendo ab indigno, veluti si super successione alicuius, pactū fuit ex se reprobatum Sixtin.de Regali.lib.2.c.10.n.30. Vel quod ex eo inferatur dāpnum,seu iniuria ei,de cuius hæreditate pasciscitur l.2. §.fina.&ibi DD. ff.de his quibus vt indig.l.1.§.1.ff.de dona.& in l.fina C.de pac.additi.ad Rosen.d.c.4. cō-
20 clu.56.littera A.quia de iure, est reprobatum pactū,de diuidenda hæreditate viuentis.d.l.fina.ibi *secundū veteres itaq;regulas*,vbi glos.verb.*Obseruari* dicit fisco aplicari.sequitur Pere.lib.2 tit.10.n.3.cū sequē.Cāce.to.1.c.6.n.18

Indignus

21 Indignus etiam iudicatur ille, qui necem defuncti nō vindicat.l.1. C.de his quib.vt indig.l.3.§.quod ad causam,cum sequen.ff.ad.S.C.silani.Iuli. Cla.§.fin.q.79.n.8.Pereg.lib.2.tit.5. n.5. quod non est ita indistincte acci-
22 piēdum. videlicet si non vindicauerit cum armis necem defuncti.quia non permittitur cum eis vindicta, sed iudicialiter corā Iudice cōqueri,vt pœnis legalibus coarceatur Pereg.dicto tit.5.n.20. quod adimpletum cēsetur,
23 si prosecutus fuerit causam vsque ad primam sententiam inclusiue. iuxta Peregri.ibidem n.19.idē titu.3. n.10. quia nemini licet,sibi ipsi,ius propria
24 authoritate dicere. quod cōfirmat ex l.interdū.§.qui furere. ff.de fur.asserens. hoc idem tenere plures authores, per dictum Peregrinū allegatos. hunc articulum latè resoluit Cancer. to.2.de pace,& treuga à n.89.dicens. in Catalonia recessum esse á tali dispositione, quod etiam refert Sixtinus de Rega.lib.2.c.10.n.24. &sic nullus hæres tenetur defuncti necem vindicare.

25 Est etiam indignus ab hæreditate defuncti,ille,qui in necem illius fuit particeps, siue in eam machinauit.l. lucius.ff.de iure fisci,l.his cōsequens. §.1. ff.fami.hercis. l.indignū, de his quibus,vt indig.Peregri.ibidē.lib.2.
26 titu.3.à principio.quia quacunque ex causa,ex qua mors sequatur, si alicuius culpa euenerit,ipsi imputatur, vt sit indignus.ex l.indignum, ff.de his quibus,vt indig. vbi glos.verbo. *In-*
27 *dignum*,extendit. dicens. iustam causam esse ex qua quis dicatur indignus, si medicum in infirmitate,ex qua decesserit, non adhibuerit. confirmans hoc ex alijs iuribus, & authoritatibus Doctorū hoc tenentium Sixtinus de Rega.lib.2.c.10. n.70. cū sequen.

28 Indignus est, etiam ille,quem testator indignum esse appellauit. ita quod, nec ex causa intestati potest succedere. Peregrin. lib.2. titu. 4. l. cum quidam. & ibi Bar. ff. de his quibus, vt indig. l. hæreditas, vbi communiter Scribētes.& Bar.c.eod. Iuli.Clar. §.testamentum quæst. 93. quod dictum declarat Bald.in dicta l.
29 hæreditas. col.1. quod ex eo, quod testator solum nominauit indignum, sufficiat vt indignus reputetur, (quoad succedendum defuncto) etiam si causas indignitatis non ex præsserit. sufficiunt enim verba à testatore prolata, indignitatem denotantia, etiam si formalibus verbis, indignum non nominauerit. vt
30 asserit Bar. in l.1. ff.si quis aliquem testari prohibuerit. Bal. in l. 1. colum penultim. C. eod. hoc enim casu,hæreditas ab indigno aufertur, & Fisco aplicatur.

31 Est etiam indignus ille, qui aliquem testari prohibuerit. Peregri. lib.2. titu. 6. qui diuersis modis dedeclarat, quando quis dicatur aliquem testari, prohibuisse. pœnequem videri poterit.Sixtinus de *Re*gali lib.2. cap.10. á num.61. cum sequen. totam hanc materiam latè discussam tradit etiam Cancer. tom. 1. c.6.per tot.maximè n.20.

32 Sed ad hoc quod attinet ad ius Regaliæ, summarie hic referam, quando ad hunc effectum, dicatur, prohibuisse aliquem alium testati. Primò, si absolutè prohibuerit, vt in l.1.& toto.titul. ff. & C.si quis aliquem testari. Peregrin. vbi supra n.1.

33 Secundò, si coegerit eundem. testatorem, vt ipsum turbantem hæredem instituat,à n.2. vbi quæ coactio requiratur, & qualis metus, resoluens,quod eo casu,cum coacta sit vo-
34 luntas, licet voluntas reperiatur,punitur extra ordinē hæres institutus, & tāquā ab indigno,hæreditas aufertur,& Fisco aplicatur Pereg.ibidē n.5. verb.*Veritas tamen videtur*,& n.8.& 9.

 & non

35 & non solum quãdo minis, & temore
infertur metus. sed etiam precibus,
nimis affectatis, iuxta tradita per Ce-
36 po. cautela 36. quia nimis affectatæ
preces, habentur ad incussionem iusti
metus. plura Peregrin. vbi supra n.12
verbo *Cepola*. dicens. idem esse, in eo
qui dolo malo, absque metu inducit
testatorem ad hoc, vt eum hæredem
37 Instituat, referẽs in numeris sequen-
tibus, qualis metus requiratur. & quo
modo procedendum sit, qui est ter-
tius modus. Quartus refertur casus
38 (licet apud eum sit secundus) à Pere-
grino ibidem n.13. quando quis testa-
torem compellit, vt alium tertium
hæredem instituat. iuxta glosam in
Rubri. ff. eod. quam sententiam re-
probat eadem glosa dicens. *Licet hoc
casu quidem secus*. ex l.1. C. si quis ali-
39 quem testa. prohibuer. quia licet dolus
alterius tertij, dans causam cõtractui,
non possit mihi nocere, ex l. procura-
tor agit, ff. de doli mali, & metus ex-
ceptione. l. sed si ex dolo. ff. de dolo. l.
apud Celsum 5. in hac. & in § illa
etiã quæstio. ff. de doli mali, & met.
40 ex. Bar. in l. elegãter col.2. ff. de dolo.
tamen hæc Regula in vltimis volun-
tatibus, non habet locum. quia in
testamentis, aliter clare disponitur in
dicta l.1. C. si quis ali. testa. prohi. vide-
41 licet. quod dolus dans causam vltimæ
voluntati. ex qua capere aliquis po-
test, inmediate, ipsi dampnum infert,
& ei nocet. vt late ex pluribus re-
fert. Hieronl. Gabri. con. 99. à nu. 9.
& 10. quos sequitur Peregri. dicto c 6
à n. 13.
42 Ingratitudinis morbo, quàm turpe
sit laborare, non solum commemo-
rãt Sacra pagina, earum scilicet nar-
ratione plagarum. quibus Deus suæ
bonitatis vindex, inmemores Israe-
liticæ gentis voluntates, acerbe si-
43 mul, & iuste afflixit. Verum etiam
authores Prisci in suis monumentis,
nobis testatum relinquerũt, & sic lura
44 ingratos odio habuerunt. adeo quod
delata eis hæreditate. ab illis tã quam
ab indignis. Fiscum vindicare statue-
runt. l.1. ff. de his quib. vt indig. quia
commitens ingratitudinem. seipsum
facit indignum. c.1. §. est, & alia ver-
45 bo: *Item, qui dominum*, Tit. quæ fuit
prima causa benefi. amitten. in vsi.
fœudo. vbi propter ingratitudinem,
fœudatarius fœudo priuatur. Ingrati-
46 tudinis verò species, seu casus, refert
Pere. de iure fiscl lib.2. c.8. n.1. verbo
Nilmirum. primam constituens in eo,
47 qui defunctum criminaliter acusauit.
l.1. ff. de his quibus, vt indig. Secun-
dum in eo, qui filiam, vel vxorem in
vitã seu morte secuta ipsius defuncti,
48 cognouit. l. sororem, C. eod. Tertiam
in eo, qui occidisset aliquem defuncti
coniunctum, ex qua morte, si defun-
ctus vixisset, iniuriatus esset. vel ad
iram prouocatus, secundum Barto. in
l. ex parte. ff. de adimen. legat. l. si ini-
micitiæ, ff. de his quibus vt indig. se-
49 quit. Ruin. cõ. 162. col.1. Quartam in-
gratitudinis causam refert Peregri.
ibidem n.5. in vidua. quæ lapso anno
luctus, luxuriosæ viuit. nam ab ea.
tanquam ab indigna, Fiscus Auocat
hæreditatem. quia si intra annum
strupum committat, punitur ex l.1.
50 C. de secun. nup. Ingratitudinis cau-
sas plures refert, Tex. in auth. vt cum
de apellatione cognoscitur. c.3. §. aliud
quoque capitulum verbo *Causas autem
ingratitudinis*. quæ licet respectu filio-
rum, erga parentes referuntur. idem
esse quoad alias personas seruandum
iudico. ex quibus extranei recipiunt
operas vti parentum, veluti cum eis
donant, aut legant, aut hæredes insti-
tuunt. plura Doctores in l.12. C. de
reuo. dona.
51 Ingratitudo autem specialiter, &
indiuidue debet allegari, & probari.
iuxta tradita in C. fabri. lib.4. tit.9. 52
defini.4. & ibi additio. n.4. in parte;
& eius hærede hoc probat, vt in no-
uella

uella 115.§.aliud iuncta l.omnimodo. 30. C.de inoffi.testam.

52 Enumerat, etiam Miet.indignos, & Rosentau.de fœud.dicto.c.5. to.1. conclu.6. eum qui se oponit contradicendo defuncti voluntatem Peregri.lib.2.titu.7.in princi. quod confirmat ex l.cum tabulis. ff.quibus, vt indig.quia impugnans testamentum
53 ex defectu personæ testatoris, cum ipsa exceptio respiciat ipsam personam; aqua validitas testamenti depédet, opugnata ea, censetur, & totum testamentum impugnatum., l. papinianus.5.meminisse.ff.de inoffi.& sic ex testamento nil capere poterit, sed de alijs,quæ sunt extra testamentum capere poterit Pereg.lib.28.Titu.7. á n.2.

54 Similiter dicitur cõtradicere eum, qui arguit testamentum de falso. quia priuatur de omnibus, quæ in testamento relinquuntur, & Fisco aplicantur l.post legatam. §.illi verò.l.alia,C.eod.l.eius qui §.fina.ff de iure iuran.Peregri.à n.13. vbi supra, hoc idem aserit Sixtinus de Regalijs lib.3.c.8,à n.35. cum sequentibus vbi de indignitate,quæ oritur ex opugnatione contra testamentum, quod declarat Cancer.to.1.varia. c.6. á n.21. vbi n.22.ait. quod non dicitur quis,
55 opugnare testamentum,quando dicit de nullitate, ex defectu alicuius solénitatis, quia tunc non opugnat iudicium. neque voluntatem testatoris, sed factum.vt latè per eum.quemammodum atestatur Codex fabrianus hoc titu. definitione 5. non dicitur
56 contrauenire testamento eum,qui ex testamento accipit. ex aliqua causa, quam verã existimauit,si ex alia causa testamentum est nullum.quia non conqueritur de facto testatoris, sed de defectu testamenti.ex iuris dispo-
57 sitione. l.post legatum.5. ff.hoc titu. & ibi Bar.n.4.vbi constituit differentiam in eo,qui opugnat testamentum-

to totum,& illius validitatem.vel iudicium, seu personam testatoris. ex
58 quibus iuxta prædicta, regula generalis est.quod ad hoc, vt quis dicatur indignus.& vt ab eo,veluti ab indigno auferatur hæreditas,& Fisco aplicetur. debet esse contradictio directè ad personam testatoris. argumento
59 eorum quæ dicta sunt, & quæ de molestia tradit Surdus decis.194.n.11.vbi molestare prohibitus. á testatore, censetur, non solum de molestia facti, sed iuris. ex Abba. & alijs per
60 eum relatis similiter num.15. vbi ait quod molestia in parte maiori bonorum, idem operatur quo ad hoc, vt
61 hæres priuetur omnibus bonis, sicuti si molestasset in tota.Bar. in l.sticum quimeus erit,ff.de lega.1. Ruin.con. 48.n.11.vol.2.Surdus de alimen.titu. 9.q.26. n.35.

62 Incidit etiam in pœnam indigni, & dicitur impedire aliquem testari, quando impedit eum, qui nunquam fuit testatus.l.1.& 2.ff. & C.eod. Sed hoc casu distinguit Peregri.vbi suprà n.15. dicens.quod aut prohibuit eum, qui ounquam fuit testatus iuxta dictam l.1. & tunc, aut prohibens erat proximior testatori in gradu, & ei aufertur hæreditas, & Fisco aplica-
63 tur. & exclusis cæteris agnatis vlterioribus si enim in eodem gradu sunt alij cognati.hi succedent excluso Fisco.Fiscus autem admititur. solum ad eam partem, quæ indigno competebat.si verò testator erat pœnitus extraneus ei, qui abintestato non erat successurus, tunc factum impedictis, non præiudicat venientibus abintes-
64 tato. neque Fiscus ab eo aufert. nisi constaret.quod testator volebat alios instituere, & non venientes abintestato.quia perinde est,ac si tertius ille compellisset defunctum,facere hæredes venientes abintestato. argumẽto, l.conficiuntur. ff. de iure codicillo.l. si quis cum nullum. ff. eod.sequitur

Bar.

Bar. quem communiter Doctores sequuntur, vt atestatur Peregrin. lib. 2. tit. 6. n. 15. & 16.

65 Dicitur etiam quis, alium prohibuisse testari, quando impedit testatorem reuocare voluntatem precedentem, si vellet eam reuocare, seu mutare. vt probat communiter Scribentes, ex l. 1. ff. quibus, vt indig. quod quidem generale dictum interpreta-

66 tur Bar. in l. virum colum. pen. ff. eod. dicens; quod si prohibens reuocari primum testamentum, & illud conficere, non erat in primo hæres institutus, nec in sua potestate cõstitutus. Iste non impedit, quin hereditas perueniat instituto in eo. l. 2. §. fratris, ff. eod. si verò institutus fuisset filius, vel seruus prohibentis, etiam quod non sit in eius potestate, tunc locus erit edicto. ita vt Fiscus auferat in pœnam patris, qui prohibuisse videtur, vt filius habeat. vt latius per Peregri. dicto lib. 2. Titu. 6. n. 18. vt autẽ

67 locus sit Regaliæ, auferendi ab indigno ex causis prædictis, ex eo quod prohibitũ fuerit alicui testari, quinq; debent probari requisita, quæ refert, & probat Peregri. dicto lib. 2. titu. 6. à n. 21. & sunt sequentia. Primum quod defunctus volebat testari. Secundum quod fuit impeditus tempore quo testari volebat. Tertium, quod ab impediente. Quartum, quod eo tempore, quo testari volebat, & fuit impeditus, erat in voluntate, & capacitate testandi. Quintum, quod agens contra impedientem, probet de suo interesse, videlicet, quod testator sibi erat relicturus. quo pacto autem hæc sint probanda refert Peregri. vbi suprà n. 22. ad quem poterit recurrere, quia non sunt transcribenda omnia. Indignus etiam efficitur, qui testatorem accusauit de graui delicto, & hoc tam si velit sucedere ab intestato, quã ex testamẽto. ex l. 1. l. si inimicitiæ, §. fin. l. cum tabulis. ff. de his quibus, vt indignus Peregri. de iure fis. lib. 2. Titu. 10. n. 1. Sixtinus de Rega. lib. 2. c. 10. n. 59.

68 Sunt autem sex casus, in quibus non adimit Fiscus tanquam ab indigno, etiam si contra testamentum opponatur. quos refert Pegri. lib. 2. Titu. 7. à n. 11. videlicet, si repudiasset antequam contradiceret. si post quam contradixit, destitit ante sententiam. si fuerit minor in onerosis, veluti in donatione tutoris. in eo qui ex necessitate officij se opponit testamento. & vltimo si capiat ab alia manu, quam hæredis.

69 Hæc autem exceptio opponendi in dignitatem, & auocandi hæreditatem, tanquam ab indigno, soli fisco competit. & nemo alius potest eam opponere glos. notabilis in l. his consequenter, §. 1. & ibi Bar. ff. familiæ herciscum. idem Bar. in l. incognitione, ff. ad sila. & alij relati à Peregri. lib. 2. titu. 2. num. 8. Horati. Monta. in tracta. de rega. c. bona quæ, vt ab indig. n. 3. vbi hanc exceptionem soli Fisco adherere atestatur, & per consequens ei solum competit. Bal. in l. 1. c. si quis aliquem testari prohibue. & con. 480. n. 4. lib. 1. Cagno. in l. fina. n. 123. C. de Pac. Corne. con. 150. n. 16. & con. 209. n. 15. lib. 2. Riminal. iuni. con. 65. n. 40. lib. 1. Meno. cõ. 502. n. 18. lib. 6. Surd. cõ. 1. n. 89. & con. 48. n. 21. lib. 1. & con. 469. n. 16. lib. 3. Boer. decis. 25. n. 9.

70 Hæc autem Regalia excludẽdi indignos a successione, adeo adheret ossibus illius, quod nullo modo ex facto testatoris, seu hæredis illius, (dato quod aliquis existeret hæres) posset dictum indignum capacem facere. quia eo ipso quod ex suo propio facto, indignus factus fuit, ius aufert ipso

71 iure, & postea succedendi Fisco ius cõpetit, ita ex Bal. in l. id quod pauperibus n. 34. C. de Epis. & Cleri. & ex Cardinali Mantica de coniectu. vlti. volun.

volum.lib.12.titu.5. n.18. tradit Peregri.de iure fisci.lib.2. titu.2. n.10. &
72 adeo est ius illud radicatum statim in Fisco. quod neque possit indignus, post quam se indignum fecit, repudiare hæreditatem, ad Fisci exclusionem. Bar.in l.si sequens. ff. ad silani, & alij relati per Peregri.lib.2. tit.2. n.25. Sed ad hoc, vt Fiscus succedat, debet esse hæreditas delata indigno.
73 & ius successionis in eo radicatum. quia si non est hæreditas delata indigno, & ipse moriatur viuente testatore, tunc Fiscus non succedet. quia non adest indignus, à quo euincat. iuxta tradita per Peregri. lib.2. c.4. num.15.

Sed extat dubitatio.an eo casu,quo
74 Fiscus aufert hæreditatem ab indigno, teneatur soluere onera hæreditaria. & licet Peregrinus lib.2.c.2.n.18. in fine alleget Bar.in l. recusare. §.si Fisco, ff. ad Trebellia. asserere non teneri onera propria illius, à quo hæreditas aufertur. verum Bartolus ibi solum tangit quæstionem. & expresse aserit, se eam non resoluere. Veritas tamen est. quod onera realia
75 indistincte tenebitur, cum sequantur rem alia verò debita,si sunt testatoris, vel ex dispositione testamẽtaria emanant, Fiscus tenebitur, cum solus Fis-
76 cus adquirat vtilitatem,quàm indignus erat capiendus. l.quod dicitur ff. de iure fisci. l.cum Fisco.ff.ad silani. Bal.in l.hoc edicti, C.de secun. nup. Bal.in l.1.C.de his quæ pœnæ nomi. Peregri.titu.1.n.13.

De iure verò Cataloniæ habemus
77 constitutionem vulcam sub titulo de indig.de successio,qua disponitur. licere marito, vxorem repertã in adulterio occidere impune. iuxta iuris communis dispositionem Cãcer.to.1.
78 vari.c.6.de indig.à n.1. iuxta l. Gracus.ad leg. Iuli. de adul. Mieres. 2.p. cola.6. titulo de Homi. fol.80. alias neque ex se, neque per mediam personam. possit succedere. cuius constitutionis finalia verba extendunt illius dispositionem, ad quemcumque occisorem. Et licet hæc constitutio
79 non loquatur de muliere occidente maritum,refert tamen Cancer. n.4. idem esse dicendum. ex Bar. & alijs per eum allegatis, hoc tenentibus. quod ex identitate rationis, statutum pœnale loquens de marito, est intelli-
80 gendum de vxore,& econtra. Gemilianus.in c.1.de tempo. ordi.in.6. & communem sententiam Iasl.in l.fina. n.17. C. de indic. viduita. tollenda Cartius iunior. con.6.per totũ de iure veru. Cataloniæ Fiscus non succedit iuxta notata in c.sequen. vbi latæ quando in Catalonia confiscatio locum habeat.

81 Est etiam notandum.quod si is,qui indignus ex suo facto effectus, fuerit incapax ad succedendum,tunc Fiscus non aufert hæreditatem,sed ad illam. vel secundum dispositionem testamentariam succedent in hæreditate, substitutus,seu venientes abintestato. quia concurrentibus in vna persona, causa indignitatis, & incapacitatis, hæc præualet iuxta tradita per Peregri.lib.2.titu.2.n.26.

Vt autem Fiscus succedat. debet
82 prius sententia præcedere,qua declaretur indignus.iuxta tradita per Hora. Monta.de Regali. titulo. quando bona ab dicentur tanquam ab indignis n.5.

In summa igitur est,quod ius Regaliæ
83 consistit. quod hæreditate delata indigno,ab eo Fiscus aufert.si erat ipse à quo aufertur proximior testatori l. lucius,& ibi glos. verbo *Inducendã*. circa finẽ. Cõsistit etiam Regalia in hoc. quod ius auferendi solum Fisco competit,non alteri,vt supradictum est.

84 Certis tamen casibus (quos dispartite enumerat Peregri. lib.2. titu.10. per totum) hæreditatem Fisco non expectare refert Roscental.de feud. dicto

dicto.c.5. conclus.57. quos ex Afflic. in c.vni.quæ sint Regaliæ congessit. videlicet si hæredes scripti, testatorem
85 in furorem lapsum, non curauerunt. quia monitis prius hæredibus, & ipsis recusantibus, hæreditas pertinet illis.qui remedia aplicarunt.Item
86 in eis.qui captiuum non redimerunt, facta interpellatione, redemptoribus pertinet. Item si captiuus decesserit pœnes hostes.quia bona pertinēt Ecclesiæ ad opus redimendi captiuos.
87 Item, si ex statuto maritus esset dotem lucraturus, & eam occidat, hæredes mulieris in hæreditate succedent.
88 Item, relictum tutori, si à tutela se excuset legatum remanet pœnes hæredes, à quibus relictum erat. Latius per Roscentau.dicta conclu.57. quod declarat Sixtinus de Regali. lib.2.c.10. n.103. dicens.hoc procedere etiam si non se excuset à tota tutela, sed ex parte, iuxta scribentes in l. post legatum, §.amittere. ff. de his quibus, vt indig.& in l.si legatarius in fine, C.de lega. l.tutor petitus, §.1.l.nesennius apollinaris.l. sed hæc nimirum, ff.de excusa.tutn.
89 Vltimus casus est expressus in authen.hoc amplius, C.de fideicom.vbi casu quo, hæres nō adimpleuerit defuncti voluntatem intra annum, tunc licet ab eo auferatur hæreditas, non Fisco, sed iuxta illius textus dispositionem, hæreditas alijs aplicatur. Sed
90 licet hunc casum, inter indignos referant aliqui allegati à Roscen. dicta concl.57. littera D.vere tamen meo iudicio non est commemorādus.cum solum illi casus censeantur indigni, ex quibus de iure tanquam ab indinis
91 hæreditas aufertur,& Fisco aplicatur. quomodo autem succedat Fiscus,& in quibus casibus, & ex qua causa indignitatis.videri potest titulus. ff.de his quibus,vt indig.& C.eod.titu.Bat.in l.fina. ff.ad silania.
92 Vltimo pro coronide huius capitis, est videndum.cum Fiscus succedat in totum, excludendo substitutum, vel durante vita ipsius indigni. ita vt, dum viuit indignus capiat Fiscus, & vsumfructum habeat, an eo mortuo hæreditatem teneatur restituere substitutis, aut venientibus abintestato.
93 Quam difficultatem tetigit Bar. in l.si sequen. ff.ad sila. prius disputans casum in substitutione vulgari, dicēs, quod si adierit eam indignus, quod Fiscus capit exclusis substitutis, similiter dicēs in substitutione fideicommissaria, hoc volens probare ex glos. verbo *Traditur*, in fine in l.eam quam
94 C.de fideicom.& per glos.in l.recusare. §.si Fisco, ff.ad Trebellia. vbi videtur, glosam innuere.quod tunc cessat substitutio fideicommissaria. quādo hæreditas abindigno aufertur. Hanc quæstionem valde controuersam esse, colligitur ex traditis à Peregri.lib.2.titu.2.n.27. sed præcipue titu.3. n.2. vbi pro vtraque parte varios recēset Authores. Verum existi-
95 mo differentiam esse costituendam, inter vulgarem, & fideicommissariam substitutionem.ita vt, quo casu ex vulgari succedet indignus, delata ipsi in-
96 digno hæreditate, Fiscus eam capiat, excluso substituto. quia cum aditione hæreditatis, expiret substitutio vulgaris, l.post aditam.C.de impube. sic à die hæreditatis aditæ, non censetur
97 hæreditas defuncti. Sed dicitur proprium patrimonium ipsius indigni. Inde nil mirum si Fiscus substitutum excludat. qui sicut in ordinario modo, per aditionem fit nouum patrimonium adeuntis, ita respectu indig-
98 ni iudicatur. si ei tantum hæreditas sit delata cum ipsa delatio, respectu sui eundem pariat effectum, quem pateret aditio. vt refert Peregri.lib.2. titu.4.n.15. si verò sit substitutio fideicommissaria, existimo Fiscum non
99 excludere substitutum, nisi durante vita ipsius indigni, vel vsquequo perueniat

100 ueniat tempus, seu adimpleatur conditio, sub qua fideicommissum relinquitur. quia cum fideicommissaria substitutio,non cortuat, nec finiatur per aditionem,imò confirmetur iuxta tritissima iuris principia.ideo Fiscus solum habebit vsumfructum durante dicto tempore.quia quando ex
101 coniecturis percipitur voluntas testatoris, quod fuerit, vt bona sua perueniant ad substitutos,tunc Fiscus excluditur.secundum Castren. in l.hæreditas.C.de his quibus vt indig. Ripa in l.vlti.C.de reuocan. dona. Peregri.lib.2.titu.4.n.3. facit etiam, & alia ratio,quam tradit Peregri. lib.2. titu.5.n.3. vbi ait.quod fideicommis-
102 sarius vniuersalis,si vult,potest compellere hæredem , antequam moram comitat, inuindicando necem defuncti, vt sibi hæreditatem vniuersalem restituat.quod non posset facere,si fideicommissaria substitutio expirasset. & hanc veram resolutionem sequen-
103 dam existimo.idem atestatur.Pasqual Saulius in tracta.de alienan.rebus fideicom.subiectis q.38.ex mente Bar. in l.imperator.u.1.ff.de fideicom. liber. & communem esse dicit Soci.iunior con.77.n.5.lib.2.Rube. con.98. n.1. Gramma.decis.105. n.3. Surdus. decis.254.n.19.& 25.cum alijs sequen. Farina.tom.1.q.25.à n.22.& sic solum
104 durabit pœnes Fiscum deretio bonorum abblatorum, durante vita indigni.Surdus dicta decis.254. à n.13. & Boeri.decis.168.Farin.quæst.crim.25. n.34.tom.1.Philipus. Pascalis de Patria potest. lib.4.c.5. n.18.

Pro coronide huius capitis quæ-
105 rendum est.an Fiscus aliquo casu,auferat ab vxore bona,quæ ei pruenire debent à marito defuncto intestato sine descendentibus,& agnatis.iuxta Textum in l.1.C.vnde vir,& vxor.

Cui difficultati vt respondeamus,
106 præsuponendum est. Mulierem respectu mariti,indignam fieri aliquibus casibus.ex Titulis.ff.& C.de his quibus vt indig. maximè si vidua remanēte. intra annū lactus pepererit ha-
107 bito temporis computo, quod partus non sit mariti iuxta Tex. in authen. eisdem pœnis.C.de secund.nupt.vbi Acur.in glos.verbo. *Priuatur.* fit igitur indigna á mariti succesione,si diuerterit à marito culpa sua,tēporeque mortis illius non coabitauerint Tex. in l. vni. verbo : *Vt autem hæc bonorum possessio* , ff. vnde vir , & vxor. & ibi glos.verbo.*Mortis*,faciunt tradita per Matien.lib.5. nouæ recopila. Titu.9. de bonis constante matrimo. quæsitis,l.2. glos.1.n.55. vbi expressè atestatur. quod si mulier recesit à marito culpa ipsius mulieris,nil lucratur de bonis mariti.hoc idem censuit Ioan. Lupus in repeti. Rubri. C. de
108 dona.inter vir.& vxor. §.64. n.1. & seque.secus verò esset si mulier culpa viri, ob eius seuiciā, aut alia qualibet causa ab eo recesisset , nam hoc casu succederet in bonis mariti , nec à lucro bonorum illius priuaretur.iuxat tradita per Matienço vbi supra n.13. ex Bal.in l.si vxor.n.6. in fine. C. de codi.Inser.idem Bal.in l.non fine.C. de bonis quæ liber. Deci.in l.1.n.10. C.vnde vir.& vxor. Ari.Pine.in l.1. 1.p.n.18.C.de bonis mater.iuxta quā resolutionē de mense Septembr.1639. fuit exclusa Elena del Sol, vidua Guillermi del Sol , Francigenæ qui fortuito ex præcipicio decesserat dicta eius vxore relicta.quæ ab eo recesserat,& ad mariti instatiam in Curia Ecclesiastica factam ei erat mandatum , quod rediret ad domum mariti.& cum non redijsset, fuit ab hæreditate exclusa iuxta l.1.C.vnde vir, & vxor, faciūt tradita per Fontan.de pac.nupt.to.2.clau.5.glos.8.p.10.n.38.
109 Pro coronide huius capituli mihi visum fuit adnotare,quod tradit Doctissimus Fonta.in suo to.1. deci.227. n.19. quod si forsan aliquis Religiosus

sus fuerit apostata,& ei deferatur aliqua hæreditas,quod illa non expectabit Monasterio.in quo erat professus, sed Fiscus Cameræ Apostolicæ omnia hæreditaria bona , quæ illius esse poterant , capiet. vt ex plurimorum Doctorum sententia comprobari refert.

110 Vltimo quæri potest. an.restituta hæreditate incapaci,veluti spurio per mediam personam , vlterius. Fiscus possit prætendere , hæreditatem sibi sub fide tacita fuisse relictam,de restituendo eam spurio.

111 Cui dubitationi respondendum est. quod si nullum aliud adsit fundamẽtum nisi videre hæreditatem restitutam spurio, ex hoc solum Fiscus nil prætendere potest. Manti.de coniec. vlti. volun.lib.10. Titu.4. quia generaliter in actu vltimæ voluntatis,nul-
112 la fraus considerari potest, l. ex hoc edicto. §. alienare, ff. de aliena.iudi, mutam cau. fac. Imola. in l.si is quæ n.3.ff.de vulga.Fiscus enim talẽ fraudem probare tenetur, tãquam fundamentum suæ intentionis. cum de iure possit Pater.tam in vltima voluntate,
113 quam in vim contractus, extraneo omnia sua bona donare , nullatenus tacitè rogato , nec fide tacita prestita de restituenda spurio.& ipse donatarius, seu extraneus hæres institutus, poterit donare omnia bona filio spu-
114 rio ipsius donatoris,vt atestatur glos. magna in auth. quibus mo.natura. efficiantur sui. §.fin.verb.*Participium*. ita Iulius Clar. §.testamentum. q.31. n.4.Ferra.inpraxi. Papien.forma libell. pro hæreditate abintest. §.nullisq.n.18.Gail.practi.obser.lib.2 obs. 88.n.19.Socar in cõsue. Catalo.c. vasallus si descesserit,n.37.Mãti.deTati.&ambiguis cõuẽtio.to.2.lib.13.Ti.37
115 n.23. Pichar. insti.lib.3. Titu.1. §.7. n.21.Rolan.à Valle.cõ.87.n.17.lib.3. quia adita hæreditate , seu acceptata per donatarium seu hæredem ,non dicitur patrimoniũ defuncti, seu donatoris,sed proprium ipsius donatarij, seu hæredis, & sic tanquam de re propria transfert dominium in spurium.l.sed etsi plures.§.filio impuberi. ff. de vulga.l.1. §.veterer. & ibi glos.verbo. *Tu dic*.ff.de acqui. posse. Pichar. insti. de hæredi. insti. lib. 2. Titu.14.n.6.Maximè.quia tam de iu-
116 re communi. quam municipali Cataloniæ, nullibi reperitur prohibitum, spurium capere non posse ab extraneo.iuxta Bartoli doctrinam in l.non intelligitur. §.quando tertio,sed contra.ff.de iure fisci Imo. in l.quod cõditiones. circa finem. ff. de donatio. quos refert,& sequitur Çefal.cõ.277. n.7.lib.2.Couat.in epito. ad c.4. decret.2.p.c.8,§.5.n.8.vers.Tertio.quæ
117 adita cẽletur ex inuetarij cõfectione, & ex alijs actibus gestibus per hæredem contemplatione hęreditatis.iuxta tradita per Meno.de præsumptio. lib.4.præsump.101.num.96.Cancer. lib.3.variar.c.2. q.14. n.293. cum sequen.Mascardus de proba.vol.1.con-
118 clu.48.quæ cum facti sit,non est præsumenda,sed quoties allegatur,debet probari. vt latè doctissimè sicut solet noster Egregius Fontanella to.1. decis.87.à principio cum sequen.docet.

SVMMARIVM.

Regaliæ ius est succedere in bonis delinquentium, num.1.
Regaliæ succedendi in bonis delinquentium. prius competebat Populo Romano, n.2.
Regaliæ sucedendi in bonis delinquẽtium à quo tempore pertineat Regi,n.3.
Regalia succedendi delinquentibus vbi tractetur,n.4.
Regalia ius succedẽdi in bonis delinquentium in quo consistat, n.5.
Regalia succedendi in bonis delinquentium quid sit, n.6.
Filij condempnati an succedant patri.n.7
Fiscus

Cap. 18. De Regalia succedẽdi in bonis delinquentium.



Egalia etiam consistit, in successione de-
1 linquentium in cri-
mine læsæ Maiesta-
tis, de qua materia est
titulus, ff. & C. ad le-
gem Iuli. magest. quæquidem Rega-
lia, inter alias connumeratur in dicto
c. vni. quæ sint Regaliæ. refert Bar. in
2 extraua. ad reprimendum. Hanc
Regaliam PopuloRomano cõpetere,
antequam eius potestas in Regẽ fuis-
set trãslata. attestatur Roscen. de feu-
do. 1. c. 5. conci. 69. in princi. quod con-
firmat ex l. 1. & ibi notatis, ff. ad leg.
Iull. magest. quod sensit ante eũ Dua-
ren. lib. 2. dispunc. c. 22. post quã verò
3 Imperium in Imperatorem fuit trans-
latũ, hoc ius Regaliæ, soli Imperatori
expectat. vt plures in hac fuerũt sen-
tẽtia, quos refert dictus Roscen. dicta
concl. 69. n. 2. in additio. littera E. in-
ter quos est Peregri. de iure fisci lib. 3.
4 tit. 9. de filijs rebelli. n. 4. verb. *Et mul
to magis*. de hac materia sunt tituli, in
quibus agitur. videlicet, ff. de bonis
dãnato. ff. de his qui sibi mortem con-
sueuere, ff. de sentẽ. passis. & resti. ff. de
caduc. punitio. & in tit. C. de bonis
5 proscripto. Supremũ enim ius regaliæ,
in facultate publicãdi cõsistit. vt pluri-
bus fũdamẽtis tradit Pere. de iure fisci
lib. 1. titu. 2. n. 85. Cali. in Marg. fisci.
dub. 6. n. 21. ver. *vigesimus tertius casus*.
6 Fundatur enim hæc Regalia, in hoc.
quod quando quis erat dampnatus ad
mortẽ, vel si deportatus erat, aut ser-
uilis conditio imponebatur, bona eius
publicabantur, & Fisco pertinebãt l. 1.
ff. de bonis dãpno. non tamen omnia
bona, sed pro parte. quia ex eadẽ l. 1.
7 verb. *Etiam qui* disponitur. quod si cõ-
demnatus, filios habeat cõceptos ante
dãnationem, etiam si post damnatio-
nem fuissent nati, capiunt partem
bonorum

bonorum patris condemnati, dummodo filij sint legitimi, ex iustis nuptijs procreati. Hinc autem partem, declarat Acur. in dicta l. verbo *Portiones*.
8 Prædicta autem Fisci successio in bonis, non à die capitutæ computatur. Sed à die condempnationis. l. 2. ff. eod. quod cum respectu virorum censeatur dispositum. hoc idem extendere voluit lex. respectu mulierum,
9 vt etiam dotes earum publicarentur, si illæ passæ fuissent sententiam, in quinque casibus. Videlicet in crimine læsæ Maiestatis, viæ publicæ. Particidij. Veneficij. & de Sicarij.
10 Sed hæc pœna publicationis dotis, cessabat in casibus, in quibus maritus lucrabatur dotem iuxta l. si vt proponis. C. de bonis dampnato. vt atestatur Acur. in l. 4. ff. de bonis dampnato.
11 Prædictum autem ius, quod filijs in bonis parentum, ex dicta l. 1. erat reseruatum, cum solum in filijs naturalibus, ex legitimis nuptijs procreatis pertineret, hoc postea ad filios a-
12 doptiuos fuit extensum, ex l. cū ratio, ff. de bonis damnat. vt idem ius, quod legitimis pertinebat, & adoptiuis pertineret, nisi adoptio in fraudem fuisset facta. dicta l. cum ratio. Verbo *Ex bonis dampnatorum portiones*, quàm pœ-
13 nam aplicationis bonorum Fisco, duobus modis ius antiquum imponebat. Primò generaliter in omnibus casibus, in quibus pœna mortis naturalis, & deportationis imponebatur.
14 Secundò modo, quando non generaliter imponebatur, sed especialiter, & expresse in certis casibus, quos videre poteris apud Fatina. dicta q. 25. n. 7. tom. 1.

Sed prædicta omnia, de iure digestorum fuerunt obseruata. quod durum, & iniquum reputantes Imperatores, statuerunt. vt à cætero, ius
15 Fisco competens, in successione bonorum dampnatorum, antiquatum esset, de nouo statuentes, in auth. bona dampnatorum, C. de bonis proscrip. ne bona eorum, secundum veteres leges, Fisco aplicarentur. Sed ascendētibus, & descendētibus ex vtro-
16 que latere, vsque ad tertium gradum, si superfint, aplicarētur; vxoribus verò dote reletuata, & donatione propter nuptias. Si verò dotē non habuerint, eidē ius illesum remaneat, quod ex legibus eis expectat. si filios habeāt, vel non habeant; quod declarat Acurtius in dicta auth. verbo *Definitam* dicens. Quod intelligendum est de iure. quod eis fuit indultum in authen.
17 prætera. C. vnde vir, & vxor, deficiētibus autē agnatis, siue cognatis intra tertium gradum, tunc, Fisco aplicādā bona statuit Imperator. Si verò delinquerit in crimine læsæ Maiestatis, tūc veteres leges obseruari statuit. in ea-
18 dē authen. In summa igitur est. quod ex sentētia mortis, non veniunt bona aplicanda Fisco, nisi in crimine læsæ Maiestatis, & sic non potest Iudex. in sententia condempnatoria, aplicarē bona condempnati Fisco. & casu quo condempnauerit, sentencia est nulla, & inualida. Neque ex eo. quod ab ea non fuerit appellatum, aliquid valoris potest habere sententia. vt ex pluribus fundamentis refert Fatiua. tom. 1. quæst. 25. num. 3. cum sequen. quia sententia, quæ con-
19 tinet manifestum, & notorium iuris errorem, nulla est. tanquam notorie iniqua. ex quo nunquam in iudicatum transit l. 1. §. Item cum.
20 ff. quæ sententia sine appellat. l. si expressim. ff. de appellat. l. 2. C. quando prouocare non est necesses cap. 1. ex. de senten. & re iudi. Vanci. de nulli. proces. ex defectu processus, siue ordinis iudiciarij. num. 118.
21 & sic quod solum in crimine læsæ Maiestatis habeat locum confiscatio, atestatur Farinaci. vbi supra num. 11. limitaio. 2. probans hoc dictum, ex l. si quisquis, C. ad l. Iuli. Maiesta.

temporali aplicetur. altera inquisitoribus, tertia verò officio deferatur
33 ex Authoribus per dictum Menoch. relatis.

Cæterum Couar. vbi suprà post longam commentationem huius dubij, referens obseruationem Hispaniæ atestatur.in tota ea hoc obseruari. quod si aliquis, tanquam hæreticus condempnetur, siue sit clericus, siue laicus, bona illius, siue sint mobilia, siue inmobilia ad Fiscum Regium
34 pertinent, eo quod Rex sit Protector vniuersalis sanctæ Inquisitionis. vt latè per dictum Couar. dicto c. 9. n. 12. quem refert Peregri. dicto
35 lib 4. titu. 5. à num. 31. verbo *Clericorum*, & sic fit quod Rex nominat eundem Receptorem Inquisitionis, qui nomine Regio, bona omnia hæretici condempnati capiat, & illa expendat, ad vsus dictæ Inquisitionis, vt vidi nominationem factam per suam Maiestatem cum suo priuilegio dat. Madrit. 21. Nouembris 1634. In fauorem Ioannis Barcelo Mercatoris Receptoris dictæ Inquisitionis Crimen verò læsæ Maiestatis, diuersi-
36 mode committi, refert latissime Farina. tom. 4. de crimi. læsæ Maiestat. quæst. 112 inspec. 1. num. 9. resoluens, vna cum communi Doctorum sententia. quod a I. dno præcipue capita, reducitur hoc crimen, videlicet primum, & secundum. quia vt atestatur Farina. ibidem num. 10. omnia delicta huius speciei. rediguntur ad dictos duos modos, qui appellantur. primo capite, & secundo ca-
37 pite. Crimen verò læsæ Maiestatis humanæ in primo capite dicunt committi, quando conspiratur in personam Principis, seu in eius consillarios. aut contra Rempublicam, vt in l. 1. cum tribus sequen. ff. ad legem Iuli. Maies. l. si quisquis. C. eod. Philip. Pascalis in tracta. de viribus patriæ potesta. 4. par. cap. 5. num. 13. Iuli. Clar. recep. senten. lib. 5. §. læsæ Maiesta. in princi. Farina. to. 4. tit. 13. quæst. 112. Inspec. 1. num. 13. vbi latè de omnibus circunstantijs in cri-
38 mine læsæ Maiestatis, & maximè. an. 64. cum sequen. vbi an comitatur contra Consiliarios Regios. & præcipuè Inspec. 3. per totam Calici. In Margari. fisci dubi. 6. n. 27. verbo *Trigesimus casus. confiscantur*
39 *bona eius*, faciunt tradita per Mier. ad consti. Reg. Alfonsi. I I I. in Curia Montisalbi. cola. 5. cap. 31. à principio. vbi incipit tractare de hoc crimine
40 læsæ Maiesta. docens. quid sit. contra quas personas locum habeat. quis in hoc crimen incidat. quod de eo solum cognoscit Rex, & sic vbicumque delinquens extiterit cap-
41 tus. euocabitur causa ad Regiam Audientiam. & in ea tractabitur, vt ex Iacobo Calicio in Margari. fisci dubio 8. num. 215. refert, & atestatur
42 Mier. vbi supra in noua impressione tom. 1. pag. 283. num. 17. Don Ludouicus á Peguer. in sua praxi. crimi. cap. 19. sex casus enumerat, in quibus quis dicitur crimen læsæ
43 Maiestatis commisisse. videlicet si quis contra dominum suum, fecerit tractatum proditionis. qui armatus venerit ad bellum contra dominum suum, qui contraxit pacem contra
44 dominum suum, idest cum suis inimicis. qui tractauerit, vel tentauerit tanquam hostis ocupare castra, siue fortallicia, seu ciuitates Regis. qui cum esset custos castri, seu fortalicij, illud tradidit hostibus.
45 Quod autem dictum est. crimen læsæ Maiestatis committi contra Officiales, & Ministros Regios ei adherentes, hoc ita intelligendum est. si dampnum eis inferatur causa Regis, seu eius officij. si enim propter inimicicias particulares, dampnum euenerit,

non poterit dici delinquentem crimine læsæ Maiestatis teneri, vt ex alijs Authoribus quos refert, & sequitur Farina. dicto to.4.q.112. inspectio. 1. num.58.

47 Crimen verò Maiestatis læsæ in secundo capite, an comitatur à vassallis contra dominos suos, fuit controuersa opinio. vt ex relatis per Farina. dicta q.112. inspeci.5. n.181. eam tamen locum habere proueriori opinione, & sequenda, atestatur Mier. ad dictas constitutiones Reg. Alfonsi III. in Curia Montisalbi. cola.5. n.12. in
52 noua impressione pag.282.n.12. quod quidem existimo esse intelligendum quo ad punitionem, & pœnam delicti. nō verò quo ad nomē. ita quod delictum nominetur, crimen læsæ Maiestatis. Sed nominabitur, *Crimen proditionis*, quia proditionem committit,
53 ille, qui aliquem occidit, qui non precauebat, ab alio mortem sibi esse allaturam. latè Fari. to.1. de delic. q.18. n.74. & licet apareat, magnam hic interuenire difficultatem, cum puniatur quis duplici pœna, corporali scilicet,
54 cet, & pecuniaria amissionis bonorum, & confiscationis. cum tritissimum sit. quod in Catalonia, nemo possit duplici pœna puniri. vt tradit doctissimus noster Fontanell. de pac.
55 nuptiā. tom.1. clau.4. glos.15. à n.105. quod declarare voluit Anto. Oliba ad vsa. alium namque c.3. n.20. dicens. quod aliud sit pœna corporalis, aliud pecuniaria, ita vt aflictio corporis ce-
56 dat in pœnam. solutio verò quantitatis pecuniæ, non cedat in pœnam delicti, sed in enmēdam partis offensæ. constituens differentiā in modo agen-
57 di. nempe si agatur ad punitionē delicti corporalem. vel si agatur ad stimationem iniuriæ. quasi dicat. quod punitio corporalis est in pœnam pu-
58 blici iudicij. vt ipsi cedat in pœnam, cæteris verò in exemplum. recupera-
59 tio autem pecuniæ, non sit iudicium criminale, nec actio criminalis, ad illius recuperationem dicatur intentata, sed ciuilis, qua pars læsa agit ad recuperationem interesse, & enmendæ. Sed dato quod prædicta essent dubia,
60 in hoc casu. cū ex dispositione eiusdemmet cōstitutionis statutū sit, quod comitentes crimen læsæ Maiestatis diuinæ, puniantur in corpore, & in bonorum confiscatione, ideo merito pro vera resolutione dicendum est. nil obstare prædictum Principium. quod nemo possit pecuniaria, & cor-
61 porali pœna simul puniri. cum hoc intelligatur in ordinarijs delitis, non verò in extraordinarijs, quale est crimen læsæ Maiestatis. in quo speciale est, ex dicta constitutione vltima, qua dispositum est, vt puniatur in persona, & in bonorum confiscatione.
62 Vnum autem manet stabilitum à iure communi. quod dampnatus ad mortem naturalem, est intestabilis, etiam ante sententiam, à die capitur ex l. eius qui. ff. de testamē. l. qui vltimo, ff de pœnis. §. pœnæ seruus instī. quibus mod. ius patriæ potes. solui. auth. de nuptijs. §. quod autem prius col.4. auth. sed hodie. C. de dona. inter vir. & vxor.
63 Ex his, & alijs fundamētis. dixi obseruari in Catalonia. quòd dānati ad mortem non testantur. nisi prius obtenta licencia ab Excellentissimo Locumtenente Generali. vt retuli to.1. mearū varia. resolutio. c.13. de testam. á n.194. me referens ad dicta per Couar. in Rubri. de testamen. 3. p. n.27.
64 Prædicta autem Regalia succedendi in bonis delinquētium, solet communicari inferioribus à Rege. quia fa-
65 cultas prædicta confiscandi, est precipuum ius meri Imperij. vt post lasso. in l. imperium. ff. de iurisd. omni. tradit Peregri. de iure fisci lib.1. Titu.2. á
66 n.19. Sed hoc non ita absolutè intelligendum est, quod, ex eo quod succedant in hoc, iuri Fisco compcrenti,

succedendi

succedēdi in bonis delinquentium,ex
eo competat ius vniuersale dictæ Re-
galiæ.quia prædictis dominis ordina-
rijs,hoc ius succesionis licet compe-
tat,non tamen competit aliud ius ip-
sius Regaliæ.ex qua delinquētes pu-
67 niuntur.videlicet, vt ipsorum delin-
quentium nomina deleantur , & pro
incognitis habeantur,vt ex Castren.
in l.3. C. de Episc. audi. & ex Decio.
con.410.col.penul.n.26.& ex Rollā.
á Valle tom.3.con.1.n.16.Peregri.de
iure fisci Titu.de filijs Rebelli. n.4.
Iuli.Clar.in praxi crimi. §.de crimi-
ne læsæ Maiesta.n.14.& alijs per eum
relatis.refert Roscētau.de fœud.to.2.
c.5.conclu.69.littera D.

68 . Neque Barono competit virtute
huius Regaliæ,quod pœna delicti,ad
filios delinquentium extendatur.iux-
ta dispositionem l.quisquis.C.ad leg.
iuli.maiesta.Deci.con.410.n.26.Iuli.
Clar. dicto §. læsæ Maiestatis n. 14.
Peregri.dicto titu.de Rebel.n.4.

69 Et cum suprà dictum sit,non habe-
re locum confiscationem , nisi in cri-
mine hæresis. & læsæ Maiestatis. hu-
manæ in primo capite. iuxta supra
relata ex cōsti.fina.Titu.*dels bens dels*
condemp. idem erit dicendum quo ad
sequestrationem. quod sequestratio
bonorum non poterit fieri , nisi in
dictis duobus casibus.vt insinuāt ver-
ba ipsius consti.fina. ibi *aprehensions,*
70 *è inuentariations.* quia regulariter se-
questra in Catalonia sunt prohibita
iuxta consti.3.titu.de seques.y ampa.
faciūt tradita per Mier.in Curia Bar-
cinone Iacobi Secundi. cola.4. c.20.
à n.3.pag.216.in nouis.Michael. Fer-
rer.3.p.obserua.c.122.don Ludouicus
a Peguer.tom.2.decis.36.n.110.ex cu-
ius doctrina infert Canter. lib.3. va-
71 ria.c.3. n.11. quod licet in Catalonia,
sit prohibita confiscatio,nisi in crimi-
ne læsæ Maiestatis in primo capite.
descriptionem tamen bonorum lice-
te,si reuocabiliter per vim sequestri
72 fiat. Sed salua Pace Cancerij in dicta
decisione non asseritur, ita fuisse deci-
sum.quod In casu, in quo confiscatio
non habeat locum , possit bonorum
fieri descriptio. & sequestratio, cum
fiat ad tempus. Sed quod ibi dicitur
est. quod quando Baro, vtitur male
73 sua iurisdictione,potest ipsa sequestra-
ri,pro vt fuit sequestrata in loco de
Mosset.& hoc est conforme constitu-
tionibus Cataloniæ.in titu.de seques.
y ampares.vbi sequester est prohibi-
tus,nisi in casibus de iure permissis.
74 iuxta tradita per Pauor.in c.dilectus
de seques.posse. & fructum. & alios
relatos per dictum Peguer.dicto n.11.
cum sequen.quibus remanet declara-
ta Regalia succedendi in bonis de-
linquentium ex causa confiscationis.

Quo vero attinet ad confiscatio-
75 nis materiam (cum solum institutum
meum sit tradere substantiam vniuf-
cuiusque Regaliæ) vide tradita per
Farina.to.1.q.25.per totam.Philipum
Pascali. de effecti. patriæ potes. 4.p.
c.5.Peregri. de iure fisci lib.1. titu.2.
& lib.5.titu.5.& lib.2.c.1.cum sequen.
vbi de fisci successione.Carroci. in
tracta.de excussio. bono.1.p. Pasqual
Sauli.in tracta de aliena. bono. fidei-
com.subiecto.1.p.á q.38.cum sequen.
in quibus locis confiscationis mate-
ria latè tractatur.

76 De resistentia diximus supra n.48.
comprehēdi Officiales præheminen-
tes.aduertendum tamen est.quod tra-
dit dō Ludoui.à Pegue.to.1.decis.66.
n.15.quod non dicitur resistentia Of-
ficiali illata, ex eo quod sit ei vulnus
illatum. quia potest esse ex eo quod
inimicitiæ capitales sint inter Offi-
cialem, & delinquentem. Sed debet
vulnus esse illatum animo rebellan-
di se contra Regem , vel ei iniuriam
inferendi. & hoc idem asserere ait
Bar.in l.hostes. ff. de capti.& post li-
mi.reuer. & alios per dictum Pegue-
ra allegatos.

Prædictæ

77 Prædictæ autem Regaliæ decla-
ratio, non habebit locum in bonis
vinculatis, & restitutioni subiectis. vt
est casus expressus in l. statius, §. Cor-
nelio Philipo de Iure fisci per quem
textũ cõsuluit Alex. cõ. 23. col. 1. vol. 1.
Opiso in l. filiusfamilias, §. diui co-
lum 2. & ibi Iaſſ. in secunda lectura,
verſ. Sexto pondera, ff. de lega. 1. idem
Iaſſ. in l. 2. §. sed, quia, C. cõmu. de le-
ga. Deci. cõ432. col. 3. Marſi. cõ. 49. n. 51
78 Similiter, si adest prohibitio alie-
nationis, quia hoc casu, bona alienari
prohibita, non possunt ex causa de-
licti commissi, ad Fiscum peruenire.
iuxta tradita per Bal. in l. Imperator
per illum Tex. & ibi Angel. ff. de fi-
deicom. liberta. sequitur Alex. dicto
con. 23. In princi. col. 3. & con. 88. vol. 3
Iaſſ. in dicto §. diui. Roma. in l. si fini-
ta, §. de vectigalibus. ff. de dam. infec.
ponderando rationem adductam ab
79 Alexandro vbi supra. asserenre, quod
hæreditas, quæ non potest peruenire
ad extraneum, non potest ad Fiscum
peruenire, qui totaliter extraneus est
l. 4. & ibi. Bar. ff. de iure Patro. certum
est autem, quod stante prohibitione
80 alienationis, vel grauamine vocatio-
nis, grauatus non potest alienare, nec
dominium in aliquem transmittere,
iuxta glos. in l. si ita quis. §. ea lege.
ff. de verbo. *Obbli*. Bal. in l. hac edicta
li. in principio. C. de secundis nuptijs.
igitur minus delinquendo poterit,
viam aperire Fisco ad succedendum.
81 quod etiam refert, & sequitur egre-
gius noster Fontanella to. 1. decis. 94.
à n. 14. constituendo differentiam in-
ter fideicommissum ex vocatione, in-
ter eos qui sunt de familia, & inter
fideicommissum inductum inter eos,
ex causa prohibitionis, asserens, quod
82 in primo casu vocati, debent expecta-
re mortem grauati ad succedendum.
In secundo verò casu, quãdo possessor
83 alienat, statim priuatur. quia con-
trafacit dispositioni testatoris. & per-
inde amittit ius, quod in re habet. &
sic facta alienatione. nil aliud debet
expectare succedens, sed petere fidei-
commissum sibi adiudicari. & in eius
possessionem in mitti. quod atestatur
dictus Fonranella sic declarasse. Sesse
decis. 55. n. 7. & ipsemet tradidit to. 1.
de pac. nupti. clau. 4. glos. 25. ex n. 44.
ita præcensit Bar. in l. Imperator n. 1.
ff. de fidelcom. liber. Menoc conſ. 275.
n. 32. vol. 3. Iuli. Clar. §. fin. q. 78. verſ.
Item quæro. Pari. q. 25. n. 22. Peregri.
de iure fisci lib. 5. tit. 1. n. 98. Surd. de-
cis. 254. n. 18. cum alijs Marra de suc-
cessio. lega. 4. p. q. 23. art. 4. n. 22. Mo-
lin. de Hispano primo. lib. 4. c. 11. n. 11.
84 & lib. 1. c. 20. n. 9. Vnde bonis vincu-
latis, si possessor cõmiserit delictum,
ex quo bona confiscanda veniunt.
Fiscus interim dum viuet grauatus
delinquens, succedet, & durante de-
linquentis vita bonis illius fruetur.
vt ex mente Fusar. de successio. q. 525.
resoluit Fontane. dicta decis. 94. n. 17
verbo *resolutio certa est*. latè de hac ma-
teria disputat docte Molin. de Hispa-
no. primo. lib. 4. c. 11. per totum vbi la-
85 tissimè disputans vtrum bona maio-
ratui subiecta, ex criminibus saltim
atrocissimis ab eorum possessore com-
missis possint Fisco adimi. pœnes quẽ
reperitur latè hæc materia tradita.
86 Solent autem aliqui testatores hoc
præcauere, prohibendo ne bona Fis-
co perueniant. quibus animaduerto.
attendant maximè in modo prohi-
bendi, ne bona perueniant ad Fiscum.
quia si principaliter verba dirigũtur,
ad prohibitionem, & exclusionem il-
lius, non valebit talis dispositio. nec
Fiscus erit exclusus, vt tradit Molina
dicto c. 11. n. 13. quia censetur facta in
odium ipsius Fisci, & non ratione
conseruationis hæreditatis. quod tes-
tatori non est permissum. ex l. filiusfa-
milias. §. diui. ibi *Nec Fisco fraudi esse*,
ff. de lega. 1. vnde disponat dicendo.
quod statim atq; possessor hæreditatis
delinquerit,

delinquerit, sit priuatus hæreditate, illaque in alium transmittatur, excluso Fisco, tunc valebit dispositio, quia non disponit principaliter in odium
87 Fisci, sed in familiæ conseruationem, quod fieri potest, ita ex Gomez in l. 40. Tauri n. 91. verbo *Quod tamen singulariter limita*, refert Molina dicto c. 11. n. 16. & antea id prædixerat n. 5. ex Bart. in l. si finita, §. si vectigalia, n. 13. ff. de damp. infec. Bal. in l. legatarius, ff. de excusa. tuto. Angel. de malefi. §. & eius bona publicamus n. 13. Segura in l. cohæredi. §. cum filiæ, ff. de vulga. n. 73. Iass. in l. filiusfamilias, §. diui. in repetitione, n. 9. ff. de lega. 1. pluribus alijs relatis per dictū Molina hoc tenentibus dicto n. 5.

SVMMARIVM.

Angariangarum, parangiangarum, & plaustrorum ius est de Regalijs, num. 1.

Angaria quid sunt, n. 2.

Angaria est coactio, n. 3.

Angaria quæ seruitus sit. 4.

Parangaria quid sit, n. 5.

Angaria, & Parangaria sunt onera Patrimonialia, n. 6.

Regalia angariarum, & parangariarum vbi tractetur, n. 7.

Regalia pariangarum in quo consistat; num. 8.

Regalia angariangarum, & parangariarum obseruatur in Catalonia, n. 9.

Parangariæ, & angariæ consideratæ in Curijs anni 1599. n. 10.

Angariæ, & parangariæ qualiter considerentur in Catalonia, n. 11.

Regalia angariarum, & parangariarum seruatur soluto precio, n. 12.

Opera vassallorum tempore necessitatis possunt redigi ad pecuniam, n. 13.

Necessitas quando dicatur adesse, n. 14.

Rex iudicat de sua necessitate, n. 15.

Necessitatem allegante Rege, ei credendum est. n. 16.

Regalia angariarum, extenditur ad cursum publicum qui dicitur la posta, num. 17.

Postas arripere sine licentia nemini licet, num. 18.

Regalia angariarum pariangarum, & plaustrorum communicatur, n. 19.

Regalia angariangarum pariangarum, & plaustrorum quomodo adquiratur, n. 20.

Homines proprij qui dicantur, n. 21.

Castrorum terminatorum iura, n. 22.

Iura castrorū sunt inprescriptibilia, n. 23.

Castra edificare nemini licebat sine licentia, n. 24.

Castri edificandi licentia, quæ comprehendat, n. 25.

Operas vbi teneantur Vassalli prestare, num. 26.

Vassalli non possunt extrahi à territorio ad prestandas operas, n. 27.

Operas qui prestare teneantur, n. 28.

Onera realia secuntur Rei possessorem, num. 29.

Actio Realis datur pro operarum prestatione, n. 30.

Actio Realis quæ requirat, n. 31.

Onera Realia soluunt priuilegiati, n. 32.

Onera personalia qui teneantur prestare, num. 33.

Milites quæ onera teneantur soluere, n. 34

Milites an sint exempti ab angarijs, & parangarijs, n. 35.

Priuilegia an cessent tempore necessitatis num. 36.

Necessitatis tempora sunt priuilegiata, num. 37.

Excusatio quando non admittatur, n. 38.

Exemptio concessa ad quid extendatur, num. 39.

Remissio operarum per quæ verba indicatur. n. 40.

Regaliæ quando censeantur concessæ, num. 41.

Regaliæ, ex quibus verbis concessa dicantur, n. 42.

Vassalli quas operas teneantur prestare domino, n. 43.

Deterioratio rerum, sit reficienda, n. 44.

Cap. 19.

Cap. 19. De Regalia Angariangarum, Parangariarum, & Plaustrorum.



1 Ngariangarum, Parãgariarum, & Plaustrorum ius Regale esse, & inter Regalias connumerari apatet, ex cap. vni. quæ sint Regaliæ in vsib. fœudo. idem refert Natta.con.185.n.3. Sixtinus de Regali.lib.1.c.6.n.36. Roscentau.de fœud. c.5.de Rega.conclu.70. in principio vbi definiens. Angariam dicit. quod
2 *Angaria*, verbum descendit à quodam verbo Greco, quod Latinè sumitur pro *Cogere*, quasi Angaria sit coactio
3 quedam, quæ Regi competit aduersus vassallos, vt equis proprijs, iumentis, plaustris. nauiumque prestationibus ad cursum publicum deseruiant. Sixtinus de Rega.lib.2. c.13. à principio, & per totum. diuersimode tamen. provt ipse Roscentau. vbi suprà. Et quod ius hoc sit Regalia atestatur. Calici. in marga. fisci dubio 8. casu 84.

Licet enim prædicta diuersa nomina, sub vna generali regula, prædictæ seruitutis comprehendant Autores. Nilominus tamen. inter eos constituit differentiam Roscentaul.
4 vbi suprà, dicens. quod Angariæ sint munus personale quando. subditi personaliter seruiunt, sed sumptibus Regis. Sixtinus d.c.13.n.17. de Angarijs loquitur tex. in l.2.C.de propo.Sacri. Cubi.lib.12. & l.vltima, §.patrimoniorum autem, ff.de mune.& honori.
5 Parangariæ verò sint, quando quis personaliter seruit, expensis tamen suis. vt in dicto c.1. in vsibus fœudo. verbo *Parian gariarum*. Afflic. de Rega. §. Angariæ n.3. Sixtinus verò dicto c.13.n.7. dicit Angarias esse prestationes equorum ad cursum publicum. Parangarias verò esse prestationes personales. quæquidem ouera
6 patrimonialia appellat Afflic. in vsibus fœudo. §. Plaustrorum n.4. dicẽs, ex Bar. in l.ea quæ, C.de mulier.& in quo loco lib.10. Sixti. dicto c.13.n.23. & n.33.
7 De hac Regalia locuntur iura in l. 2.C.de Episc.& Cleri. ibi *Ad Parangariarum quoque prestationem*, & ibi *Omnibus Clericis huiusmodi prerogatiua*. & in titu. C. de cursu pub.lib.12. quæ propriè Regi competit. Sixtinus dicto c.13. n.28. iuxta tradita per Doctores in dicto c. vni. Afflic. vbi suprá n.3. Natta con. 185. n.3. & 5. allegans Bar. in l.1.C. de excusa mune. lib.10. Bal. in l. cum multa. in fine, C. de bonis qualibet.
8 In summa igitur. Conclusio in hac Regalia hæc est. quod in casibus necessitatis, vassalli tenentur operas Regi prestare, tam personales. quam cum iumentis, curribus, & alijs, vt ex infra dicendis apparebit. Sixtinus de Regali lib. 2. c.13. per totum. quod
9 quidem ius fuit recognitum in Catalonia, in Curijs anni 1599. cum capitulo 48. dictarum Curiarum. cumquo per Curiam fuit suplicatum Regi. quod dignaretur sua Regia Maiestas, ne per suos ministros, in præsenti Principatu caperentur plaustra, neque animalia ab agricolis, neque ab alijs personis, ad effectum aduehendi ligna,
10 na, seu alias res ad fabricam tirremlũ, nisi à personis habentibus prædicta plaustra, seu animalia ad conductum. & quæ solita essent aduere. & dato quod essent capienda ab agricolis, non caperentur in mensibus Iunij, Iulij, Augusti, & Septempris vsque ad medium Decembris. Cui petioni no-
11 luit Rex absolute annuere. Sed iussit. quod á cætero augeretur precium, ad rationem duorum denariorũ pro vno quoque quintali. monendo Regios Officiales, ne molestẽt agricolas, nisi

nisi quánto minus possibile sit. appa-
ret igitur. prædictam Regaliam in
Catalonia practicari, & esse de supre-
mis Regalijs hoc ius. de quo memi-
nit Andreas Gaili lib. 2. obser. 62. n. 12.
Afflic. vbi suprá n. 13.

12 Hoc autem ius Regaliæ accipien-
di plaustra, & alia ad Regis serui-
cium, & necessitatem, intelligendum
est soluto precio iusto. vt ait Rollan.
tom. 2. con. 69. n. 18. quod confirmat.
ex l. 2. C. de nauicu. non excus. lib. 11.

12 Opera verò, quæ à vassallis Regi
sunt prestanda, possunt ab eo tempo-
re necessitatis, ad pecuniarum æsti-
mationem redigi. iuxta tradita per
Roscen. de fœud. c. 5. concl. 70. n. 7. &
plures Doctores per eú allegatos ibi-
dem in additione littera H. inter quos
est Bal. in l. 1. C. de operi. liberto. & in
c. 1. §. penul. n. 10. de pace iuran. fir-
man.

13 Sed quando dicatur constare de
necessitate? Respondeo, quod à Re-
14 gis assertione. quia sufficit, quod ipse
dicat necessitatē extare. cū Principis
15 assertioni hoc casu sit stādum ex plu-
ribus relatis per Rollan. à Valle to. 2.
16 con. 1. à n. 190. cum sequentibus.

17 Comprehenditur etiam sub hac
Regalia, ius accipiendi equos ad cur-
sum publicum. quam barbare apella-
ri *Postas*, atestatur Roscentau. dicta
concl. 70. n. 4. cōfirmans ex l. 1. C. de
cursu pub. lib. 12. vbi latè materia cur-
sus publici, idest *de las Postas* tracta-
tur. quod etiam agnouit Sixtinus de
Regali. lib. 2. c. 13. n. 42. & 43.

18 Est etiam ius huius Regaliæ, quod
nullus potest arripere iter *a la Posta*,
sine licencia Regis. seu illius qui Re-
git officium. quod insinuat l. 3. C. de
cursu pub. ibi *Euictiones ab omnibus
postulentur*. verbū enim illud *Euictio-
nes*, licentiam significat ita Pratelus
in suo lexicon iuris verbo *Euictiones*,
l. nullus. 11. C. eod.

19 Prædictum ius Regaliæ, licet sit de
superioribus Principis, vt refert Ca-
li. in Margari. fisci dubi. 8. n. 84. ali-
quoties verò communicatur inferio-
ribus, aut ex Principis concessione,
aut consuetudine, seu conuētione, aut
20 præscriptione immemoriali. Bouadi.
in sua Politi. tom. 1. lib. 2. c. 16. n. 183.
& sic inferioribus à Principe, po-
test competere. Roscentau. dicto c. 5.
conclus. 71. & hi homines. qui prestāt
has operas, homines proprij solent
21 nominari. propter has, & alias ope-
ras. de quibus habemus titulum in
nostris constitutionibus. *De homens
propris.* & prædictum ius Regaliam
esse. atestatur Bouadilla in sua politi.
tom. 1. lib. 2. c. 16. à n. 183. cum sequen.
ex sententia Andreæ de Iser. in titu.
quæ sint Regali. verbo *Angariæ, &
Plaustrorum.*

22 Ex quibus existimo, esse iura quæ-
dam quæ in Catalonia attribuuntur
castris terminatis. quæ enumerat Oli-
ba ad vsati. alium namque, c. 9. n. 15.
& Cancer. 3. tom. variar. c. 13. de iurib.
castro. n. 32. quæquidem iura ad simi-
23 litudinem Regaliarum sunt in præs-
criptibilia. Cancer. ibidem n. 37. quia
cum à principio, castra fuissent Re-
gis, cum nemini liceret edificare ea
24 sine illius licéncia, vt de iure commu-
ni atestatur Cancer. lib. 3. var. c. 13. de
iurib. castro. n. 14. ex mente Panor.
con. 62. n. 14. lib. 2. Antu. à Petra de
potesta. Princi. c. 8. n. 9. cum sequen.
Francis. Marc. decis. 368. n. 7. Marqui.
in vsati. Rocas. paulo ante finem. So-
car. in cōmemo. Petri Alber. c. si verò
aliqui allodiarij n. 15. inde cum con-
25 cessio Principis facta fuerit, iura illa,
quæ ratione castri cōpetebant in illis
seruitutibus, ad dominos eorum fue-
runt translata.

26 Hæ autem operæ, solum sunt pres-
tādæ intra territorium domini, argu-
mento. l. operæ enim, ff. de oper. liber
tradit, & sequitur Roscen. dictu c. 5.
27 conclu. 71. & ibi additiones littera F.
neque

neque à territorio possunt extrahi. dicta l.operæ,& sic fuisse decisum refertur in dicta additione ad dictum Roscentau. dicta littera F. Sixtin. de Regali.lib.2.c.13.n.68.

28 Sed quæri potest, an à prædictis prestationibus sint aliqui exempti. quam dubitationem, diuisione quadem solent scribētes dissoluere. constituentes differentiam, inter seruicia personalia,& realia,ita vt,ea quæ rea-
29 lia sunt,& rei adherent,cuius ocasione prestanda sunt, has omnes indistincte teneantur prestare,qui ipsas res possident.neque ab earum prestatione,quisquam se poterit excusare.quia
30 non ipsæ personæ,hoc facere tenentur. Sed res ipsæ sunt obnexiæ, & sic actione reali tenentur.l.in rem.l.officium, ff. de rei vindica. quia præcipuum requisitum est, videre,an con-
31 uentus possideat. & hoc est,quod Iudex prius debet inspicere, videlicet. si reus conuentus possidet rem, obligatam ad prestationem seruicij petiti.& sic aptestatione prædicta non excusantur,ratione priuilegij personalis l.sunt munera, l.ab his.ff.de vaca.& excusatio.mune. l.fina. §.patri-
32 monium verbo *Ab huiusmodi*.ibi *Nam quædam ex his muneribus, sine patrimonijs indicuntur veluti agminales equi, vel mulæ, & angariæ*. ff. de mune. & hono.l.2.3.6.& 9. C.de mune. patrimo.lib.10. l.fina. C.de exac. tributo. lib.10.& expressè Tex. in l.maximarum cum l.sequenti.C.de excusa.muner. si verò onera, & seruitutes sint
33 personales, non adherentes rei, tunc Clerici,Milites,& qui priuilegio Militari gaudent, à prestatione earum
34 sunt immunes.de Clericis est Tex. in l.1.& 2.& auth. de Epis. & clericis de Militibus est Tex.in l.fina. §.siue autem.ff.de mune.& honori. l.ab his.§. angariarum prestatio, ff. de vaca. &
35 excusa.mune. l.2.& fin. C.de verera. de gaudentibus priuilegio Militari, quales sunt vtriusque iuris, & medicinæ Doctores.l.fina.§.fina.ff.de muneri.l.medicos,& l. fin. C.de profes-
36 so. & medicis prædictl autem exēpti, ob priuilegia enarrata, non erunt exempti in casu necessitatis. quia eo casu, etiam tenebuntur plaustra, & animalia, & naues acommodare ad
37 seruicium Regium.maximè si ineuitabilis est necessitas.toto titu.de quibus muneribus, seu prestatio nemini liceat,se excusare l.penul.l.fina.C.de
38 naui.non excusan.lib.11. l.ad portus, 7.l.omnes.C.de operi.pub.Tiraquel. de Nobili.c.20.n.167.& 169.& sic est intelligendus Tex.in l.2.C.de Sacrosanct. Ecclesi. hoc idem atestatur Rollan.a Vall.tom.2.con.69. Roscentau. de fœud.c.5.conclu.72.in fine, & ibi additio. littera. H. Sixtin. de Rega.lib.2.c.13.n.32.Tiraquel.de Nobilitate c. 20. n.169.

39 Sed an ex simplici exemptione concessa,censeantur exempti ab omnibus oneribus? & dicendū est. quod ex ea solum censentur remissæ operæ personales, non verò reales l.fina.§. vlti.ff.de mune.& hono.l.qui immunitatem. 3. & ibi glos.Bar. Ioan. de
40 Platea. C. de mune.& hono. Sed per quæ verba inducatur remissio ab omnibus.vide Roscentau.l.de fœud. c.5. de Rega.conclu.86.ad quem recurrere poterit cupidus lector, nam propriè non est huius loci referre ea, quæ extra veram intelligentiam Regaliæ sunt. licet concernere videantur ratione depēdentiæ,seu connexitatis.

41 Hoc autem ius non censetur concessum dominis tēporalibus, habentibus in suis terminis, omnimodam iurisdictionem etiam, & merum Imperium.quia ex cōcessione meri Imperij,non habebunt concessa iura Regaliæ.prout supra, millies dictum est;
42 & hoc idem censet Horati.Monta.de Regali.Titulo,& plaustrorum.nisi in con-

concessione merij Imperij, fuissent apposita verba, sufficiencia ad comprehendendum Regalias.

43 In hoc verò Principatu Cataloniæ dominus Castri terminati, habet quoddam ius ad instar Regaliæ. quia vassalli, tenentur aliquas operas domino Castri præstare, pro opere foraneo ipsius. iuxta tradita per Cancer. 3 tom. vari. c. 13. de iuri. castro. á n. 33. cum sequen.

44 Sed quid dicendum si plaustorum, & parangariarum, & angariarum seruitutes deteriorentur. Sixtinus de Rega. dicto lib. 2. c. 13. n. 78. resoluit per Regem refectionē esse fiendā l. Item si verberatum. §. 1. ff. de reiuindica. & alijs iuribus per eum allegatis.

SVMMARIVM.

Rex tenetur vassallos in pace habere, num. 1.

Rex tenetur disponere omnia ad pacem, num. 2.

Æqualitas in contractibus seruanda, n. 3.

Mensura, & pondera à quibus introducta num. 4.

Regalia est pondera, & mensuras taxare, num. 5.

Mensuras taxare, & officium creare, est de Regalijs. n. 6.

Vendens cum mensuris non legitimatis falsum committit, n. 7.

Pondera, vel mensuras adulterans, an delinquat, n. 8.

Regalia est, pondera, & mensuras assignare, n. 9.

Pensum Regium est assignatū Barcinonæ ad omnia quæ venduntur ad pondus, num. 10.

Pensum Regium in publica subhastatione locatur per Baiulum Generalem, n. 11.

Vendere ad pondus in Barcinone est prohibitum nisi in penso Regio pendantur, num. 12.

Mensuræ, & pondera sunt in vtilitatem contrahentium, n. 13.

Expensæ in ponderando à quo soluantur, num. 14.

Titulus præsumptus inducitur, ex immemoriali possessione, n. 15.

Titulum præsumptum allegare sufficit, num. 16.

Pensum Regium ex quá causa expectet Regi, n. 17.

Pensa publica, quæ habet Ciuitas Barcinone, n. 18.

Rex habet impignorata aliqua officia ciuitati Barcinone, n. 19.

Mensuras iustas dare, est de Regalijs, num. 20.

Mensuræ publicæ à quibus administrentur, n. 21.

Coporum solutio quare introducta, n. 22.

Coporum ius quarē ita dicatur, n. 23.

Coporum solutio qua forma fiat, n. 24.

Coporum ius vnde traxerit originem, num. 25.

Coporum solutio controuertitur, a Ciuitate Barcinone, n. 26.

Coporum ius non est vectigal, n. 27.

Vectigal quid dicatur, n. 28.

Vectigal qualiter soluatur, n. 29.

Coporum ius assimilatur Alcaua de Castella, n. 30.

Venditæ res quandoque recipiunt diuisionem, n. 31.

Coporum ius ex quibus debetur, & quando, num. 32.

Coporum solutio debetur vbi fit translatio dominij, num. 33.

Coporum ius soluitur ex mensura, n. 34.

Coporum ius in parte fuit venditum per Regem, n. 35.

Vendere non licet sine mensuris publicis, num. 36.

Coporum ius an soluatur de granis, quæ venduntur in suburbibus Barcinone, num. 37.

Suburbia dicuntur esse de Ciuitate, num. 38.

Coporum ius soluitur de granis Regis, num. 39.

M Cap. 10

Cap. 20. De Regalia dandi Pondera, & Mensuras.



1 Omino Regi expectare, subditos in pace, & quiete habere, eosque ad inuicem non decipi. tritissimum est, & vniuer-
2 sale, & totius Reipublicæ cõmodum. Vnde ipsis Regibus incumbit, disponere ea omnia, quæ ad prædicta sunt necessaria. & cum ad inuicem con-
3 tractus celebrentur, qui vtiles, & non nociui debent esse. inde æqualitas in eis est seruanda. cum enim omnes fere contractus ad pondus, vel mensuram celebrentur, pondera publica,
4 mensuræ etiam publicæ fuerunt stabilitæ. Hæ autem à Regibus, & Principibus initium habuerunt. vt ex Dionisio lib. 52. Historiæ Romanæ pag. 637. in paruis voluminibus. re-
5 fert Horati. Monta. in tractatu de Regali. §. fina. in princi. inde asserens, Regaliam esse, concedere mẽsuras publicas, & pondera, & sic Reges desig-
6 narunt certum officiũ, ad hoc, vt omnia põdera, & mẽsuræ per obtinẽtem illud adequarentur. quod in hac Ciuitate Barcinone, vocant *Afinador.* &
7 sic, si quis ponderat cum Romanis, seu balãsis non affinatis, nec marcatis per eum, falsi crimen committit. vt atestatur Barbo. de Auto. & potest. Epis. to. 2 allega. 51. à n. 46. cõstituit tamẽ in numeris sequẽtibus. diuersas quæstiones
8 circa vendentes merces, cum ponderibus per alios adulteratis. & alios modos, qui eueniunt ex adulteratis põderibus. quos longum esset hic recensere. Igitur de Regalijs est hoc ius marcandi pondera. & est in hac Ciuitate quoddã officiũ de quo loquar infra. & licet hãc facultatẽ cõcedẽdi. nõ repererim inter Doctores tractantes
9 de Regalijs. tamẽ atestatur dictus Mõtanus. Cassaneum in Catalogo Gloriæ Mũdi p. 5. cõsidera. 24. inter iuraR egalia hoc statuisse. & experientia nos do-
10 cet, in hac Ciuitate Barcinone, vbi ad est pensum Regiũ, in quo omnes merces quæ venduntur ad pondus, sunt pendẽdæ. Hoc ius de biennio. in biẽnium in publica subastatione, locatur
11 per Baiulũ Generalem, & fiũt preconia per Ciuitatem, de eius mandato. prohibendo ne alibi merces venditæ ponderentur nisi in dicto loco publico destinato, subcertis pœnis, in preconijs cõtẽtis. & ratione cuiusq. põderis, soluitur quid minimũ, per vẽditorem,
12 & emptorem, habito respectu ad eos.
13 Cum enim hoc, quod est habere põdus, & mensurã iustã, & æqualẽ, esset in beneficium contrahentiũ, non erat æquũ, nec rationi consonũ. quod expensis Regis sustentarentur expensæ
14 fiendæ. Sed quod ex ipsatũ mercium valore, soluetetur Ius, quod pro labore pendendi, vel mensurandi prestatur.
De principio huius pẽsi Regij, nunquam potui inuenire noritiam, ex Regestris verò in Baiulia Generali, à cẽtenarijs retro annis, apatet, locationes publicẽ, & palã per BaiulũGeneralem fuisse factas. & sic ex hoc tẽpore immemoriali est titulus præsumptus l. 2. §.
15 idẽ labeo. iuncta glos. ff. de aqua plu. arren. l. 4. §. ductus aquæ. ff. ac aqua quotidi. & æsti. c. super quibusdam, §. prætera, ff. de verb. signi. vnde sufficit allegatio huius tituli, absq. illius pro-
16 ductione. Rota in nouissimis. lib. 13. p 3 decis. 220. n. 7. Thes. lib. quæstin. forẽ. q. 27. n. 15. 19. & 20. Rota in nouissi. 2. p. decis. 179. & apud Seraphi. 1042. n. 5 ex quibus cẽsetur. Fiscũ Regiũ posse-
17 disse dictũ pẽsum iuxta tradita per Anto. Gomez in l. 45. Tauri. n. 97. Soci. iunior. cõ. 126. n. 2. vol. 2. Cuma. in l. qui bona, §. fin. ff. de adqui. posses. Peralta in l. cũ pater. §. filia, ff. de lega, 2. n. 81.
18 & 84. licet enim sint alia pẽsa publica separata, quę administrat ciuitas Barcinone, qualia sunt pensum farinæ, pensum

penſum pallæ, penſum lignorum,
penſum piſcis. hæc penſa particula-
ria, adminiſtrat Ciuitas ex cauſa in-
pignorationis, quam fecerunt Re-
ges de illis, cum alijs facultatibus. vi-
19 delicet. Baiulos extrahendi ad ſor-
tem. Adminiſtratores platearum tri-
tici, ædilium, & aliorum officiorum.
de quibus vertitur lis inter Fiſci Pro-
curatorem Baiuliæ Generalis, & Ci-
uitatem, & proceſſus intitulatur, *De
les nòu facultats.*

Aliud ius eſt habendi menſuras
20 publicas, ad menſurandum grana,
quecumque venduntur. & ſic Rex
habet menſuras publicas, in platea,
vbi publicè venduntur grana, nomi-
nata *Laplaſſa del blat*. quas menſu-
ras adminiſtrant officiales, per Re-
gem nominati qui dicuntur. *Meſu-
21 radors.* qui ſubſunt alio officiali Re-
gio vocato, *Coper major.* cui incum-
bit vt menſuræ iuſtæ, & adequatæ
ſint. His officialibus, & pro expen-
ſis fiendis in adminiſtratione men-
22 ſurationis, ex ipſis granis, voluerunt
Reges, quod ſalaria preſtarentur. vt
ex qualibet quarteria ſoluere-
tur quid minimum, ex eodem gra-
no, quæ quantitas appellatur, *Dret
de cops*, & hoc ſoluitur diuerſimo-
23 de, videlicet. ſi venditor eſt alie-
nigena, ſoluit tres quarterias triti-
ci, pro centenario. ſi verò qui vendit
eſt Ciuis Barcinone, & granum quod
24 vendit, eſt ex ſua laboratione, ſeu
cultura, nil ſoluit. Si verò eſt de ne-
gociatione, ſoluit medium ius, vide-
licet quarteriam. & mediam, pro
vno quoque centenario, & hic eſt
ſoluendi modus. Hoc autem ſoluen-
25 di ius, eſt antiquiſsimum, de cuius
inicio nullibi reperitur memoria,
licet multum inſudauerim, inueſti-
gando diuerſas ſcripturas, tam in Re-
gali archiuo. quam in Baiuliæ *Gene-
ralis* proprio archiuo.
26 Circa verò modum ſoluendi hoc
ius *Dels cops*, quod proprium eſt men-
ſuratici. magna eſt controuerſia, in-
ter Syndicum Ciuitatis Barcinone
ex vna, contra Fiſci Procuratorem
Baiuliæ Generalis ex altera, & alios
ad dictam cauſam intereſſe haben-
tes. qui nominantur. *Los hereters.* con-
fundentes hoc ius, in eius nomina-
27 tione, appellando illud *Vectigal*, in
hac nominatione adeſt magnus er-
ror. Nam *Vectigal.* ſoluitur de mer-
cibus in ingreſſu, ſeu exita Ciuita-
tis. & hoc propriè *Vectigal* appella-
28 tur. ſiue in hac Ciuitate *Lleuda*, quod
ius in pecunia numerata ſolet ſolui.
iuxta tradita per Gutier. de Gabel.
29 lib. 7. quæſt. 1, num. 8. cum ſequen.
Hoc verò ius *Dels cops*, habito reſ-
pectu, & conſideratione ad modum,
quo ſoluitur, aſsimilatur illo iuri,
30 quod in Caſtella ſoluitur, & appel-
latur Caſtellane *Alcauala*, quod ſol-
uitur de eadem re iuxta tradita
per Gutier. vbi ſuprà num 16. cum
ſequen. quia licet in Caſtella ſolua-
tur *Alcauala*, in pecunia, eo eſt.
31 quia res quæ venditur, multories
non recipit diuiſionem, pro vt re-
cipiunt grana. Secus verò eſt. quan-
do venduntur panna, ſeu merces,
cericæ. Ex quibus apparet, quod
hoc ius *Dels cops*, non debetur tan-
32 quam *Vectigal*, ſeu impoſitio, ſed
tanquam precium pro onere men-
ſuratici, quod debebatur. quia non
debetur hoc ius, niſi quando ven-
ditur, vel quando expenditur in
Farina. veluti *En los pallols.* & ſic
33 toties, quoties grana tranſmit-
tuntur de vna manu, ad aliam,
permodum menſuræ, quia fit tranſ-
latio dominij, de qua, debetur ius
menſuratici, iuxta tradita per Gu-
tier. de gabell. lib. 7. quæſt. 19.
nu. 7. quod confirmat maximè quæſ-
tio. 25, num. 16. & quod hoc ius ſit
circa rem menſuratam, ratione men-
ſuræ, conſtat ex inſtrumento ven-

ditionis, *de certa parte* iuris mensuratici. siue *dret dels cops*, in fauorem Regis factæ 21. Iulij 1446. in processu supra mentionato. fol. 66. vbi enuntiatur quædam venditio, facta per Regem Iacobum 6. Idus
35 Martij 1266. *de certa parte* iuris coporum ibi. *Super parte quam, & quod dictus Rex habebat, & percipiebat in quarteria bladi Ciuitatis Barcinone.* & in eodem Instrumento. ibi *Totam partem suam, & ius quod, & quam per alodium habebat in quarteria bladi,* neque licet alicui, vendere sine his
36 mensuris, quia eo ipso quod publicæ mensuræ, authoritate Regis sunt destinatæ, singulares homines non possunt aliter vendere. l. arbitrio. 18. §. de eo in fine. ff. de dolo malo. vnde iure publico instituta, est obseruanda l. ius publicum. 38. l. inter debitorem 41. ff. de pac. l. qui luminibus. 11. ff. de seru vrbano. prædi. l. vlti. in fine. ff. de serui. & aqua, l. 1. C. de edifi. priua.

37 Hoc igitur ius mensuratici, quod soluitur ratione granorum, quæ venduntur, non solum est soluendum de granis, quæ venduntur intra Ciuitatem Barcinone, sed etiam in suburbibus illius. vt fuit declaratum cum duabus Regijs sententijs, quæ sunt in processu in Regio Consilio Baiuliæ Generalis inter dictas partes, quæ leguntur. fol. 128. & 130. quia Ciuitatis nomine veniunt suburbia, vt atestatur Abb. con. 52. n. 6. lib. 2 & ex l. incontinentibus. 147. ff. de verbo. signi. argumento, quod desumitur ex l. absentem. 199. ff. de verbo. signi. faciunt tradita per Abb. in c. Rodulfus de
38 rescrip. & sic apparet. Hanc Regaliam esse facultatem habendi mensuras, & pondera publica. ad perfectionem omnium contractuum, qui ex mensuratione, seu ponderatione perfectionem recipiunt. Et non solum
39 soluitur hoc ius *dels cops* per ciues, verum etiam, & de granis quæ venduntur per ministros Regis, si non sunt de cultura suarum terrarum. vt legitur in Regia sententia lata 26. Nouembris 1468. ex frumento Reginæ, & ex littera Regis Iacobi 16. Calendas Maij 1307. quæ scripturæ sunt in dicto processu. & sic de meo tempore fuit practicatum, de magna ordei quantitate per ministros Regis, venditi, de eo, quod supererat, ex prouisione facta pro bello contra fortitudinem de Leueata. & sic Regalia consistit, in mera facultate habendi mensuras, & pondera publica, ad perfectionem omnium contractuum vt dictum est.

SVMMARIVM.

Saluaguardia est Regalia, num. 1.
Saluaguardiam concedere solo Regi competit, n. 2.
Saluaguardia quid sit, n. 3.
Offendens existenti sub Saluaguardia magis offendit Principem, n. 4.
Saluaguardia quibus nominibus appelletur, n. 5.
Saluaguardia in veteri testamento cognita, n. 6.
Saluaguardia à quo danda, n. 7.
Saluaguardia quotuplex sit, n. 8.
Saluaguardiam an Vicarij possint concedere, n. 9.
Saluaguardia in locis Baronum à quo danda, n. 10.
Saluaguardiam solus Princeps concedit num. 11.
Titulos praeheminentiæ concedere cui pertineat, n. 12.
Saluaguardiam concedere de iure Cataloniæ cui liceat, n. 13.
Verba quando dirigantur ad Principem, num. 14.
Vicarij Saluaguardiam concesserunt de facto, n. 15.

Vicarij

Cap.21.De Regalia concedēdi Saluaguardiam,



1 Egalia Principis, solum ei expectans, est concessio Saluaguardiæ, vt atestatur Iacobus Cali. in extragraua. curi. dubio.7.prærogati.88.mihi pag.42. di-
2 cens expressè.quod ad solum Principem Cataloniæ pertinet eam concedere, vt infra latius dicetur. Est autem
3 Saluaguardia, Protectio Regia, quā Rex, eos quibus eam concedit, ponit sub eius protectione. ita vt ofendens existenti sub ea, prius dicatur, Regiæ
4 Maiestati ledere, quam ei. Hanc Saluaguardiam Aufrerius in Regæ.1.
5 fallen. 12. nominat velum Regium amparamētum Principis. Hæc autem protectio, seu Saluaguardia, iam inueniteri testamento legitur. Genesis c.15.
6 n.1. loquens Deus cum Abraham ait: Noli timere Abraham: *Ego Protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Et numeri. c.14. loquens Moyses ad dominum dixit: *Et nubes tua protegat illos,* Deuteronomij c.32. n.38. *Et in necessitate vos protegant,* & lib. 4. Regum c.19. n.34. loquens Deus dicit: *Protegam vrbem hanc, & saluabo eam propter me.* & Iob. c.14. n.13. *In inferno protegas me,* & Psal.67. ait Rex Dauid: *Protexisti me à conuentu malignantium,* & Psal.90.n.1. *In Protectione Dei cœli commorabitur.* & in multis alijs locis Sacræ Paginæ apparet. diuersis personis Deum omnipotentem eis Saluaguardiam concessisse, eos sub vmbra sua constituentem.

7 Hoc autem ius concedendi Saluaguardiam, de supremis Regalijs est. & solum Regi pertinet, eam dare, non verò alijs inferioribus. Boeri, decis.179. in princi. vbi legibus. & Doctorum authoritatibus hoc probat. Calici. in Margar. fisci dub.8. n. 14. casu 88. Hæc autem Saluaguardia, propriè est, de qua loquitur vsaticus
8 simili modo, cum iuxta mentem Guillermi de Vallesica. in vsatico authoritate; & rogatu, constituat differentiam, inter Saluaguardiam, quæ datur à Principe. In vim priuilegij, de qua hic. ab ea, quæ oritur ex vsatici, seu constitutionis dispositione, vt ex vsati. authoritate. & rogatu. prove retulit Philipus Vinyes in suo incepto libro non dum completo de Curijs Principatus Cataloniæ. discursu 8. n.186. de qua materia latius in capite de Regalia in vim vsati. simili modo. agam.

Esse igitur hanc concessionem, de Principis

Principis Regalijs,ateftatur Calicius in dicta prærogatiua 88.afferens.hanc
9 gratiam,non poffe concedi per Vicarios.licet non defuerint Doctores, qui antiquitus dixerint,poffe Vicarios eam concedere.moti fiquidem ex iure particulari huius Principatus. ex conftitutione Regis Iacobi Secundi, in Curia Montisalbi, quæ eft conftitutio fecunda fub titulo. *de guiatges.*
10 in illis verbis. *O Veguers*,quafi innueret Rex, in illis verbis, & voluerit, quod Vicarij poffent aponere Saluaguardiá in alijs cafibus, præterquam in comprehenfis in dicta conftitutione,qui erant in terris Baronum, afferentes tamen dicti Doctores. quod cafu quo, Vicarij talia facerent. non effer ex facultate propria eorum. fed excommunicatione vfus dictæ Rega-
11 liæ. Hac etiam extante eorum interpretatione,prædictam opinionem refutat Cali.dicés ad folum Principem expectare,virtute fuæ fupremæ iurifdictionis Regalis, tam de iure communi, ex Tex.in auth. de mandatis. Prinei. cola.3. §.titulos c.20. iuncta
12 glof.verbo *Titulos*.vbi poft quam Imperator prohibuit,ne liceat alicui cócedere titulos præheminentiæ locis aliquibus,fub pœna,quod eo ipfo fint fifci ait. *Si enim caufam foli Imperio, & Fifco delatá*,&c.quibusverbis,fatis videtur, foli Principi licere. Salua-
13 guardiam concedere.& de iure noftro Cataloniæ, probatur hoc videlicet. quod folum competat Regi.non verò alijs. etiam ex communicatione, ex relatis ab Anto.Oliba ad vfatl.Alium namqne c.15. á n.30. ex verbis dictæ met conftitutionis.3.ibi *Farem, è Vfarem*, quæ verba. clare funt prolata in perfona ipfius met Regis, & fic non
14 poffunt acommodari alijs quàm Regi. & licet verba prædicta *Veguer*, ò *Officials*, legantur in dicta conftitutione. Tamen dicta verba poffunt in-
15 telligi,quatenus de facto Vicarij concefsiffet.non quod de iure eis liceret, quæ Interpretatio defumi poteft ex confti.3.eiufdem met tituli. quæ eft Iacobi Secundi in tertia Curia Barcinone,vbi difponitur,quod folum Re-
16 gi liceat, Saluaguardiam concedere. non verò Vicarijs, quod fi de facto concefferint, nullius fit efficatiæ,vel
17 pro non factis habeátur. poteft etiam aliter hoc intelligi. vt dicatur. quod dicta verba *Veguers*,funt apofita in directionem priuationis,quám habet. non concedédi talem Saluaguardiam, & fic interpretatur dictam conftitutionem Calicius dicto loco.confirmás
18 fuú dictum ex l.3. §.fina.ff.de manu. teftam.vbi ftatuitur.quod verba negatiuè pofita, non inducunt difpofitionem,ficuti verba priuatiua non inducunt habitum, l.ex facto. ff.de hære.
19 infti.refoluens.quod verba dictæ cóftitutionis. quatenus eos nominat, fit habito refpectu,ad executionem Sal-
20 uaguardiæ,non quo ad cócefsionem. ita vt fit fenfus. quod Saluaguardia, vel Penon, quando conceffa fuerint, non inmitantur. in terris Baronum, feu Militum. declarans hoc dictum. quod Saluaguardia non pofsit imponi in terris Baronum,ita intelligatur, fi locus fit Baronis, vel Militis de iu-
21 rifdictione. nam fi iurifdictio effet Plebei,& locus effet Militis. quod ad fructus,benè poffet apponi Saluaguardia,iuxta declarationé Mier.vbi fup.
22 n.9.quia dominium alicuius loci præcipuum eft ratione iurifdictionis,non verò commoditatis percipiédorum fructuú,& fic, fi. iurifdictio eft Baronis,vel Militis,non poterit poni Sal-
23 uaguardia.licet fit Plebei quo ad fructus. ficuti poterit apponi. fi iurifdictio fit Plebei, commoditas verò percipiendi fructus fit Militis.quam fententiam fic declaratam, amplectitur Mier.ad dictam confti.2. pag.185.n.3. pro conftanti tradens.quod hæc con-
24 cefsio,eft Regalia foli Principi competens.

petens. & de superioribus, quæ ab eo
separari non potest, cum non possit
ad se recurrētes,& sub sua protectio-
ne intra mittētes ab ea proijcere.cum
25 esset contra suum Regium officium,
vt supra dictum est c.6. de Regalia
recursus, ex causa opressio. & Mier.
vbi suprà dicens.quod si hanc Rega-
liam alteri communicaret, faceret il-
26 lum Regem, & ipse desineret esse.
quod facere non potest. Nec quidquā
in contrarium facit huic resolutioni,
hoc quod videmus practicari. videli-
cet. quod similes Saluaguardiæ con-
ceduntur per Excellentissimos Lo-
27 cumtenentes Generales, qui in om-
nibus Regijs actibus, Regis personam
representat, vt atestatur Franciscus à
Ponte de potesta. Proregis Titu. 7.
§.6.n.3. & in Regno Neapolis abso-
lute Proreges concedere Saluaguar-
dias atestetur á Ponte.Titu.de diuer.
28 prouisio licentijs, §.1.de insig. & ar-
mis n. 13.in Catalonia tamen hi non
nomine suo,sed nomine Regis expe-
diunt, provt fit in concessiune quæ
incipit cum nomine Regis.Videlicet.
Philipus Dei gratia,&c. & postea sub-
sequitur nomen Locumtenentis, qui
omnia, quæ expedit, nomine Regis
censetur prouidere. cum Prorex sit
alter Nos, vt refert Horati. Monta.
29 de Regal.in prohe.n.29.& sic proui-
sus, intra Cataloniam omnia facere
potest,quæ idem Rex. & cum eodem
30 posse expeditur ei priuilegium.quod
antequam ingrediatur Principatum
(quando prouisus è foris venit) vel
si est intra Principatum prouisus.
præsentatur Cōsulibus Ciuitatis Bar-
cinone, & Deputatis Cataloniæ, ad
hoc, vt videant, & recognoscant, an
veniat in solita forma, & antiqua, ab
antiquissimo tempore in concuse ser-
31 uata. Plura de Proregis potestate, &
prestantia refert Bosc. in suo libro
dels titols de Honor,lib.3.c.14.cum se-
quen.& lib.2.c.36.§.39.

32 Sciendum tamen est.quod licet Rex
cōcedat alicui vniuersitati Saluaguar-
diam. & ponat omnes incolas illius,
sub sua protectione, eos tamen non
eximit à iurisdictione domini, cui
subsunt.iuxta tradita per Guido Pap.
decis.56. & ibi additiones Ranchini,
& Ferrerij,iuxta Tex.in c.ordinarij.
de maio. & obedi. & sic fuit per Re-
giam Audientiam iudicatum.in causa
in ea verrenti inter *Don Ludouicum
de Icart*. & terminum de *Almenar*, &
in alia verrenti inter *Ducem de Car-
dona*,& villam de *Cambrils*,solum enim
33 Rex in illius concessione facit, quod
tuitio eorum, & punitio iniuriæ illa-
tæ ei,qui sub Saluaguardia existit,Re-
gi expectat,& pertinet. Massueri. in
praxi titu. de Iudici. etiam si iniu-
34 ria illata sit contra Clericos, quibus
Saluaguardia erat concessa. siue con-
tra Religiosas personas, quia ad Re-
gem expectat Bœri.decis.207. faciūt
tradita per Mier.ad consti.Reg.Iaco-
bi Secundi in Curia Illerdæ cola. 4.
mihi pag.185.in noua impressio. n.3.
& alia relata per Philip.Vinyes in suo
tracta. de conuoca. Curia discur. 8.
à n.186.

Hanc autem Saluaguardiam, non
35 defacili,& temere,esse concedendam
docet Ferrerius in addi.ad dictam de-
cisio.Guido.Papæ 56.sed cum cogni-
tione causæ summariè. probata in ea
iusta timoris causa,ex Bar.in l.capita-
36 lium,§.statuas.ff.de pœnis, l.si pater.
C.de cessio.bono. Capel. Tolosa. de-
cis. 488. Mieres ad consti.1. titu. de
guiatges,quæ legitur per eum tom.1.
cola.4.c,18.mihi fol.147.n.3. vbi ait,
37 quod Rex non debet concedere Sal-
uaguardiam particularibus personis,
etiam si ipsæ essent Ecclesiasticæ. li-
cet atestetur Mieres,se vidisse,aliqui-
38 bus personis particularibus concessam
fuisse Saluaguardiam. quia respectu
particularium,iam eis remanet sucur-
39 sum.ex Regalia perhorrescenci æ. vt
atestatur

atestatur Phllipus Vinyes in dicto
discursu,8. à n.202.concedere tamen
40 tenetur, vbi timetur de opresione
potentiorum.quia Rex,ex debito sui
officij,tenetur succurrere opresis.&
sic seruientes Regi, sub sua salua po-
41 nit,eo quod iuste timetur,eos vexari
à personis, contra quas litigant, no-
mine Regio, vt atestatur Mier. vbi
suprá n.7. ex cuius doctrina fuit da-
ta Saluaguardia per Regem Vniuer-
42 sitati Villæ de Pons, quæ litigabat
contra Egregium Comitem de Que-
ralt super luitione, & reductione ad
Regiam Coronam, quæ fuit data in
Monasterio Sancti Laurentij del Es-
curial in anno 1588. quæ est in pro-
43 cessu,inter dictas partes. Si verò alicui
particulari indiuiduo detur Salua-
guardia, nullius erit valoris. ex dicta
constitu.1.dicto titulo.& ita atestatur.
Mier.dicto c.18.in fine pag.147.quod
idem insinuare videntur verba illa
44 quæ leguntur in consti. 3. in fine *Sie
haut per no fet*, quæ verba absque alia
declaratione, important nullitatem
actus.in totum,vt tradit don Ludoui-
cus à Peguer.tom 1. decis.39. num.1.
verbo *Hinc est,quod cum dominus Rex.*
45 asserés. quod clausula decreti anulla-
tiui,aposita alicui actui,si postea actus
sequatur, perinde sit, atque si non
46 fuisset factus.l non dubium C.de le-
gib.l.sancimus,C.de rebus alienis nõ
alienan. l.iubemus. §.sancimus C. de
Sacrosanct.Eccles. c. ad disoluendum
in fine ex.de sponsa. c. si Apostolicæ
eod.titu.latè Peguer. vbi suprà.

47 Ex dictis vltimo loco infero.quod
cum in constitutione 4.sub dicto titu.
de guiatges, dispositum sit.quod ha-
bentes Saluaguardias, teneantur illas
publicari facere de quinque,in quin-
que annos,& quod si non fuerint pu-
blicatæ, sint nullæ,& extinctæ. inde
48 obseruandum esse.quod si aliquis ve-
lit se iuuare Saluaguardia, si non cõ-
tet esse publicatam, quinquenio non
finito, idest si non fuerit lapsum
quinquennium à die vltimæ publi-
49 cationis, tunc poterit ille agere ex vi
dictæ Saluaguardiæ. si verô quinque-
nium lapsum sit,à die vltimæ publi-
cationis,ad diem dampni dati,vel in-
50 iuriæ illatæ, tunc non poterit quis
agere ex ea. eo quod verba illa vlti-
ma dictæ constitutionis quartæ pro
51 non concessa haberi vult.dum ait: *Que
sien nullas è extinctas.* Vnde licet Sal-
uaguardia fuerit concessa, si non fuit
publicata,vel de ea plena non habea-
tur notitia, nõ poterit quis ex ea age-
52 re. quia contrauenienti proderit ig-
norãtia. vt in vsati.simili modo.glos.1
ex l.vlti.ff. de decre. ab ordi. facien.
Iacobus de Mõte Iudai.ad vsati simili
53 modo n.2.In dicta consti.2.dicto titu.
de *Guiatges* dicitur, nõ apponi *Penno-
nes,* pro Saluaguardia. In inuestigan-
do quid nomine *Pennonum*, compre-
hẽderetur,seu quid significet in suda-
54 ui, & nullibi reperij. Sed existimo
iuxta tradita per Philip. Vinyes in
dicto tracta.de conuoca.curiæ.discur-
su 8. n.199. referens ex Surita vsum
frequẽtem in Regno Aragoniæ. esse
vexilla quedam, in eis habentia de-
picta arma Regia, insignũ protectio-
nis, & Saluaguardiæ, quod signum
etiam solet apponi in lapide, sculptis
55 prædictis armis. provt in præsenti
Ciuitate Barcinone reperitur lapis
informa dicta,supra Ostium domorũ
Patrum Cartusianorum de *Scala Dei*,
quas fouent in præsenti Ciuitate in
vico vulgo dicto *Dels Banys Vells.*

56 Sed hoc casu, cum præcipuum re-
quisitum sit.quod ad hoc vt delinqués
in eam posit puniri,habeat notitiam
de concessione illius, iuxta tradita
per Boer.decis.297.n.6.existimo. nõ
esse necessariam publicationem, siue
renouationẽ,de qua in dicta consti. 4.
57 loquitur. quia cum ex prioribus ver-
bis illius appareat. quod propter
obliuionem disponitur,nec illius cau-
sa,

sa, homines grauentur cessante causa illius, cum obliuio non possit interuenire in casu continuo, re oculis subiecta, ex inspectione lapidis. ita debet
58 cessare eius dispositio Paulus Parisi. con. 98. col. 6. vers. Et etiam, & n. 30. lib. 1. Salic. in auth. ingressi. C. de Sacro sanct. Ecclesi. col. 2, verb. *Item nota quod lege correcta* faciunt plura tradita
59 à Tiraquel. in tracta. cessante causa, 1. p. á num. 129. cum sequen. vbi latè, quando cessante ratione legis, debeat cessare eius dispositio.

60 Et licet dubium esset, an Saluaguardia, sit temporalis, vel perpetua iuxta tradita per Nicola. Boeri. decis. 297. n. 7. eo quod, plures Doctores asserebant, esse temporalem moti ex Tex. in §. sed neque in auth. de Man. Princi. cola. 1. vbi securitas solum dabatur per triginta dies. tamen receptior est
61 resolutio. quam tradit Boeri. n. 8. dicens. quod si Saluaguardia, generaliter per modum gratiæ sit concessa, quod duret in perpetuum, nec morte concedentis expirat. Si verò sit concessa Saluaguardia, ocasione alicuius facti particularis, tunc non censetur perpetua, sed temporalis. qualis fuit
62 illa, quæ fuit concessa per Regem Villæ de Pons, quæ temporalis necessario erat iudicanda, cum fuisset cócessa ocasione litis, quá dicta Villa ducebat contra Egregium Comitem de Queralt de qua supra memini, & hác resolutionem tenere glosa prag-
63 gma. Sanctio Titu de author. genera. consilij. verbo Reformat. & Aufreri. in q. 489. quas. allegat Boeri dicto n. 8. & sic ex thenore illius si verba ad sunt importantia perpetuitatem, vel temporalitatem, ocasione concessionis erit iudicandum.

64 Sed quæri potest. quandó dicatur aliquem contrauenisse Saluaguardiæ. Et poterit responderi. quod quando aliquod dampnum intulerit, vel aliquid mali fecerit, contra habentem Saluaguardiam. iuxta notata per DD. in l. si quis maior. C. de transac. & per Cinum, & DD. in l. denuntiamus. C.
65 de his qui ad Ecclesias confugiunt etiam si per alium, non per se intulerunt dampnum, argumento l. stipulatio ista. §. 1. 2. & 3. ff. de verbo. obli. l. r. ff. loca. Guido Pap. decis. 418. n. 7.
66 Quæri etiam potest, qua pœna puniendus sit ille, qui sciens Saluaguardiam esse concessam, eam infrigerit? cui dubio. distinctione quadam erit
67 satisfiendum. quod aut agimus iuxta ius commune, aut municipale huius Cataloniæ Principatus. quia de iure communi, punietur pœna legis Iuliæ Magistratus, de qua in toto Titu. ff. ad
68 leg. Iul. mag. & maximè l. 1. eod titu. ibi *Maiestatis autem crimen illud est, quod aduersus Populum Romanum, vel aduersus securitatem eius, committitur* iuncta glos. verbo *Securitatem.* Pœna au-
69 tem licet capitalis videatur esse iuxta l. 3. ff. eadem, ibi *Capite puniri*, latè Meno. de arbitra. lib. 2. centu. 4. casu 336. tamen receptior senteñtia est. quod sit
70 arbitraria. iuxta qualitatem delicti. & hanc veram esse resolutionem tradit Guido Papæ decis. 418. n. 1. qui atestatur. quod certa pœna non fuit à iure expressa, iuxta l. r. ff. de effranato. & expila. quod confirmat ex l. hodie. ff. de pen. faciunt tradita in additio ad Guido Papę decis. 418. idem tradit Iacob. de Mòre Iuda. ad vsati. simili modo in princi. Iacobus de Vallesica ibi-
71 dem. De iure verò huius Principatus Cataloniæ primò obseruandum est, quod refert Iacobus Calicius relatus iam. in extragraua. Curia. obseru. 88. vbi equiparat Saluaguardiam, dispositioni vsatici simili modo. hoc idem Mier. ad consti. Reg. Iacobi Secundi, in secunda Curia Ilerdæ, c. 3. num. 12. pag. 186. in nouis. idem refert Philipus Vinyes in suo tracta. de conuoca. Curi. discur. 8. n. 186. faciunt tradita pér Marquil. fol. 186. cola. 2. in princi.

iuxta

iuxta cuius vsatici dispositionem venit dicendum.incidere in pœnas dicti vsatici simili modo. Iacobus verò de Monte Iudaico ad dictum vsaticum dicit:quod ante omnia,est inspiciẽdus
72 thenor priuilegij, cum quo concessa est Saluaguardia. quia cum ad obseruantiam illius, in priuilegijs solent apponi clausula, continens aliquas pœnas,quæ si expressæ sint in indiui-
73 duo, ante omnia exequendæ sunt. vt refert Iacob.de Mõte Iudaic.ad dictum vsati.postea verò agetur, ad pœnam
74 violantium dictum vsati.simili modo, quæ etiam arbitraria est.iuxta qualitatem facti.vt refert Iacobus de Vallesica ad dictum vsati.n.1.Olib.ad vsati. Alium namque c.15.n.31. Philipus Vinyes dicto discursu 8.à n.188. cum sequen.quæ solet esse.vt talis frangẽs Saluaguardiam,ponatur in manu Regis, cum omnibus eius bonis. & sic
75 quando erit procedendũ contra frangentes Saluaguardiam,debet formari processus ad Fisci instantiam. oblata per eum suplicatione, in qua narret factum, oferat dare informationem, & ea recepta petat declarari, locum esse Regaliæ, in vim dicti vsatici similimodo.de qua praxi.& obseruãtia,
76 & modo.refert Peguer. in sua praxi. crimi.c.13. vbi in principio ait hanc Regaliam esse affixam ossibus Regis
77 nec ab eo separari posse.Mier.ad cõs. Reg.Iacob.2.in Curia Ilerdæ cola.4. c.3.mihi pag.185.n.5.ibidem vt supra dictum est.qua informatione recepta, (si cõstiterit de requisitis ad declarationem Regaliæ,iuxta dispositionem
78 c.10. Curiarum anni 1599. vbi disponitur.quod Regaliæ non fiant,nec prouideantur, nisi constito de casu Regalię,per summariam informationem.ad resecandum facilitates, quibus ante dispositionem dicti cap.10. solebant Regaliæ prouideri) fit per Iudicem, Relatorem prouisio iuxta tradita per Pegue. vbi suprà.

79 Ab hac autem declaratione Regaliæ, potest per partem, contra quam prouisa est,suplicari,& causa suplicationis comititur alicui ex Doctoribus aliarum Aularum ciuilium, qui in causa suplicationis declarabit an declaratio Regaliæ, sit legitimè facta, vel non.
80 Debent autem probationes in causa suplicationis fieri intra decẽ dies. & debet intra alios decem dies declarari in causa suplicationis. in qua pro salario solum soluuntur viginti Regalia.ex dicto c.10.Curiarum 1599.
81 Est autem sciendum.quod causa suplicationis à prouisione, seu declaratione dictæ Regaliæ, non admititur, nisi Regaliatus sit captus iuxta tradita per Peguer.dicto c.13.praxi.crimi. in fine. Et ex causa huius Regaliæ
82 procedit Curia Regia contra clericos frangentes Saluaguardiam.iuxta tradita per Oliba.ad vsati. Alium namq; c.14.n.126.cum sequen.vsq; ad n.141.

SVMMARIVM.

Filij qui ab hæreditate paterna repelluntur, n.1.
Bastardos ius aborruit,n.2.
Bastardorum materia vbi tractetur, n.3.
Bastardi ex Principis gratia succedunt, num.4.
Bastardorum capacitas vbi tractetur,n.5.
Legitimatio quid sit,n 6.
Bastardi ex mera Regis gratia habiles redduntur, n.7.
Spurij,seu Bastardi qui dicantur,n.8.
Spuriorum, seu Bastardorum quot sint species,n.9.
Nefarij,& incestuosi qui dicantur,n.10.
Legitimare incestuosos, & nefarios soli Regi licet, n.11.
Regalia legitimandi in quo cõsistat,n.12.
Legitimati habentur pro legitimis,n.13.
Legitimandi præcipuus modus quis sit, num.14.
Legitimatio an pręiudicet legitimis,n.15.

Legitimatio

Legitimatio an in totum faciat habiles legitimatos, n.16.

Legitimatus quid adquirat in bonis patris, n.17.

Legitimatus filius quid capiat ex hæreditate patris, n.18.

Legitimandi facultas à quo vires capiat, num.19.

Rex an habeat iurisdictionem in bonis temporalibus clericorum, n.20.

Papa non potest legitimare filios clericorum ad bona secularia, n.21.

Iudex laicus an cognoscat de bonis temporalibus clericorum, n.22.

Filij Presbyterorum à quo legitimentur, num. 23.

Legitimatio Regis non valet quoad obtinendum beneficia Ecclesiastica, n.24.

Legitimare ad beneficia Ecclesiastica solus Papa potest, n.25.

Legitimatio facta à Rege valet etiam quoad bona sita extra Regnum, n.26.

Legitimatio principaliter tendit ad faciendum incapacem capacem, n.27.

Legitimatio à mera Principis gratia procedit, n.28.

Legitimatus à Rege adquirit ius Patronatus beneficiorum Ecclesiasticorum, num.29.

Legitimatus adquirit iura sepulcrorum, num.30.

Patronatus ius transit cum Vniuersitate, num. 31.

Bastardi legitimati, an dicantur legitimi, num. 32.

Legitimatio quando dicatur legitima, num.33.

Legitimati quid adquirant per legitimationem, n.34.

Legitimatus refertur quidam filius cuiusdam clerici ad succedendum in fœudo, num.35.

Locus de Florejachs est sub fœudo Regis, num.36.

Legitimatio vt valeat, debet esse specifica in defectu, n.37.

Legitimatio bastardorum quam clausulam continere debeat, n.38.

Citandi an sint aliqui in legitimatione obtinenda, n.39.

Legitimatio principaliter ad patrem tendit, n.40.

Legitimatio an fiat mortuo patre, n. 41.

Citandi qui sint in legitimatione obtinenda, n.42.

Legitimatio non potest præiudicare iuri quæsito, n.43.

Legitimatio an possit præiudicare, n.44.

Legitimatio qualiter obtinenda, n.45.

Legitimatus ad certum finem, non est quo ad alium, n.46.

Legitimatio quid sit, n.47.

Liber pro parte & seruus pro parte nemo potest esse, n.48.

Legitimatus ad vnum actum, magis dicitur dispensatus, n.49.

Bastardi in Regno Portugaliæ, qualiter legitimentur, n.50.

Legitimationis rescriptum per verba generalia quid importet, n.51.

Legitimationis rescriptum debet Iudini due continere omnes defectus, n.52.

Legitimationis rescriptum quãdo corruat in totum, n.53.

Rex quando dicatur cogitasse de omnibus defectibus, n.54.

Legitimationem petens debet exprimere omnia requisita, n. 55.

Legitimationis rescriptum regulatur ad suplicationem oblatam, n.56.

Surreptio, vel obreptio quando dicatur interuenisse, n. 57.

Legitimatio, quæ requirat expressa, n.58.

Clausula: Ex certa sciencia Principis, quid operetur, n.59.

Motus proprius Regis quid operetur, num.60.

Legitimatio an requirat expressionem filiorum, & nepotum, n.61.

Clausula derogatoria quid operetur, n.62.

Clausula derogatoria vniuersalis quid operetur in legitimatione, n.63.

Legitimatio quorum requirat expressionem, n.64.

Legitimatio an requirat expressionem, quod sit vxoratus, n.65.

Legitima-

Legitimationem petens, an teneatur dicere se adhuc posse habere filios, n.66.

Mulier in graui ætate non est apta ad generationem, n.67.

Legitimari an possit nepos ex filio præmortuo, n.68.

Rex an possit legitimare Religiosum professum, n.69.

Religiosus professus pro mortuo solet haberi, n.70.

Mors ciuilis, an æquiparetur naturali, num. 71.

Professio Religiosi assimilatur morti, num. 72.

Professi mors non est propria sed ei assimilatur, n.73.

Mors ciuilis, & naturalis an æquiparentur, n.74.

Monasterium an sit capax ad succedendum, n.75.

Monasterium quando dicatur incapax successionis, n.76.

Monasteria quando iudicentur capacia successionis, n.77.

Capuchini etiam in communi sunt incapaces successionis, n.78.

Legitimatio quando non valeat, n.79.

Legitimatio non potest præiudicare iuri quæsito, n. 80.

Rex non potest auferre ius quæsitum, num. 81.

Tempus delationis atenditur in legitimatione, n.82.

Religiosus capax, seu incapax indicatur iuxta tempus delationis, n.83.

Ius quærendum potest tolli per legitimationem, n.84.

Iniuriam nemini debet inferre Rex, num. 85.

Legitimatio non valet in præiudicium iuris quæsiti, n.86.

Restitutio iustitiæ an retrotrahetur, num. 87.

Restitutio ex causa meræ gratiæ, non retrotrahitur, n.88.

Cap.22. De Regalia legitimandi Spurios.



1 Vpra actum est, de successione Fisci in bonis, quæ indignis, seu incapacibus deferebantur, quādo egimus, de Regalia auferēdi bona eis delata. sunt enim plures, qui repelluntur ab hæreditate paterna, seu materna, quales sunt filij clericorum, Religiosorum, & marita-
2 torum qui ordinariè vocantur. *Borts,* quos totaliter ius aborruit. eos á successione paterna totaliter remouendo. de quibus est titulus, de filijs Pres-
3 bytero. de his tractat Matienso lib.5. nouæ recopila. Titu.8.l.6. & ibi glos. & de alijs sunt diuersa iura. vbi hæc materia sedem suam habet. Sed cum hic non agatur de eorum successione, nisi ex gratia Principis, quæ eis
4 indulgetur, eos reddendo habiles, & capaces, quod in iure supremæ Regaliæ consistit, ideo de effectibus huius
5 Regaliæ, erit hic sermo. De capacitate, seu incapacitate eorum, & de modo succedēdi, tractatur materia á Molina. de Hispa. primo. lib.1.c.3. Peregr. de iure fisci to.2. tit.2. vide Clementi. exiui de paradiso. vide tractatus varios de successionibus, & signāter Mathęi Mathesilani. in titu. de successio. abintest. à n.41. & alium tractatū Nicolai de Vbaldis fol. mihi 632. Est autē
6 legitimatio, fictmentum iuris, & Principis beneficium. vt dicebat Ioā. Garcia de Hispan. nobi. glos.21. in princi. vide Bal. in l. eam quā C. de fideicom. n.44. & 45. & Tiraquel. de primo. q.34 n.58. eo quod dicebant, quod legitimatus, non est legitimus, inde similem esse alchimiæ dicebatur.

Prædictos igitur incapaces, seu in-
7 dignos (qui quo ad obtinendum gratiam ad succedendum pari passu ambulant)

bulant) solet Rex, ex sua suprema Regalia, & potestate, eos habilitare, & legitimare, capacesque facere ad succedendum. Molina Theolo. de iusti. & iure. tracta. 2. dispu. 173. mihi pag. 980 §. legitimare. Bal. in l. 1. C. de iure anulo aureo. Pau. de Castr. con. 228. in princi Deci. con. 150. col. 3. & con. 557 relati à Rollan. à Valle. cõ. 89. à n. 20. volu. 1. Anto. Gomez ad l. 40. tauri. n. 10. & perinde habentur, atqui si vere, & propriè, essent legitimi.

8 Dicuntur autem spurij, qui ex his parẽtibus nati sunt, qui tempore conceptionis matrimonium contrahere non poterant. c. tanta. qui filij sint legitimi. c. ad abolendam de filijs Presbytero, quod nomen *Spurij*, gene-
9 tale esse, plurasque species cõprehendere, clarũ est, vt refert Spino in Speculo testamen. glos. 1. n. 1. vbi refert Angelum con. 17. sexdecim species referre. Sed summariè dico, quod cõprehendit adulterinos, natos ex adulterio, in quibus comprehendi possunt, filij Presbyterorũ, quia adulterãt, glo in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. cõprehendit etiã, & nefarios,
10 qui nascũtur ex linea descendentium cõprehendit etiã incestuosos, qui nati sunt ex linea collateralium, In gradu prohibito. l. si adulterium cũ in actu. ff. de adulter. auth. de incest. nup. in princi. col. 2. & ibi glosa refert prædicta omnia Matienço lib. 5. nouæ re-
11 copila. Titu. 8. de successio. abintest. l. 6. glos. 3. n. 2. De his igitur clara est resolutio, quod eos omnes, potest Rex
12 legitimare, faciẽdo ex sua mera gratia quod fiãt in omnibus capaces ad succedendum. & hoc consistit in eius suprema Regalia. cum tales postea in omnibus habeantur pro legitimis, vt
13 atestatur Molin. de Hispano. primo. lib. 2. c. 11. n. 18.

Prædicti autem qui illegitimi erant, aliquibus modis legitimi fiebant, qui recensentur in auth. quibus mod. natura. effician. sui, sed præ-
14 cipuus, quo ad nostrum præsens institutum modus est, qui traditur in dicto authen. §. si quis sane Afflic. in titu. quæ sunt Regaliæ in princi. n. 65. nempe legitimatio, quæ fit per Principis rescriptum.

15 Sciendum igitur in primis est, quod legitimatio, quæ à Principe fit eius rescripto, seu priuilegio, non præiudicat filijs vere legitimis. quia vere legitimi prius succedent, quam legitimati. quia rescriptum à Principe obtentum, non potest præiudicare vere legitimis. Tex. in authentico quibus modis naturales efficiantur sui. §. *Si quis autem filios legitimos*, non habens. & in §. generaliter eiusdem titu. ibi *Omnino enim*
16 *legitimis stantibus, nequaquam vim legitimorum eis adijcimus*. auth. præterea C. vnde vir, & vxor. Spino in Specul. testamen. glos. 1. à num. 100 nisi in impetratione, & concessione legitimationis, fuerit expressè á Rege dispositum, vt refert Molin. Theologo. de iusti. & iure tracta. 2. disputa. 173. verbo Vtrum autem legitimatus á Principe, mihi pag. 990.
17 iste autem filius legitimatus, non consequitur in bonis parentum magis, quam vnus ex filijs legitimis. quod probat Tex. in l. communium, §. fina. in fine. C. de natura. liber. authen. quibus modis naturales efficiantur sui. §. & quoniam varie col. 7. quod in legitimatis à Prin-
18 cipe, locum habere atestatur, Molin. de Hispanor. primogen. lib. 3. cap. 2. num. 5. asserens, quod non potest capere talis filius plus, quam filius cui minus relinquitur.

19 Hoc autem ius dispensandi & habiles reddẽdi inhabiles ad successionem, causatur ratione vniuersalis dominij, quod Rex habet in bonis laicorum toto titulo in authen. quibus modis natura. efficiãtur legitimi, & quibus modis

dis efficiantur sui c. per venerabilem ex. qui filij sint legitimi, Bal. in l. cum filios, ff. de milita. testam. Alex. cō. 138. n. 1. lib. 1. & con. 70. num. 5. lib. 6. Deci. con. 392. n. 4. lib. 3. Parif. cō. 1. n. 2. lib. 2.

20 Vnde legitimatio facta à Papa de filio Presbyteris, vel alterius personæ Ecclesiasticæ, non valebit, quoad successionē bonorū tēporalium. vt ex. c. per venerabilem extra qui filij sunt legitimi docet Molina. de Hispano. primo. dicto lib. 3. c. 2. n. 11. quia vt dicit glos. in dicto c. per venerabilem verbo *Habeat potestatem*. Papa nullam habet po-

21 testatem in bonis secularium, suæ Sedi non subiectorum. & sic non potest legitimare non subditum suum, in bonis temporalibus. plures refert Authores hanc tenētes resolutionem. hoc idem sentit Guiller. Benedic. in c. Raynuntius. verbo Et vxorem n. 197. de testa-

22 men. Couarrū. in epitome de sponsa. §. 8. n. 18. dicit etiā quod Iudex laicus, quo ad factum est competens in rebus clericorum, iuxta tradita per Marta de iurisdic. p. 2. c. 8 n. 19. Vnde docēdum

23 est. quod si legitimādus sit filius Presbyteris, seu Religiosi, vel Monialis, talis à Rege erit legitimandus, iuxta tradita per Marta de iurisdictione 2. p. c. 8. n. 30. faciūt tradita per Molin. Theolo. de iust. & iure. tractu. 2. disputa. 173. mihi pag. 982. verbo Eadem ratione.

24 Bouadi. in sua Poli. lib. 2. c. 17. n. 159. sicuti non valebit legitimatio facta à Principe seculari, quo ad obtinēda beneficia Ecclesiastica, quia ille, qui secundum ius Canonicum est incapax beneficiorum Ecclesiasticorum, à Ro-

25 mano Pontifice legitimationem obtinere debebit. iuxta tradita per Ioan. Garcia de Hispano. nobilita. glos. 20. n. 17. Molina. Theolo. de iusti. & iure tracta. 2. disputa. 173. Ioan. Garcia de Hispano. nobili. glos. 21. à n. 42.

26 Facta autem legitimatione per Principem, valebit legitimatio, non solum quoad bona sita intra territoriū concedentis, verum etiam quoad alia bona extra illud existentia. ex Deci. con. 55.

27 n. 7. tradit Gamma decis. 387. n. 5. quia in legitimatione. quod principaliter attenditur, est habilem facere personā, quo ad bona, cætera verò in consequentiā venire. quod non attenditur ex l. si quis nec causam, ff. si certum

28 petatur. cum igitur mera gratia sit actus legitimationis. & ex mera volūtate Regia procedat, poterit Rex, etiam existens extra suum territorium cōcedere tale priuilegiū. Couar. in epitome 2. p. c. 8. n. 15. & 17. Molin. Theol. vbi supra. Efficit etiam legitimatio ex

29 Principis rescripto, quod adquirit iura Patronatus beneficiorum Ecclesiasticorum. tradit Rocus de Curte de iure Patro. q. 2. verbo Cōpetēs Libertinus 2. p. q. 2. art. 29. adquiritetiā ius sepulcri. ex l. vel quæ parer, ff. de Religios.

30 & sump. fune. Garcia de Hispan. nobil. glos. 21. n. 4. quia hæc licet iura spiritualia videantur, tamen cum adhereāt

31 vniuersali successioni, de per se non considerantur, & sic transeūt cum vniuersitate iuxta Tex. in l. quædam veniunt, ff. de adquiren. dominio.

32 Sed magnam difficultatem arguere videtur Ioannes Garcia de Hispano. Nobili. glos. 21. n. 7. dicens Bastardos non legitimari à Principe. quod ipse postea declatat n. 48. vt suum dictum intelligatur in vera legitimatione, &

33 quod licet Princeps, legitimet tales incestuosos, non possit dici propria legitimatio, sed dispensatio, quia obstat ei defectus naturalis natiuitatis.

34 Sed miror quid in hoc insistat dictus Author. cum realiter talis dispensatus, siue legitimatus, vere, & propriè habeat eosdē effectus, quos habet quilibet filius naturalis legitimatus. verum tamen est. quod debet exprimi, in legitimationis rescripto qualitas, ad successionē fœudi. si in eo sit successurus vt ex pluribus tradit Sixtinus de Regali. lib. 1. c. 3. n. 33. verb. De-

cimo quinto. & hoc idem atestatur
tenuisse Curcium iuniorem de fœud.
3.p, principa. membro.1.2.p. n.39. &
con.157.n.15. Paris.con.1.n.76.lib.2.
Ruin. con.36. n.18.lib.1. Roscen. de
fœud.c.7. conclu.19. n.11. glos.11. &
35 sic fuit obtentum priuilegium legi-
timationis in fauorem Valleriani
Ribera.filij Ioannis Ribera Sacerdo-
ris,& V.I.D.& Ciciliæ Caperona qui
fuit legitimatus, ad succedendum in
fœudo loci,& termini de Florejachs.
qui tenetur sub fœudo Regio. provt
36 fuit exhibitum priuilegium, in pro-
cessu vertenti in Baiulia Generali,
inter Fisci Procuratorem agentem,
contra Ciciliam Caperò, & Ioannem
37 Ribera. generalis enim legitimatio,
etiam cum qualibet clausula non
sufficit. quia debet esse specialis, no-
minando Bastardum ex certa Princi-
pis sciencia.iuxta Calici.in Margari.
fisci dubi.8. n.31. casu 202. sciendum
tamen est,quod in legitimatione Bas-
tardorum, & incestuosorum, debet
apponi hæc clausula: *Non obstante quod*
38 *talis legitimatus sit spurius, aut incestuo-*
sus,natus ex his inter quos matrimonium
contrahi non posset. iuxta glosam in §.
fina. in auth. quib. mod. natura. effi-
ciantur.sui & in auth.ex complexu.
C.de Inces. nup. Decis. cons.55. &
Gregor.Lopez in l.4.titu.15. parti.4.
verbo *De Barraganas*. Ioan. Garcia de
Hispano.nobil. glos.21.n.85.

Sed quæri poteri. Num ad impe-
39 trationem legitimationis sint citan-
di illi,qui possunt pretendere, legi-
timationem eis nocere? quod fœde-
re distinctionis dissoluetur quia aut
fit legitimatio ad patris instantiam.
& tunc nemo est citandus, eo quod
40 legitimatio principaliter patrem tan-
git, & ipsius patris tantum inter est.
l.cum adoptio. ff. de adop. idem est.
si legitimatur ex patris defuncti.
41 dispositione, eo quod ipse ordinaue-
rit,filiū legitimari, auth.si quis,C.de
42 natu.liber.Si verò legitimatio fit sine
patris dispositione, & ordinatione,
tunc citandi sunt.aut eis non citatis,
nō præiudicabit legitimatio.l.penul.
43 ff.de nata.restituen. quia cū ex morte
patris, filij habeant ius quæsitum ad
rem,ideo illis legitimatio non potest
nocere.Bar.in l.ex facto. ff.de vulga.
& in l.gallus, §.& qui si tantum,ff.de
liberis, & posthu. & in l.eam quam,
44 C.de fideicom.vbi, quod legitimatio
facta post mortem patris,vel alterius
testatoris,non tollit,ius quæsitum al-
teri Bal.in l.rescripta,C.de preci.Im-
pera.offeren. Paul.in l.ex hoc iure,ff.
de iusti.& iur. quod vt dixi, intelli-
gēdum est,nisi ex dispositione patris.
legitimatio fieret. Spino in specul.
glos.1.n.9.faciunt tradita per Cancer.
3.tom.vari. c.3.de priuile. n.37. ver-
bo Item antea.

45 Vlterius est sciendū.quod Principis
legitimatio, & rescriptum. debet esse
generale,ita vt legitimatus, absoluto
ad omnia censeatur legitimatus. vnde
fit, quod si quis legitimetur ad succe-
dendum ex testamēto, non poterit ex
alia causa, etiam intestati succedere.
46 Neq; poterit de nullitate testamenti
agere.iuxta tradita per Alex.cō.fina.
lib.5.& lib.4.con.30. sequitur Gāma
decis.11.n.4. quia legitimatio,est quę-
47 dā reintegratio,& restitutio status.&
sic,quemammodū quis non potest esse
pro parte seruus,& pro parte liber.l.si
pariter.ff.de liber.cau. ibi *Minimè au-*
tē Prætor pati debet, vt pro parte quis sit
seruus.l.1.C.de lati liber.tollē.ibi *Quis*
48 *enim patiatur talem esse libertatē,ex qua*
ipso tempore mortis in eandem personam,
simul libertas,& seruitus concurrant. &
qui quasi liber moratus est,eripiatur non
solum in mortem, sed & seruitutem, ita
49 sic casu quo, Regium priuilegium
expediatur ad certum finem, tunc
non vere legitimatus ille dicetur,
sed dispensatus. iuxta Molina. de
Hispanor. primogen. lib. 3. cap. 3.
num.37.

num.37.& 38. Paul.in l.1. C. de iure
aureo. anulo. num.5. l.si ab eo. C.de
legi.hære.l.pactum quod dotali.C.de
colla.Curei.senior.con.37.n.6.Gam-
ma decis.134.in princi. vbi referr. in
50 Regno Portugaliæ bastardos solum
legitimari.quo ad effectum succeden-
di ab intestato. ex quo talis bastar-
dus non dicitur legitimatus, sed dis-
pensatus.
51 Est etiam sciendum. quod licet
vetum sit, quod rescriptum legitima-
tionis à Principe concessum, per ver-
ba generalia, cenceatur omnes de-
fectus suplere, & dispensare. iuxta
tradita per Ruin.cons.97.nu.3. circa
finem lib.3. ex decisione Pauli Cas-
tren. ducti argumento.l. qui milita-
52 re.ff.de testam.mili.hoc tamen intel-
ligendum est, quando nullus defectus
in concessione est expressus. quia si
aliquis exprimatur, & aliqui tacen-
tur, legitimationis rescriptum, in to-
53 tum corruet. non obstantibus gene-
ralibus clausulis, etiam aptis, ad com-
prehendendum omnes defectus. eo
54 quod dicunt. quod Princeps solum
cogitauit, de defectibus expressis. se-
quitur Odd. con.49.nu.16.& 17. re-
ferr Cancer.3.tom.c.15. nu.294. ver-
bo Addebam, est decisio Castrensis re-
lata per Ruin.cõ.97.n.3.in fine lib.3.
Si verò quis velit, priuilegium legi-
55 timationis obtinere. curet in imperra
tione illius, legitimè, & veridice pro-
cedere, narrãdo Principi veritatẽ pu-
rã, & merã. ita vt careat omni vicio
obreptionis. & surreptionis. eo quod
concessio Principis regulatur ad su-
56 plicationem Principi oblatam. iuxta
relata per Philip. Pascali. de viribus
patri potestatis.2.p.c.4.n.216.& 226.
Bal. in c. inter dilectos. nu.19. de fi-
de instrumen. Felin. idem n.14. Pari-
si.con.9.n.4.& in terminis legitima-
tionis Iass.con.102. n.25. vers. Octauo
volu.2. Masear.de proba. concl.1422.
verbo Voluntas.

57 Dicitur autem. surreptionem, vel
obreptionem obtinere. quando non
narrantur ea omnia, quæ Principis
animum retardare possent, ad legiti-
mationem concedendam. vt ex plu-
ribus refert Rollan. à Valle tom. 3.
con.22.n.11.quia alias nullius valoris
esset legitimatio. iuxta notata per
Alex.con.195.vol.2.& con.129.vol.6.
Aluarus Valasquez in consul.reg.Lu-
58 sita.lib.1.con.80.per totam. Cachera.
consul.68.n.7.cum sequen. Meno. de
arbitra.lib.2.casu.203.à n.1.vsq.ad 11.
& sic. si adest proles legitima, debet
etiã exprimi in impetratione, & con-
cessione. alias corrueret priuilegium.
auth.quib.mo. natur. efficiantur sui.
59 §.sit ergo licentia. & in auth. quib.
mod. efficiantur legitimi. §.generali-
tatem. quod non solum est facien-
61 dum, quando ad sunt filij legitimi. ve-
rum etiam, si ex eis ad sint nepotes,
& descendentes. Hieroni. Gabriel.
con.23.per tot. volu.2. Peregri.de fi-
62 deicom.art.23.num.54. & 58. & licet
aliqui conentur, defendere legiti-
mationem, in qua non fuit facta men-
tio legitimę sobolis, si in ea adest clau-
sula derogatoria, vel fuit facta vi-
uente patre. vt latè tradit Marc.Anto.
Eugeni.con. 57. num. 36. & sequen.
63 contrarium tamen est verius. quod
clausula derogatoria vniuersalis, non
sufficit ad suplendam taciturnitatem
filiorum. vt ex Surdo, & per eum al-
legatis con.337.n.19.vol.3. refert Phi-
64 lip. Paschalis. de virib. patriæ potes.
2.p.c.4.n.109. quod extendit. vt mẽ-
tio sit fienda de agnatis, quibus erat
deferenda successio. ex causa intesta-
ti, per Cacher. con.68. n.17. & licet
65 aliqui tenuerint, esse faciendam ex-
pressionem de vxore extante. iuxta
sententiam Ripæ in l.si vnquam q.23.
n.57.C.de reuo.dona.tamen, contra-
rium esse verius, dicebat Philip. Pas-
calis vbi supra n.11. quod non sit fa-
66 cienda mentio. Sed hoc absolute non

est verum, nisi quando ipsa esset in senectute. ex qua, impetrans legitimationem, filios habere non esperaret. quia si ipsa sit in ætate cōcipien-
67 di,& pariendi, debet de hoc fieri expressa mentio in impetratione. aliàs esset gratia nulla, reclamantibus liberis legitimis post concessionem legitimationis obtentæ, vt refert Rollan.à Valle. tom.1. conf.89. num.36. Areti.in l.ex facto,ff.de vulga.& alij allegati per dictum Rollandum.
68 Er licet non defuerint,qui dixerint, non posse legitimare nepotem,ex filio spurio præmortuo.Inter quos,fuit Guiler.de Cugno.in l.benignius.ff de legi.verum contrarium est verius. ex Bar.in l.gallus. §.nunc de lege Velleia.n.5. ff.de libe. & posthu. Ludo. de Sardis in tractat. de natura. liber. sub Rubri. de legitimatis per rescrip. Principis. quos refert Philip.Pascal. dicto c.4.2.p.n.123.
69 Non omittam hic pro coronide referre dubiū quod mihi obtulerūt consulēdū.Nēpe an Rex posset legitimare quendā Religiosum Bastardum, ad succedēdū in bonis suorum parentū. difficultas quæ se offerebat,in eo exis-
70 tebat. quod Religiosus ille, per professionem tanquam mortuus reputabatur, cum mors ciuilis æquiparetur
71 naturali. quæ per professionem respectu Religiosi inducitur. vnde videbatur dicendum, talem Religiosum professum, vti mortuum considerari debere, & per consequens, cum non entis nullæ sint qualitates, ideo esset
72 impossibile eum legitimare.Sed cum dicta mors sit ciuilis,& non vera,sed similitudo quedam, iuxta resolutionem plurium Doctorum relatorum
73 à Cassanate con. 26. n.4. Molin. de Hispan.prim.lib.1.c.13. n.94. ideo in hoc non existere difficultatem asserui.quam differentiam inter mortem ciuilem,& naturalem longa commen-
74 tatione refert Ioan. del Castillo Sotomaior lib. 1.controuer.quotidiana. de vsufruct.c.64. in princi.& sic diffi- 75
cultas solum consistebat,prius inquirere,an Monasterium esset capax bonorum in communi,quia hoc casu legitimatio valebat. cum bona per mediam personam dicti Religiosi, Mo- 76
nasterio adquirerentur. Si verò Monasterium esset incapax bonorum, iuxta Clemētinam exiui de paradiso. quod declarat Cassanate conf.26.n.3. dicens,clarum hoc esse.ex dispositio- 77
ne S.C.Tridentini sessio. 25. c.3. expresse permittēte,quibuscūq;Monasterijs,tam virorū,quā mulierum,etiam mēdicātiū,in cōmuni possidere bona, 78
exceptis tamen fratribus Capuchinis fratrib.Minoribus de obseruātiā Sācti Francisci.ita Hondede. conf.60. n.6. in fine lib. 2. Emanuel Rodriguez de Regu.lib.3 c.29.art.14.hoc casu euidens est. quod horum respectu, non 79
valeret Principis legitimatio,non ex defectu potestatis ipsius Principis, quæ vna,& eadē est. Sed,ex eo quod, non posset suum effectum sortiri.
Sed difficilior res fiebat,ex eo,quod 80
eo tempore,quo legitimatio petebatur, iam bona, quorum respectu, petenda erat legitimatio, erant penes tertios,possessores,à quibus Rex non poterat abdicare.quia Princeps potest 81
legitimare iuxta Ius, de futuro querendum. non vero potest legitimare in præiudicium iuris quæsiti, quia tempus delationis, & adquisitionis 82
attēditur.vt atestatur Molina de Hispano.Primo.lib.3.c.2.n.17. vbi dicit quod si Reliosus, tempore quo ei defertur hæreditas.reperitur in Monasterio incapaci, non poterit adquire- 83
re. si verò ante delationem exeat à Monasterio, & transeat in aliud, & tēpore delationis inueniatur capax, tunc succedet. quia capacitas succedendi,solum atenditur tempore, quo hæreditas defertur.l.si cognatis.ff.de reb.dubijs Rollā.à Valle.cō.57.n.17. to.2.

te.2.Surd.decis.201. n.8. vnde Doctores conueniunt.quòd Rex potest,quærendum ius alicui ; ex iuris delatio-
84 ne tollere. vt ex Baldo in l.2. C. de iuris,& fac.ignoran.Pau.& Alex.in l. gallus. §.& quid si tantum,ff.de liber. & Posthu.Ripa in l.quo minus. n.6. ff.de pae.refert Cancer.3.to.vari.c.3.
85 n.43.etenim Rex nemini debet facere iniuriam, nec ab aliquo, eo inuito aliquid auferre,etiã nec pro suo proprio seruitio, vt atestatur Calici. in extragrauato. Curia. verbo. *Ducentesimo*
86 *decimo*. Si igitur prædicta sunt vera,pro vt sunt.quanto igitur magis est dicendum ; in prædicto casu, vbi bona sunt iam tertio adquisita, & ea possidet.à quo ; non est iustum ea abdicare , & sic respondi. Regem, non posse concedere prædictam gratiam, in præiudicium dicti iuris quæsiti. eo quod , gratia legitimationis conceditur concessa ante delatam hæreditatem, non verò postquam est delata. iuxta supra tradita,& per Ludouicũ à Cas-
87 sana.tom.1. con.26. n.14. hoc explicans n.15.dicens.quod licet restitutio iustitiæ retrahatur aliquando , etiam in tertij præiudicium. Cæterum restitutio,quæ fit ex gratia,non retrotrahitur,neque operatur in tertij præiu-
88 dicium ; cui ius fuit quæsitum.glos. allegata per dictum Cassanate in dicta l.gallus, §.& quid si tantum . & ibi Castren.n.14.Soci.n.17.Iass.num.61. Ruin.cõ.116. Castro.in c.si pater.2.p. c.41.idem tenuisse Bar.Bal.Paul.Alberti.& Iass.& communiter Scribẽtes in dicta l.gallus. §.& quid si tantum. ff.de libe. & Posthu. refert Cancer. 3.to.c.3.n.37. vers.Idem adnotarunt.

SVMMARIVM.

Infames, ab honoribus sunt repulsi,n.1.
Infames habilitat Rex,n.2.
Regalia est infames ad honores restituere, num.3.
Regalia restituendi ad honores in quo consistat, n.4.
Infamia quotuplex sit,n.5.
Infamia iuris quæ sit, n.6.
Infamia facti quæ dicatur, n.7.
Infamiam quàm possit tollere Rex, n.8.
Infamiam iuris tollit Rex, n.9.
Barones non possunt vassallos restituere adhonores, n.10.
Rex solus potest inabilem habilem reddere,n.11.
Rex an possit communicare Regaliam restituendi ad honores, n.12.
Restitutio generalis quid operetur in sententiam passis, n.13.
Bona delinquentium olim Fisco pertinebant, n.14.
Pœnæ in quas incidebãt delinquẽtes,n.15.
Verba generalia quid importent in concessione gratiæ, n.16.
Verba Omnia, & Integre. *quid importent, n.17.*
Restitutio quando ampla, seu restricta iudicetur, n.18.
Patria potestas soluta ; an recuperetur, num.19.
Restitutio Principis quando iudicetur ad omnia, n.20.
Verba generalia quid importent in rescripto gratiæ, n.21.
Inhabilis ad officia an quis efficiatur ex condempnatione, n.22.
Officiales condempnati in iudicio tabulæ an possint obtinere alia officia,n.23.
Officialis condempnatus quando dicatur inhabilis, n.24.
Delictum an sit graue, vel minimum atenditur,n.25.
Officialis condempnatus, an iterum possit obtinere officium, n.26.
Inhabilitas personæ quo modo considere tur, n.27.
Sententia Iudicis apellationum in causis Iudicum tabulæ,quid importet,n.29.
Promotus an censeatur habilitatus, num. 30.
Prouisus ad officium si est inhabilis,quanto censeatur dispensatus,n.31.

Rex

Rex promouens aliquem ad aliquod officium quando dicatur dispensare, n. 32.

Rex ignorans defectum, non dicitur dispensasse, n.33.

Dispensatus ex nuda promotione non censetur, n.34.

Dispensatio Principis quid operetur, num.35.

Consensus partis lesa an requiratur, si fiat habilitatio delinquentis, n.36.

Remissio delinquentis quid operetur, num.37.

Rex qualiter faciat remissiones in Catalonia. n.38.

Habilitatio personarum qualiter fiat per Regem, n.39.

Remissio delinquentis qualiter fiat in Catalonia, n.40.

Restitutio ad honores qualiter fiat, n.41.

Restitutus an debeat habere scientiam restitutionis, n.42.

Sententia quando prosit absq; scientia illius, n.43.

Libertas testamentaria statim prodest etiā ignoranti, n. 44.

Clausula Motu proprio, *an importet habilitationem prouisi. n.45.*

Habilitatus an censeatur prouisus Motu proprio, n.46.

Dispensare non censetur ignorans inhabilitatem, n.47.

Notitia defectus, semper requiritur, num.48.

Prouisus debet detegere inhabilitatem, vt censeatur dispensatus, n.49.

Inhabilis prouisus, tacens vicium, an sit puniendus, n.50.

Promouens inhabilem, facit contra ius, num.51.

Sciencia inhabilitatis requiritur, ad habilem reddendum, n.52.

Gubernator Catalonæ inhabiles non potest habiles reddere, n.53.

Restitutus quid adquirat per rescriptum, num.54.

Cap. 23. De Regalia restituendi ad honores sententiam passos, & inhabiles.



1 NFames ab officijs publicis, & honoribus exclusos esse, apparet ex toto titu. ff. de his qui notan. infami. & titu.C. de infam. lib. 10
& ibi communiter Scribentes. & alibi infiniti Doctores hanc tractantea
materiam. sed cum hic, quo ad meum
2 institutum, solum sit tractandum, de
potestate Regis, quam exercet in sua
Regalia, eos restituendo ad honores.
ideo in hoc capite, solum referam ea,
3 quæ ad dictam Regaliam pertinent.
Sciendum igitur est. quod inhabi-
4 les, habiles, & capaces reddere. ad solum Principem expectat, non verò ad
alium. quod ius Regalia apellatur.
5 Sed cum infamia duplex sit. iuxta tradita per Cali. in Marga. fisci. dubi. 7.
Rubri. de pœna ignominiosæ missionis, & infamiæ. & dubio 8. casu. 185.
vna iuris. qua aficitur ille, qui contra
6 iuris prohibitionem, sub pœna infamiæ aliquid facit. alia facti. quæ consistit in puro, & mero facto. hanc vl-
7 timam. certum est. Regem non posse
tollere. quia Rex non potest facere,
quodille, qui tale fecit, non fecerit. &
8 sic euidens est quod Rex per suum
rescriptum, non potest tollere infamiam facti, quàm incurrit ille. Infa-
9 mia verò iuris est illa, quæ ex legis
dispositione irogatur. & hæc est. quā
Princeps, ex sua mera Regalia, &
gratia delet. Peregri. de iure fisci lib. 5
titu. 2. in princi. & n. 9. Calici. Margari. fisci dubi. 8. n. 180. refert Mier. ad
consti. Reg. Iacobi Secundi in Curia
Ilerdæ col. 4. c. 4. n. 3. mihi pag. 167.
in nouis. vnde Barones non possunt
10 suos vassallos ad honores restituere
atestatur Gomez ad l. 40. tauri n. 10.

Peregri.

11 Peregri. de iute fisci lib.5. tit.2. n.9.
quia solus Princeps potest, de inhabi-
li, facere habilẽ. refert Calici. in Mar-
ga. fisci dub.8. n.30. casu 198. quia ad
supremam Regaliam hoc pertinet
12 ita quod, à se Princeps separare non
potest.

Est autem sciẽdum. quod si à Prin-
cipe fiat restitutio generalis, idest
13 simpliciter. tunc talis restitutio solum
operabit. quoad restitutionem status,
nõ verò quo ad alia. Videlicet quo ad
bonorum restitutionem, eo quod an-
tiquitus, bona delinquentium, Fisco
14 aplicabantur. l.2. C. de senten. passis;
quia cum in pœnam delictorum, duo
separata reperiantur, videlicet infa-
15 mia, quam ipse incurrebat, & pœna
amissionis bonorum; cum restitu-
tio verificari pussit quoad honores;
non extendetur ad vlteriora, nisi in
16 concessione, & gratia ad sint verba,
quæ generalitatem importent; qua-
lia sunt *Integre, per omnia*, vel similia.

Quia ex tali apositione verbo-
17 rum, in totum censebitur restitu-
tus l. 1. C. de senten. passis in illis
verbis *Restituo te in integrum Prouinciæ*
tuæ, Textual, & adiecit, Vt autem scias.
quid sit in integrum restituere honoribus,
& ordini tuo, & omnibus cæteris te res-
tituo, & ibi glos. verbo *Quid sit in inte-*
18 *grum*, & verbo: *Cæteris*, nam si præ-
dicta verba generalia non interue-
niant, non extendetur gratiæ conces-
sio vltra id, quod consistit in reinte-
19 gratione personæ. l.6. C. eod. vbi
soluto vinculo patriæ potestatis
per deportationem patris, vel filijs
illis restitutis, nun recuperatur patria
potestas, neque aliquis illius effectus.
sicuti idem probat l. si pater. 9. C. eod.
20 titu. est igitur Regula generalis quod
restitutio Principis simpliciter facta,
non operatur aliquid, nisi quoad
honorem. nisi adessent verba aliqua
generalia, quæ importent dispositio-
21 nem quoad alia. qualia sunt: *Restituo*
te in integrum, iuxta tradita per Azo.
in sua summa. C. hoc titu. solet etiam
22 inhabilis quis reddi iuxta constitutio-
nes Cataloniæ ad officia obtinen-
dum ordinaria. veluti, Vicarij
23 Subvicarij Baiuli, Subbaiuli. & cæte-
ri. qui obtinentes officia. fuerunt cõ-
dempnati per Iudices tabulæ. quia eo
ipso quod fuerunt condempnati, non
possunt amplius alia officia obtinere.
vt disponitur in constitutio. 3. Titu. de
24 perso, prohi. regir officis. quæ consti-
tutio est conformis dispositioni iuris
communis. iuxta Tex. in l. si aliquid
à susceptore, vel tabulario. C. de sus-
cepto. lib.10. quæ non est ita absolute
intelligenda. Sed iuxta interpretatio-
nem, quam tradit Fontane. de pac. do-
ta. tom.1. clau.4. glos.10. p.1. n.57. cum
25 sequen. videlicet si fuerint condẽpna-
ti ex aliquo graui delicto. non verò
pro minimo. quia si pro minima cul-
pa condempnetur non ex eo con-
dempnatus erit inhabilis. Neque eum
comprehendet constitutio prædicta.
26 Mier. in Curia Ilerdæ Iacobi Secũdi,
c.2. col.4. n.2. pag.165. in nouis. iuxta
quam doctrinam, fuisse in Regia Au-
dientia casum decisum atestatur Fon-
ta. vbi suprà declarans, n.59. quod di-
catur delictum magnũ, seu paruum,
resoluens cum sequentibus. quod ha-
27 bilitas personæ non solum proueniat
à sentẽtia Iudicum Tabulæ, sed etiam
á sententia Iudicis apellationis, à sen-
28 tentia per primitiuos Iudices facta. in
qua condempnatus erat officialis. fa-
tetur tamen dictus Fontanella quod si
29 per officialem condempnatum, fuerit
apellatum, apellatione pendente, non
erit inhabilis ad officia alia obtinen-
dum, vt latè per dictum Fontanella
tradit etiam, & sequitur prædicta
Cancer. 3. to. vari. c.12. de offic. iudic.
tabulæ à n.90.

30 Promotus autem. qui erat inhabi-
lis ad aliquod officium, dispensatus
censetur, vt scribit Bar. in l. quidam

consulebant verbo Vltimo.quem mul-
ti secuntur.ff.de re iudi.& in l.Barba-
rius Philipus n.12.ff.de offi.Præto.&
31 plures alij,quos refer.Marscar.de pro-
ba.conclu.1245.in principio.maximè,
si in priuilegio adesset verbũ *Dispen-*
samus,vel aliud simile.Rebuff. in pra-
xi beneficio.Titu.de dispensatio. asse-
rens hanc esse cõmunẽ sententiã Ol-
32 dral.cõ.236.dũ modo tamẽ, Princeps
promoueus haberet scientiam,aut sal-
tẽ notitiam,de defectu prouisi,secus si
ignoraret.quia extante ignorãtia,non
censetur dispensatus. Roma.con.216.
n.7.Soci. con.99. vol.4. verbo Res-
33 pondeo vol.3.Bar.in l.2.C.si.serui.vel
liberi.lib.10.verb.Ex quo nota.vbi ait.
quod quando Princeps,promouet ali-
quem,ad aliquem honorem, censetur
cum eo dispensasse.quod sequitur Ro-
man.cõ.216.n.7.vol.3.Menc.pres.20.
34 cum sequen.lib.2. Sed receptior sen-
tentia est, quod ex sola promotione,
non censetur dispensatus, nisi fiat de
defectu aliqua mentio,per quam apa-
ret, Principem aliqualẽ notitiam ha-
buisse de tali defectu. Eo quod,si non
coniecturatur. Principem aliqualem
noticiam habuisse non cẽsebitur ha-
bilitatus, Mascar.de proba.cõcl.1245.
n.15.quod probat Roderi.Suarez alle-
ga.12.n.24.ex l.2. C.si seruus, aut li-
ber.ad decurio.lib.10.c.nil.de electio.
Bar.in dicta l.est casus singularis in l.
vlpianus. §. *Sunt, & aly ex rescripto*
Imperatoris, scientis quidem, tutorem
esse sequitur Ioan. de Immol.in c.cum
vigesimum de offi.delega.plura tradi.
per dictum Suarez. Principis autem
restitutio, non solum prodest quo ad
35 ea, quæ per sententiam amiserat, ve-
rum etiam proderit contra partem
offensam,quia tunc,partis consensus,
nullius est momenti,cum eo casu,non
sit in consideratione. ita Peregri. de
36 iure fisci.lib.5.titu.2.n.60.ex alijs per
eum relatis. quod in Catalonia mag-
nam arguere difficultatem videtur

37 ex consti.1.sub titu.*Quant sie licet à at'-*
gu Venjarse sens Iutge, in qua disponi-
tur,quod delinqueutibus contra dis-
38 positionem dictæ constitutionis, non
posit fieri remissio, nisi prius satis-
facta parte læsa.vnde aparet,quod Rex
non poterit talẽ habilitare, nisi prius
pars læsa sit satisfacta. pluribus funda-
mẽtis hoc tradit Mieres ad consti.Re-
gis Ildefonsi Secũdi in Curia Mõtiso-
39 ni cola.3.c.15.n.1. Sed quidquid sit in
hoc Principatu seruatur. quod licet
Rex, prædictis nou posit facere re-
missionem,& per consequens, neque
eos restituere,& habilitare,nisi parte
40 satisfacta, hoc intelligẽdum est.si re-
missio seu gratia, ad solum intuitum
ipsius delinquentis concedatur.Si ve-
rò ob bonum publicum concedatur
poterit Rex, non solum inconsulta
41 parte.Sed etiam ea reluctante, façere
remissionem,& per consequens,eum
ad honores restituere plura ad lon-
gum refert dõ Ludoui.à Pnguer.de-
cis.39.à n. 11. vbi Decisiones Senatus
refert idem atestatur decis.69. nu.8.
42 rom.1.Sed an restitutus,debeat habe-
re notitiam gratiæ sibi cõcessæ,ad hoc
vt ei pro sit? Cui dubio responderi
43 potest ex Bar.in l.in quæstione,C.de
senten.pasis n.5.vbi respondet.quod
non requiritur sciencia,ad instar sen-
tentiæ deportationis. quia sicut hæc
statim atque lata est.trahit secum exe-
cutionem adimẽdo ex l. quidam,ff.de
pœnis.ita atestatur restitutionem sta-
tim operati restituendo, etiam non
44 habita scientia restitutionis iam ope-
rabitur restitutio suos effectus, sicuti
in libertate data per testatorem valet
antequam perueniat ad notitiam li-
berti.l. eius qui in Prouincia, §.fina.
ff.si certũ petatur. habetur enim hæc
gratia ad instar sententiarum absolu-
toriarum,quæ decreto non indigent,
quia sententia absolutoria nil dat, nil
detrahit,sed facit remanere rem sicu-
ti est. pluribus iuribus hoc confirmat
Ioan.

Ioan.Garcia de Hiſpano.nobil.gloſ.8. §.1. n.6. Fontan. de pac.nu p. tom.2. clau.7.gloſ.3 p.10. n.84.referens ſemetipſum ,idem aſſerentem tom. 1. clau.4.glo.15.n.86.Codex Fabri.lib.7 Titu.20.de exceptio. vel iudica. defi-
45 ni.45. eſt autem ſciendum. quod non cenſebitur habilitatus Prouiſus,ſi non conſter Principem habuiſſe notitiam, etiam ſi in reſcripto aponatur clauſula,quod Princeps.Motu proprio eum
46 prouidet. quia Motus proprius Principis nil operatur in his quæ Principi non erāt nota de quibus Canoniſtæ in c. ſi Motu proprio. de præben. in 6.& ibi gloſ. verb.*Nota ſuper parte.* Hoſtien.in c.præterea de teſti.cogen. quem in hoc ſequitur Abb. dicens,
47 quod ignorans Inhabilitatem , nunquam videtur diſpenſare : vt infert Abb.ibi poſt Hoſtien quod illud quod dicit ibi Innocentius in c.diuerſis fallacijs de cleri.coniuga.quod ſuperior aſſumēdo inhabilem ad aliquod offi-
48 cium videtur ſecum diſpenſare,intelligatur. quoties notorium erat ſuperiori de inhabilitate. Vnde infert.
49 quod imputetur ſibi.met prouiſo ad officium, ſi non detegit inhabilitatē ſuam.& quod adhuc.poſſet puniri.vt probatur in l.2.C.ſi ſeruus.vel liber. ad decurio.lib.10.hoc etiam ſequitur
50 Abb.in c.fin. de coniu ſeruo. & in c. ſuſcitatus.col.penul.de reſcrip. eiconſulti de Procura. facit gloſ.notabi.in c.qui in aliquo.51.diſtinc. Eſt, & aliud fundamentum.quia promouere inhabilem.eſt facere actum,contra ius.c.in notuit cum ſimilibus de electio. Sed
51 ad derogandum tale ius , neceſſario requiritur certa ſciētia.alias non cenſetur derogare, cum ignoret factum.
52 prò quo facit Titulus.C.ſi contra ius. idem dicit gloſ.in c.1.verbo Nalcatur de conſti.lib.6.Tex in l.idē Vlpianus gloſ.in l.vniuerſis.C.de l recti.Imper. offerē.Bar.& Bal.in dicta l.idē Vlpia. Bal.in l.fin.C.ſentē.reſcindi nō poſſe.

53 In ſumma in hoc Principatu Cataloniæ,Gubernator Generalis,non poteſt inhabiles reſtituere ad honores. neque in vim meræ gratiæ , neque cum conſilio ſui Aſſeſſoris , vt refert Michael Ferrer 2. p. obſerua. Regiæ Audientiæ in titu.obſeruantia Generalis Guberna. c.36. vbi præcipitur eidem Gubernatori.ne habilitet perſonas inhabiles, ad regendum officia cum hoc ſoli Principi expectet cum ſit ius ſupremæ Regaliæ.

54 Quid verò adquirat reſtitutus reſpectu. bonorum vide Farina. tom. 1. deciſ.57.73. & deciſ. 84. Garcia de Hiſpano.nobili. gloſ.6. §. 1. ad quos recurre quādo caſus eueniet nō enim omnia ſunt tranſcribenda maximè cū diſputentur res ad vtramq; partem.

SVMMARIVM.

REgalia eſt, concedere moratorias,n.1.
Moratoria quid ſit, n.2.
Debita certum diem deſtinatum ſolutioni, ſolent habere,n.3.
Debitum non habens terminum ſolutioni deſtinatum,præſenti die debetur,n.4.
Rex ex cauſa,an poſſit porrogare terminum ſolutioni, n.5.
Regalia concedendi moratorias , in quo conſiſtat,n.6.
Ius creditoris non debet deteriorari,ex cōceſſione moratoriæ,n.7.
Quod differtur,non aufertur,n.8.
Moratorias concedere ; quot modis fiebat; num. 9.
Moratoriæ an ſemel concedantur,n.10.
Debitori imputetur defectus concedendi moratorias,n.11.
Gratia Principis non eſt abutendum,n.12.
Moratoriæ quot ſint,n.13.
Moratoriæ annales quid contineant,n 14.
Moratoriæ quinquennales,quid cōtineant, num.15.
Moratoriarum differentiæ referūtur,n.16
Citatio creditorum,an requiratur,in conceſſione moratoriarum. n.17.

Moratoriæ

Cap.24. De Regalia concedendi moratorias.



1 EST, & alia Regalia, quæ consistit, in superioritate illa, qua Rex vtitur, dandò debitoribus elongamētum ad soluendum, quæ moratoriæ dicitur, de qua
8 Mier. ad consti. Reg. Iacobi. in Curia Barcino. c.36. de elongaments. quia debitor morosus est, cum enim om-
3 nia fere debita, habeant terminum præfixum, certum ad soluendum, qui necessarius

necessarius dicitur. dicto respectu de-
bitoris, adeo quod si tempus certum
solutioni adiectum non est, obligatio
præsenti die debeatur. l. eum qui Ca-
lendis 41. §. 1. ff. de verbo. oblig. hunc
4 potest Rex, ex sua suprema Regalia,
ex aliqua iusta causa generali sibi be-
ne visa, prorogare, iuxta l. 2. C. de
5 Preci. Impera. offeren. qui Textus est
legitima sedes, vbi hæc materia tra-
ctatur.

6 Ex quibus generalis Regula, quo
ad hanc Regaliam sumitur. quod
Rex, virtute suæ supremæ Regaliæ,
concedit Moratoriam, idest dilatio-
nem termini ad soluendum. cum ex
7 tali dilatione, non minuatur ius cre-
ditoris, nec ab eo auferatur, quod
licet differatur, non tamen auferrur.
vt dicebat glos. 1. in dicta lege.

8 Sciendum est autem, quod licet has
moratorias concessiones, à Principe
duplici modo solerent concedant, vi-
delicet annales, & quinquenales iux-
9 ta tradita per Codi. Fabria. lib. 1. Ti-
tu. 9. defini. 1. & 21. tamen regula
generalis est. quod solum vna vice
sunt concedendæ, si contra aliquem
ex creditoribus vsus sit, licet contra
alios non se expedierit. quia non est
ei danda secunda, cò quod imputetur
10 sibi ipsi debitori, quod non prospexit
sibi, quatro tempore indigebat, ad
soluendum suo creditori, quia esset
abuti Principis gratia. vt dicit Co-
dex Fabria. defini. 1. nisi noua magna
11 adesset causa. quod declarat idem Co-
dex Fabria. ibidem n. 3. dicens. Mag-
nam causam esse, quod ex dilatione
non inferatur magnum præiudicium
creditoribus. l. 2. vbi Bar. & cæteri
12 scriben. C. de preci. Imper. oferen. &
in l. si debitor. C. de Iudi. quo tempo-
re, debet de prima gratia, in impe-
trarione secundæ mentionem face-
re, alias imperratio, & concessio
nullius erunt momenti. dicta de-
fini. 1.

13 Sunt autem aliquæ differentiæ in-
ter moratorias cõcessiones, videlicet
inter annales, & quinquenales; quas
recenset Codex Fabria. defini. 2.
dicto titulo. qui atestatur, quod in
14 annalibus impetrationibus, & con-
cessionibus, impetrans solum tenetur
iuratoriam cautionem prestare, quod
soluet peruento tempore. sequitur
Rebuff. de litis dilatio arti. 1. num. 32.
post Petrum de Bellaper. in dicta l. 2.

15 In quinquenalibus verò, est pres-
tanda cautio, seu satisdatio, aut ca-
uendum cum pignoribus, quod simi-
liter peruento tempore, soluet suis
creditoribus debitum. sufficiet ta-
men iuratoria cautio, casu quo non
inuenerit fideiussores legitimos, &
idoneos.

16 Plures autem differentias refert
Codex Fabrianus, quas summariè re-
feram, videlicet, quod in annalibus,
non requiritur consensus credito-
rum, vel maioris partis, iuxta tradi-
ta per Massuer. in titu. de obliga. §.
17 item debitor Rebuff. in l. vniuersa,
C. de preci. impera offeren, vnde ad
grariam per Principem conceden-
dam, citatio omnium creditorum est
fienda, ipsisque citatis, non com-
parentibus, habentur pro præsen-
tibus, iuxta supracitatos Autho-
tes.

18 Est, & alia differentia. quia anna-
nales cõcessiones solet Princeps con-
cedere, ex sola mera gratia. quin-
quenales verò, cum concensu ma-
ioris partis creditorum. defectum
enim minoris partis, suplet Princi-
pis gratia.

16 Sìedum est autè. Moratoriam Prin-
cipis concessam, solum comprehende-
re creditores extantes tempore, quo
gratia conceditur. non vero eos,
qui post eius concessionem contraxe-
runt, quia hi prædicta moratoria
20 non obstante, poterunt agere con-
tra debitores, quia talis moratoria,

non poteſt extendi ad creditores, de
quibus non fuit cogitatum. Rebuff.
de litis dilati.annali art.1.gloſ.1.n.18.
Guido Pape.deciſ.109.Codex Fabria.
21. dicto titulo defini. 16. gratia autem
prædicta, à die expeditionis ſuum
ſortietur effectum tam reſpectu bo-
norum debitoris, quàm eius perſo-
næ, ita quod ſi debitor fuiſſet captus
22 à die expeditionis gratiæ, debet ſu-
bito atque conſtiterit, à carceribus
liberari. Codex Fabri. dicto titulo,
C.de precl.Imper.offeren. defini. 14.
licet non exprimatur in conceſsione.
23 quia beneficia Principis ſunt latiſsi-
mè interpretanda, vt effectum ha-
beant, ne ſint illuſoria l.3. ff. de conſ-
ti. Princi. niſi in reſcripto adeſſet
clauſula, in qua Princeps expreſsiſſet,
à quo die, ſuum deberet ſortiri effe-
24 ctum, ipſius gratiæ conceſsio. niſi
facto creditoris impediatur. quia in-
terim dum durat contradictio, tem-
pus non currit, cum ex facto volun-
25 tario creditoris impediatur. & ſic
ſi differtur effectus conceſsionis, &
longius trahitur, ipſi creditori im-
putetur, eo quod citius non conſen-
ſerit. Vnde dampnum quod ei eue-
26 nit, non eſt inconſideratione, quia
ex ſua culpa, & voluntate ſentit. l.
quod quis 203. ff. de Reg. Iur. & ſic
refert deciſum Codex Fabri dicto
titu. C.de Preci. Impera. offeren.de-
fini. 5.

27 Sed licet ex ſua Regalia, Rex
poſsit, & ſoleat moratorias conce-
dere, ſunt aliqui caſus in quibus ius
ſupremæ Regaliæ locum non ha-
bet, eo quod legibus interdictum
eſt.

Eſt igitur caſus ſpecialis, in de-
28 bito quod deſcendit, ex ſententia,
in rem iudicatam tranſacta, quia,
ſi ſit executio ſententiæ, in rem iu-
dicatam tranſactæ, (a qua apellari
non poſsit) hoc caſu, propter au-
29 thoritatem ipſius Rei iudicatæ, non
proderit reſcriptum dictæ gratiæ,
l.vlti. & toto titu. C. ſenten. reſcin-
di non poſſe Codex Fabri. defini. 4.
30 & licet videretur idem eſſe dicen-
dum, ſi moratoria concedatur, pro
debito guarentigiato, cum illud ha-
beat promptam, & rigidam execu-
tionem, & æquiparetur executioni
rei iudicatæ. Tamen dicta moratoria,
31 operabitur ſuum effectum, quando
conceſſa erit contra obligatum gua-
rentigia. iuxta tradita per Codi. Fa-
bria.dicto Titu.defini.5.eo quod.conſ-
tituit differẽtiam inter Ius, quod exe-
quitur virtute rei iudicatæ, & ab eo,
32 quod competit ex Inſtrumento gua-
rẽtigio, quia in executione rei iudica-
tæ, inſpicitur fauor publicus, in exe-
cutione verò debiti guarẽtigij, ſolum
33 atenditur fauor particularis, argu-
mento, l. ſeruo inuito.65. §.cum Præ-
tor.ff.ad Trebelli.

Sunt, & etiam plures caſus, in qui-
34 bus Principis conceſsio locum non
habet. quos refert Codex Fabria. vbi
ſupra defini. 20. quos ſuccinte refe-
ram. Videlicet, ſi debitum procedit ex
delicto, quo caſu non eſt locus mora-
toriæ. Neque quo ad nouos debitores
poſt gratiam obtentos. Si agatur de
35 debito Fiſcali. Si agitur de re, cuius
fructus percipit ipſe debitor. Si debi-
tum ſit iuratum. & non obtinuerit
abſolutionem illius. Nec habet locum,
quando dampnum infertur ei, qui
pauperior eſt ipſo impetrante. Item
ſi ſit dampnum Pupilli, ſeu Piæ cauſæ.
Item, ſi agatur, pro dote non ſoluẽda.
vel non recuperãda. Vel ſi agatur de
depoſito non reſtituẽdo. Vel ſi impe-
trans, antea renũtiauerit huic gratiæ,
Vel ſi gratiam primam obtinuerit, &
ea non fuit vſus. ſi intereſt alienige-
ni, ſeu forenſi.

Data autem moratoria à Prin-
36 cipe, retardabit non ſolum execu-
tionem recuperationis debiti, ve-
rum etiam, & iudicem ne durante ea,
proviſionem,

prouisionem,seu sententiam in causa proferat.vt fuit decisum iuxta tradita per Codi. Fabri. dicto titu. defini.22.& idem tradit Rebuff.in tracta. de dilatio.art.1.glos.1.n.15.

37 Sed non est extra casum dubitatio. an Princeps in prorogatione facta, debitorem liberauerit à solutione interusurij medij temporis, quo dilatata fuit solutio. Et licet aliqui
38 existimauerint, quod vsuræ eo medio tempore non debeantur, certius tamen est, deberi. neque ab earum solutione, Principem eum liberasse. Sed solum dictarum vsuratum dilatatam esse solutionem. & sic
39 decisum est. vt refert Codex Fabri. dicto titu. defini. 8. quia licet Princeps hoc ei indulgeat, quod differatur solutio. non tamen vult, nimis alium grauare. maximè in Catalo-
40 nia, vbi non potest procedere, nisi per directum, vt in vsati quoniam per iniquum. docet Marqui. Cancer. 3.tom. variar. cap.3. num.44. Et licet aliquibus visum fuisset, quod ille cui moratoria concessa erat, non poterat à suis debitoribus exigere debita; eo quod æqualitas sit seruan-
41 da: vt sicut ipse non poterat molestari, Ita nec ipse alios molestaret. Tamen receptior sententia est, quod possit ipse, à suis debitoribus recuperare pendente dilatione, seu prorogatione sibi concessa, quia suum
42 priuilegium est personale, non egrediens suam personam, nec est extensibile ex quacunque identitate rationis. Tum quia, cum prædicta moratoria, sibi sit concessa, intui-
43 tu miserationis, propter illius inopiam, (forsan habente eo suos creditores deteriores) esset sic contra iustitiam, seu æquitatem ita Codex Fabri. decis. 19. dicto Titu. de preci. impressa offeren. ...

44 In Catalonia verò habemus duas constitutiones videlicet, quartam, & quintam, sub titulo *de diuer. rescrits, y elonga.* quibus Rex in Curijs generalibus, à se abdicauit potestatem concedendi rescripta, per quæ possint impedire executiones censualium, & violariorum. & quod da-
45 to, de facto expediantur quælibet rescripta, quod habeantur, pro non factis, nec concessis, & quod illis non obstantibus, Officiales exequentes possint ad vlteriora in executione procedere, nisi iam elongamenta prædictæ gratiæ, concederen-
46 tur gratia, seu causa reparationis alicuius loci deuastati ab inimicis, seu seductoribus. & licet Iosephus Ramon in suo cons. 10. in coronide illius. appareat defendere, prædictas constitutiones, non habuisse locum, circa conuentionem, quam volebat facere Marchio de
47 Aytona cum suis creditoribus, seu maiori parte eorum, cum Regis rescripto, & elongamento. Contraria tamen opinio tanquam verior, fuit secuta in Regio hoc supremo Consilio iunctis tribus Aulis, & sic clarum est. In causis executionum censualium, & violariorum, non posse Regem, rescriptum moratorium concedere. quod si forsan concesserit, potest Officialis in eorum executione procedere non obstante dicto rescripto.

48 In alijs verò debitis, præterquam ex causa censualium, & violariorum, poterit Rex in Catalonia moratoriam, concedere. quia prohibitio dictarum constitutionum, cum loquatur in executione cen-
48 sualium, & violariorum, non est extendenda vltra dictos casus. quia cum sit contra ius commune. ad diuersos casus, extendi non debet. iuxta tradita per Cancer.3.tom. variar. cap.7. num. 145. Mier. ad consti. Reg. Iacob.2.col.4.cap.4. num.21. in nouis. pag.131.

50 Magnopere me præmũt tradita per nostrũ Patronũ Főtanella in suo tract. de pac.nuptia to.2.clau.6.glos.2.p.4. n.60.& 61.vbi ex mente Regiæ Audientiæ, extendere vult, quod moratoriæ à Rege obtentæ, non habeant locum etiam in alijs debitis, extra censualia, & violaria si in debitorijs extet clausula guarentigia. quæ in
51 Catalonia apellatur ; *Escriptura de Ters*, volens æquiparare prædictam obligationem ad illam censualium, & violariorum. quia in hoc non possum ei adherere. ex eo. quod licet
52 in executione censualium, & violariorum, consideretur rigor scripturæ tertij, quæ in omnibus interuenit, & sic cum executio eorum, non sit retardanda propter moratoriam, ita dicendum sit in cæteris contractibus, vbi scriptura tertij reperitur
53 aposita. Tamen meo Iudicio dicendum est ; quod dispositio dictarum, constitutionum quartæ, & quin-
54 tæ ; sub titulo *de diuersos rescrits, y elongaments* ; non respexit ad rigorem dictæ obligationis. Sed ne retardaretur executio, & recuperatio censualium ; & violariorum, in quibus vita hominum consistit. cum maior pars hæreditatum, & patrimonij in eorum perceptione consistat. & per consequens, ne impediretur commercium victus, & vestitus, ad eorum executionem constitutiones prospexerunt. quæ ratio
55 non militat in cæteris debitis à quibus non ita absolute pendet conseruatio. Tum quia neque, tam assueti sunt cæteri contractus. qualiter censualia, ad vitæ sustentationem, & violaria. & sic tanquam ad frequentiora ius Catalanum prospexit iuxta
56 Tex. l. nam ad ea, ff. de legib. vnde dicendum est. quod poterit Rex in
57 Catalonia moratorias cõcedere dummodo non sit in causis executionum censualium, & violariorum. Prædictas autem moratorias potest concedere
58 Excellentissimus Locumtenens Generalis qui cum omnia tanquam alter Nos expediat, iuxta tenorem sui priuilegij, talis moratoria à Rege censebitur data, vt tradit Francis. à
59 Ponte de potesta. Proregis Titu. de diuersis prouisi. licencijs. Titu. de insignijs, & armis. n.12. fol.351. in cõtractibus verò iuratis, existimo moratoriam non valere. quia saluum conductum non comprehendit contractus iuratos, Serafin. de priuile. iuramen. priuilegio. 22. num. 53. Surdus consil. 54. num. 4. & 5. plures alios refert Cancer. tom.1. cap. 15. num. 11. quia iuramentum præcedens habet clausulam derogatoriam subsequentis actus iuxta tradita per Gutier. de iuram. confirma. 2. par. cap. 21 num. fina.

SVMMARIVM.

Causa omnes, in prima instantia, vbi tractanda, n.1.

Euocatio causarum ; est superioritas, num. 2.

Regalia euocandi in quo consistat, n.3.

Causæ ordinariæ in Catalonia, vbi tractãdæ, n.4.

Causa Vicaria intra Vicariam tractanda, n.5.

Vicaria in Catalonia quid sit, n.6.

Baiulia in Catalonia quid sit, n.7.

Cataloniæ Principatus diuisio, n. 8.

Vicarij in Catalonia, quibus præsint, n.9.

Baiuli in Catalonia ; quibus præsint, num. 10.

Causæ ciuiles, & criminales æquiparantur, quod tractentur coram Ordinario, num. 11.

Euocatio quando vere dicatur, n.12.

Euocatio non dicitur, vbi coram Ordinario non fuit incoata, n.13.

Euocandi Regalia in quo consistat, n.14.

Euocationis causarum moratoria, vbi tractatur, n. 15.

Euoca-

Cap. 25. De Regalia euocandi Causas.



1 Ritissimum Iuris est Principium, omnes causas,in prima instantia, esse tractandas coram Ordinarijs.vt in titulo, ff. & C.de Iudi. quarum respectu, diuersi sunt tituli in iure separati, & diuisi, tam respectu rerum, quam personarum. In quibus hic non immoror. cum institutum non sit agere de primitiuis
2 Iudicibus: sed de superioritate, abdicandi ab eis cognitionem earum,per
3 viam euocationis ad superiorem, in quo ius Regaliæ consistit. Et sicut de iure communi, sunt diuersi tituli separati,vbi agitur de causis, ita, & de
4 iure municipali huius Principatus, ad sunt iura disponentia, quod causæ Vicariæ, intra Vicariam, & Baiuliæ intra Baiuliam in prima instantia ter-
5 minentur,vt sunt constitutiones hoc disponentes videlicet consti.12. *Item, que les causes,Constit.8.incipiens.Item, ordenam sub titu. de euo. de causes.* licet hæc percipiatur sic dicta, cum ad extetos hic libet sit peruenturus,obiter, vt percipiatur,quid nomine Vicariæ,
6 & Baiuliæ intelligatur,per transitum aducto.

7 Totum Cataloniæ Principatum esse distributum in diuersos districtus, maiores, & minores quos enumerat don Ludouicus à Pegueta in suo posthumo libello de conuocatione Curiarum,post eius obitum impresso. & eos Vicarias apellat,quæ distinctæ, & separatæ sunt.vt refert Cancer.3.p.
8 vari.c.5.n:42. maiores districtus sunt Ciuitates,& aliquæ Villæ Regiæ cum suis limitibus. Intra quos sunt aliæ populationes minores,in quibus præsunt Baiuli.in illis verò,quæ maiores
9 sunt præsunt Vicarij.qui propriè sunt Indices

Iudices personarum Militarium. Ba-
10 iuli verò præsunt Plebeis.Ex his per-
cipitur. Causas intra Vicariam esse
terminandas, si sunt intra personas
populatas in Vicaria.causas verò ha-
bitantium in Baiulia, intra eam esse
11 tractādas.ex quibus percipitur,á qua-
cunque regula suprapoſita.(vt causæ
Vicariæ, intra Vicariam, Baiuliæ in-
tra Baiuliam tractētur.quám quidem
non solum in causis ciuilibus, sed, &
in criminalibus locum habere dispo-
nit cōsti.4.incipiens *Volent*,eod.titu)
excipiuntur causæ. quæ euocantur,vt
infra dicetur.

12 Vt igitur euocatio fiat in prima
Instantia,necessariū est,quod pendeat
lis,& cepta sit coram Ordinario.quia
si causa non pendet, & de nouo in-
13 coatur in Regia Audientia, propriè
non dicetur euocata.ex c.ad dissoluē-
dum de desponsa.impube.Peguer.in
sua praxi ciuili de euoca causa.assump-
tio igitur causæ vertētis coram Or-
dinario,ad Regiam Audientiam,euo-
catio propriè appellatur. & hæc est
14 Regalia Principis.ex l.vni. C.quan-
do Imperat.inter pupil.& vidu. & ibi
Bal.Pau.de Castro, & alij, Calici. in
Marga.fisci.dub.8.prærroga.67.quam
prærogatiuam, & Regaliam extollit
Despujol. in additio. ad obseruatio.
Michaelis Ferrer 1.p. c.7. littera C.
15 Sed cum hæc materia euocationis
causarum,quo ad obseruationem Re-
giæ Audientiæ latè sit tractata à Mi-
caele Ferrer 1.p.obser.Regiæ Audien-
tiæ in pluribus capitulis,diuersis ca-
sus referens. quos etiam retulit don
16 Ludouicus à Peguer.in sua praxi.ci-
uili,Rubri.de euocatio.causarum.cum
illi referantur ad duos modos præci-
pues.vnū affirmatiuum,tradendo quæ
17 causæ, & quo prætextu causæ euocari
possunt.alium negatiuum, narrando
causas. quæ nec in vim Regaliæ pos-
sunt euocari,succinte eos referā,deor-
sum remitendo ad relata per dictos
Authores. & in primis referā eos,qui
in affirmatiua Regula continentur.

18 Euocantur causæ maiores centum
librarum, sine qualitate, ad Regiam
Audientiam, intra Vicariam, in qua
residet Regia Audiētia,eo quod Rex,
qui est caput illius concurrit, & cen-
setur tanquam Ordinarius. & ita re-
fert Michael Ferrer.1.p.obserua.c. 2.
19 Hoc tamen limitatur in Ciuitate Bar-
cinone,ex Regio priuilegio concesso
Ciuibus, & commorantibus in dicta
Ciuitate, contra quos, etiam si causa
maior sit,non solum centum, verum
etiam,& tres cētum librarum,etiam,
& cuiuscunq; maioris quantitatis,non
potest euocari,nisi in Curia Regentis
Vicariam Barcinone prius fuerit in-
troducta per querelam,& causa cepta
in dicta Curia tunc euocatur.

20 Causæ verò extra Vicariam, euo-
cantur ad Regiam Audientiam,cum
qualitate paupertatis, viduitatis, pu-
pillaritatis, dummodo sint maiores
trecentarum librarum in petione.
quia si petitio non excedat prædictam
21 quantitatē, licet quātitas in recōuen-
tione expressa,sit maioris summæ,nō
potest euocari.Michael Ferrer, c. 4.
22 & 5. vbi declarat, quando constet de
quantitate certa.idem Ferrer 1.p.c.22.
23 Euocantur etiam prætextu perhor-
rescentiæ,iuxta Micael.Fer.c.7.idem
Fer.1.p.c.22.Sed cum de hac materia
latè dictum sit in c.6.de Regalia per-
horrescentiæ, nil hic amplius.

24 Euocantur etiam causæ, prætextu
Religionis, vel notoriæ paupertatis,
nam Monasteria, etiam opulentia, à
notorio habent pro se præsumptio-
nem paupertatis. Micael Fer. c.8. &
qualiter paupertas iudicetur vide Mi-
cael.Fer.1.p.c.28.

25 Euocantur etiam (licet in pro-
prie) causæ contra eos, qui præ-
sentes reperiuntur in ea Ciuitate, in
qua residet Regia Audientia.si Cata-
lani sint, nam extranei à Principatu,

non possunt hic conueniri.nisi ratio-
ne contractus, qui fuissent celebrati
intra Cataloniam. nisi allegarent ali.
quod priuilegium guidatiri,seu iuris
26 reuocandi domum Michael. Fer. c.9.
per totum. quod declarat c.10.dicẽs.
quod prædicta causa,euocata eo præ-
27 textu, quia partes sunt præsentes in
Curia,si post euocationem, recedat à
Vicaria,vbi residebat tempore euoca-
tionis,remanet causa tractanda coram
Ordinario. idem asserit in c.11.
28 Euocantur etiam causæ capibreuia-
tionum, vertentes coram Iudicibus
nominatis per Dominos,si causa exis-
tat intra Vicariam, & sit maior cen-
tum librarum,si extra Vicariam ma-
ior trescentarum, si in causa adsit
qualitas alicuius Regaliæ Fer.c.17.
29 Euocantur etiam quæ ad atticnem
contentionis, si adsit contentio inter
Iudicem emphiteuticarium, & Iudi-
cem Regium. Michael Ferrer 1. p.
obserua.c.18.
30 Euocatur etiam causa fœudalis, in-
ter Militem, & Vassallum, si Domi-
nus fœudi vassallum affligat.Fer.c.31.
31 Euocantur etiam causæ, quando in
eis agitur de interpretatione Regio-
rum priuilegiorum,eo quod,Ordina-
rij non sunt potẽtes,cum solum Rex
32 possit, sua priuilegia declarare. Cali.
in Marga.fisci.dubio.8.pteregga.147.
don Ludoui.a Pegue.in sua praxi.ci-
uili Rubri.4.n.12.circa medium.Fer.
c.24. quod respectu Baiuliæ Genera-
lis,nõ habet locum, vt infra dicetur.
33 Euocãtur etiam causæ contra mag-
nates,eo quod,Ordinarij non sint po-
tentes contra eos Michael. Fer.c.29.
34 Euocantur etiam causæ in prima
instantia, cõtra Capitaneum Guerræ,
eo quod Ordinarij contra eum non
sint potentes,Ferrer.c.30.
35 Euocantur etiam causæ, inter vas-
sallum,&,Baronem,maiores trescen-
tarum librarum, cum qualitate. Mi-
chael.Fer.c.33.

36 Euocantur etiam causæ executio-
nis sententiæ latæ, per Iudices com-
promissarios,etiam si vnus ex Iudici-
bus sit Ecclesiasticus Ferrer.c.35.& 36.
37 Euocantur etiam si causa introdu-
catur virtute instrumenti,in quo sint
clausulæ renunciationis proprij fori,
submissionis alterius cuiusque,etiam
si vnus ex Iudicibus sit Ecclesiasticus
Ferrer 1.p.c.35.& 36.
37 Euocantur etiam,si causæ introdu-
cantur virtute instrumẽti,in quo sint
clausulæ Ordinariæ, renuntiationis
proprij fori,submissionis alterius cu-
iusque, etiam contra hæredes renun-
ciantis.Fer.c.38.
38 Euocantur etiam causæ,securitatis
Iudicij, pro debitis mercantilibus, si
causa sit maior trecentarum librarum
Ferrer c.39. diuersimode tamen, pro
vt dixit Fontanella tom.1. decis. 231.
per totam.constituendo differentiam,
an excessus causa, in prima actione,
seu in secunda,videlicet quando erat
deducta actio in Iudicio Consulatus,
quam differentiam lib.1. meatum re-
solutio terui. in cap.1. num.82. pro
vt me refert Fontanella dicto loco.
Euocantur etiam causæ apellatio-
39 num maiores decẽ librarũ. Fer.c.34.
de cuσra.causa,1.p.in qua euocatione
qualitas non requiritur. sed sufficit,
quod causa sit maior dicta quantitate
decem librarum,quod idem obserua-
tur,si sententia lata sit,in Baiulia Ge-
40 nerali, quia dummodo sit in causa
maiori decem librarum, euocabitur
causa ad Regiam Audientiam per
viam apellationis, absque qualitate.
Ferrer. c.23.n.3. Si verò causa euoca-
41 tur per viam apellationis, à senten-
tia lata in Consulatu Logiæ Maris,
solet Regia Audientia, si constet de
iustitia naturali apellantis, euocare.
licet in Consulatu Logiæ Maris, non
liceat apellare, à sententia lata per
Iudicem apellationis, siue confirma-
toria,siue reuocatoria. & sic fuit deci-
sum

sum per Magnificum Micaelem Ioã-
nem Magarola, Doctorem Tertiæ
Aulæ, nunc Regentem interim Re-
giam Cancellariam; facto per eum
verbo in Regia Audientia die 11.
Martij 1638. in causa appellationis
eorum eo vertente; inter Ioannem
Baptistam Corregie, & don Iacobum
de Negro; & Iosephum Bossano. &
apposita dicta exceptione, inspecta
iustitia naturali causæ, fuit prouisum,
quod non obstante dicta exceptione,
quod non poterat euocari, quod pro-
cederetur ad vlteriora causæ, & quod
in definitiua haberetur ratio, qualis
de iure esset habenda. Notarius causæ
Hieronymus Bose.

42 Euocantur etiam causæ omnes, in
quibus adest contentio, inter duos
Officiales, Regis videlicet, & Baronis.
vel inter duos Regios Officiales.
Ferrer. c.40.

43 Sed hæc euocatio, quãdo adest con-
tentio inter Officialem Regium Ba-
iuliæ Generalis Cataloniæ, & Offi-
cialem Regium quemlibet, quo ad
articulum contentionis inter eos,
non potest causa euocari ad Regiam
Audientiam; sed debet causa tractari
44 in Baiulia Generali: ex Regia prag-
matica Serenissimi Regis Philipi ex-
pedit 11. Iulij 1630. in; & eum quã
nil de nouo fuit dispositum, cum iam
45 ex vndecim pragmaticis Serenissi-
morum Regum Petri, Illdefonsi, Fer-
dinandi; & Philipi Secundi. (quas
allegat Doctor Gabriel Beratt in suis
allegationibus in fauorẽ dictæ prag-
maticæ anni 1630.) fuerit iam ordi-
natum, & stabilitum, quod nullo præ-
textu, seu colore cuiuslibet qualitatis,
causæ omnes fœudales; & Patrimo-
niales, in Baiulia Generali vertentes,
ad Regiam Audientiam euocarentur,
etiam qualibet qualitate interueniẽ-
te, videlicet, pupillaritatis, viduitatis,
paupertatis; Religionis. Neque eo
quod agatur de interpretatione Re-
giorum priuilegiorum Fer.1.p.obser-
ua.de euoca.causa.c.24. neque quo ad
46 articulum contentionis inter duos
Officiales Regios, quicũq; sint, etiam
si Baiuli, Subbaiuli, Vicarij, seu Sub-
vicarij, vel quicunque alij sint. quia
voluit Rex, quod talis Officialis, re-
neatur in eadem Baiulia compatere,
& ibi de suo iure deducere, & allegare,
& quod in dicta Baiulia declaretur
cuius sit iurisdictio in casu, quo de ea,
inter dictum Officialem, & Baiulum
Generalem ventilatur. Hæc autem
47 Regia prohibitio, quod neque quo ad
articulum contentionis, possit causa
euocari à Baiulia Generali, est valde
iuridica. quia cum omnis iurisdictio
48 emaneat à Rege; potest ipse illam
tribuere sub modo, & forma sibi be-
neuisa, iuxta tradita per Menoc. lib.2.
præsump. 14. Oliba ad vsati. Alium
namq; c.9.n.2. don Ludou. à Peguer.
Decis.36.n.2.& 3 Cancer. lib.1. vari.
c.11.n.35. in antiqua impress.

Hæc pragmatica fuit valde con-
49 trouersa ad instantiam Deputatorum.
(licet non deessent, qui dicerent, alios
Regiæ Aud. DD. velato capite hanc
fouere cõtradictionem) mouebantur.
eo quod dicebant, dictam pragmati-
cam esse nouam, & contrariam cons-
titutionibus generalibus, indeque
sustineri non posse.

Sed salua eorum pace, nil ex his,
50 quæ allegabant, subsistebat, in quorum
destructionem, & in fauorem Regiæ
pragmaticæ, iuris responsum valde
elaboratum, cõgessit Doctor Gabriel
Berart eo tempore collega meus in
Baiulia Generali nunc in Regia Au-
dientia Doctor, in quo latissima
commentatione, quàm iusta esset,
quamque valida, & obseruanda pluri-
bus fundamentis confirmauit. Aliud
responsum ad idem congessit, Don
Mathias Baletola Cabanillas tunc in
supremo Regio Aragoniæ Consilio
Fisci Aduocatus. Nunc verò Regens

ex

ex cuius doctrina, luce meridiana clarius apparet. dictam pragmaticam esse obseruandam. constituendo tanquam pro principio, & fundamento,
51 quod Rex, in Catalonia potest pragmaticas facere. testis est volumen Pragmaticarum tom. 2. generalium Constitutionum Cataloniæ, in quo
52 repetiuntur, centum triginta nouem Pragmaticæ, vt asserebat dictus Berart. Prædicta autem pragmatica de anno 1630. est confirmatoria vndecim aliarum præcedentium. de quibus Serenissimus Rex Philipus, in ea asserit, earum plenam noticiam se habere, per lecturam, & inspectionem earum. Et sic Motu proprio, ex certa scientia, & deliberate, eas confirmando suscitat. & mandat earum obseruantiam. vt ex verbis illius clare ap-
53 paret. Igitur nil noue facit, cum confirmet veteres. quia confirmans, non dicitur aliquid de nouo statuere. ex traditis per Bal. cõ. 97. n. 3. & cõ. 477. n. 4. lib. 4. Felin. in c. fina. n. 4. & ibi Decius n. 13. de consti. Meno. con. 792. n. 8. lib. 8. & sic dictam pragmaticam conformem esse, & non contrariam constitutionibus apparet. quia in de-
54 cisionibus causarum, duplex interesse consideratur. Primum, & præcipuum, quo ad iurisdictionem Regis, hanc potuisse committere Baiulo Genera-
55 li, quis est qui negare possit? Extat enim Titulus, & in eo diuersæ constitutiones de Baiulo Generali, & eius iurisdictione tractantes, & sic approbatione Curiæ fuit tributa. quo verò ad partis interesse, euidens est, per constitutiones factas in Curijs, fuisse approbatam iurisdictionem, & signãter, ex constitutionibus 3. & 4. sub
56 titulo de officio Baiuli Generalis. quæ fuerunt factæ in annis 1547. & 1585. in, & cum quibus fuit statutum. quod quoiescunque causa, quæ verteretur in Baiulia Generali, excederet valorem quadringentarum librarum, ad partis instantiam, possit obtinere mãdatum à Regia Audientia, quod Assessores Baiuliæ Generalis facerent, de prædicta causa verbum in ea. vt per Regiam Audientiam declaretur,
57 & in vim conclusionis in ea factæ, sententia in Baiulia Generali proferatur. quo remedio, satis vtrique parti est succursum. quod ex dicta pragmatica, non destruitur, neque alteratur dispositio constitutionis de faciendo verbum. Solum enim ex dispositione dictæ pragmaticæ fit. quod tela indiciaria processus, in Baiulia Generali texatur, & sic nil est, ex quo tam acriter ferant dictæ pragmaticæ dispositionem. cum nil de nouo statuat, sed veterum pragmaticarũ sit noua prorogatio & renouatio, & insuflatio spiritus inueteres.

58 Ex quibus euidenter concluditur. quod si causæ patrimoniales, & feudales, potuissent euocari ad Regiam Audientiam in prima instãtia, frustra ad Curiæ instantiam, fuissent factæ prædictæ constitutiones 3. & 4. sub titu. *de Batlle Gener.* quod Assessores tenerentur verbum facere. Indeque expectare conclusionem Regiæ Audientiæ, vt iuxta eam, proferatur sententia, nomine Baiuli Generalis, insequendo conclusionem dictam. iuxta hanc secundam Regulam, quod non
59 possint in prima instantia, aliquæ causæ euocari, referam similiter succinte, quas in diuersis capitulis ex obseruantia Regiæ Audientiæ, refert Michael Ferrer lib. 1. obseruа. & sunt sequentes.

60 Primò, non euocantur causæ minores trescentarum libratum, prætextu Regaliarum, paupertatis, viduitatis, seu Religionis, si causæ sint cõtra habitantes extra Vicariam, in qua residet Regia Audientia. nam si partes existunt intra Vicariam, euocantur causæ absque qualitate Fer. 1. p. obserua. de euoca. causa c. 3.

Si

61 Si verò processus sit denuntiatus;
etiam si causa maior sit trecentarum
librarum , & habeat qualitatem non
euocatur Ferrer.c.6.
62 Non euocantur causæ,in vim clau-
sulatum renuntiationis proprij fori;
& submissionis alterius , si causæ sint
minores quinquaginta libratum,Fer.
c.13. loquendo semper in materia li-
brarum iuxta monetam, quæ expen-
ditur.in Ciuitate,& Tabula Barcino-
ne,Ferrer.c.6. n.6.
63 Non euocantur causæ eorum, qui
sunt de iurisdictione Alcaldorum de
la Seca; prætextu cuiuscumque,quali-
tatis;dum actu operantur in ea.Micael
Ferrer.c.14. & 15: nisi Iudices Alcal-
dorum opressionem facerent litigan-
64 tibus.quia prætextu qualitatis opres-
sionis ; posset euocari causa. eo quod
hanc Regaliā recursus ex causa opres-
sionis; non potest Rex, nec in Curijs
65 generalibus á se abdicare.iuxta tradi-
ta,& bene per Micaelem,Ferrer dicto
c.14.à n.5.hoc cōprobās ex authorita-
tibus Sacræ Scripturæ,in diuersis locis.
66 Similiter non euocabitur causa, ex
eo quod aliquis tertius se opposuerit,
(habens qualitatem ad euocandum.)
67 liti,& causæ.quia tertius opositor non
mutat naturam primitiuæ causæ. Mi-
chael Ferrer. 1. p. c.16. quia qualitas
68 vnius; non prodest alijs. vt de quali-
tate paupertatis filij , in fauorem pa-
69 tris, atestatur Michael Ferr.c.26.1.p.
de euo.cau.idē.& in c.27.loquens de
paupertate vxoris respectu mariti.
70 Causæ etiam fœudales , vertentes
in Baiulia Generali,non possunt euo-
cari ad Regiā Audientiam. Neque in
ea,possūt incoati. quia necessario sunt
tractandæ coram Baiulo Generali tan-
71 quam verò,& legitimo Iudice causa-
rum fœudalium.Ferrer dicta 1.p.ob-
ser. c.19.
72 Causæ verò fœudales,quæ non sunt
de fœudo Regis,sed alterius Domini,
si sunt in causa apellationis ; etiam
cum qualitate. non esse assuetam Re-
giam Audientiam in prima instantia
73 euocare, sed causam apellationis pri-
mæ , deberi tractari coram Domino
Superiori eiusdem fœudi iuxta tradi-
ta per Ferr. c.20. si autem Dominus
fœudi non habet Superiorem ; tunc
causa primæ apellationis,ducitur co-
ram Regente Regiam Vicariam. vt
atestatur Ferrer dicto c.20.verbo Sed
Dubium est quando.
74 Neque causæ,quæ concernunt Re-
gium partimonium,in prima instātia
possunt euocari ; sed sunt tractandæ
in Baiulia Generali Ferr.c.23.& ates-
tur Don Ludoui. á Peguera in sua
praxi ciuili Rubri.4. de euoca.causa,
vbi post quam dixit. quod causæ Re-
75 gij patrimonij tractantur in Baiulia
Generali; & quod, ab ea non possunt
auocari ; prætextu qualitatum , pau-
pertatis,viduitatis, & miserabilitatis;
nec Religionis ait.secus esse,si agatur
de interpretatione Regiorum priui-
76 legiorum,quia hoc prætextu possunt
auocari.Eo quod solus Princeps cog-
noscit de suis priuilegijs.Contrarium
tamen hodie seruatur eo quod Sere-
77 nissimus Rex Philipus, cum sua Re-
gia Pragmatica data *en el Pardo* die 5.
Nouēbr.1617. (quæ est Registrata in
Baiulia Generali Priuilegio, fol.74.)
statuit. quod neque virtute,quod aga-
tur de interpretatione Regiorum
78 Priuilegiorum ; euocentur causæ á
Baiulia Generali, sed quod Assessores
illius, cognoscant de causis, & priui-
legis Oliba de iure fisci c.4.n.38.Can-
79 cer.3.p.c.12.n.3. Neque euocantur ad
Regiam Audientiam causæ liquida-
tionum á sententijs,latis per Iudices
arbitros, si ipsi in sententia retinue-
runt tempus vlterius declarandi.quia
virtute horum verborum,causa liqui-
dationis,ad eos expectat,non verò est
locus,euocationi ad Regiam Audien-
tiam. Micael Ferr. obseruatio: Reg.
Audi.1.p.c.37.

Nec

80 Nec euocantur causæ executionum pensionum censualium, & violariorum, si ceptæ sint extra Vicariam, vbi residet Regia Audientia, prætextu paupertatis, viduitatis, seu pupillaritatis. iuxta tradita per Ferr. 1. p.c.35. Pegue.in sua praxi.Rubri.4. n.25.

81 Neque euocantur causæ examinandorum computorum per Magistrum Rationalem, cuiuscunque quantitatis, siue prætextu quarumcunque causarum, siue qualitatum. quia hæ causæ, priuatiuè ad Regiam Audientiam tractandæ sunt in officio Magistri Rationalis. ex Pragmatica Regis Ferdinandi. Dat. Montisoni die 2. Septembris 1520. vt refert Don Ludouicus à Pegue. dicta Rubri.4. n.30.

82 Sciendum tamen est. quod si defunctus habebat litem contra aliquem, coram Iudice ipsius Reiconuenti, contra quem agit, ipso actore decedente, si Fiscus defuncto succedat,

83 attrahit c . am ad suum forum. iuxta tradita per Peregri. de iure fisci lib.5. n.65. dum dicit. quod siue instantia cepta contra defunctum, transeat contra eius hæredes, & successores vniuersales. l. si hominem, ff. de fideiusso. vbi notāt scribentes, vbi ceptum. ff. de iudi. c. quia 5. ex. de Iudi. non ta-

84 men transit contra Fiscum. quia speciales Iudices ipse habet, l. si constante. §. fine. ff. solu. matrimo. dicto c. quia 5. C. vbi causæ fiscales. attrahit enim Fiscus ad suum Tribunal omnes, & quascunque causas, in quibus habet interesse, etiam minimum, l.1. C. de vēdi. rerum fisca. lib.10. Cali. in Marga. fisci. dubio.3. n.28. ex quibus practicabitur, quod eueniente casu mortis

85 alicuius, si bona abintestato Fisco Regio pertineant, pendentem causam inter defunctum, & alium. Fiscus Baiuliæ Generalis, assumet causam alias vertentem, ad Regium Cōsilium Ba-

86 iuliæ Generalis, etiam si verteretur in Regia Audientia virtute dictæ pragmaticæ, & in Baiulia Generali terminabitur vsq; ad sententiam definiti-

87 uam inclusiue. ad quam fiendam, poterunt compelli Assessores, facere verbum in Regia Audientia, si maior sit quadringentarum librarum. vt supra dictum est.

SVMMARIVM.

Regalia euocandi causam propter connexitatem, n.1.

Eadem res non est tractanda in diuersis Iudicijs, n.2.

Continentia causæ exēpla referuntur, n.3.

Possessorium, & petitorium an tractari debeant coram eodem Iudice, n. 4.

Connexitas causæ quando existat, n.5.

Causæ quando dicantur connexæ, n.6.

Petitorium, & possessorium an simul tractanda, n.7.

Cumulatio possessorij, & petitorij quando locum habeat, n.8.

Connexitas causæ quot modis interueniat, num.9.

Iudicium vbi ceptum, ibi finiri debet, num.10.

Exceptio ne causæ connexæ diuidantur, est aponenda per partem, n.11.

Exceptio ne continentia causæ diuidatur, an sit dilatoria, n.12.

Connexitas causæ valde dependet à Iudicis arbitrio, n.13.

Connexitas causæ in quibus reperiatur, num.14.

Connexitas causæ eas vnit, n.15.

Connexitas causæ à quibus proueniat, num.16.

Eadem res non potest sub diuersis Iudicibus tractari, n.17.

Reconuentio quando atendatur, n.18.

Absurditas est vitanda, n.19.

Tutores plures ratione vnius tutelæ, corā vno Iudice sunt conuenienti, n.20.

Euocatio causæ propter connexitatem quo modo fiat, n.21.

Causæ minores euocantur propter connexitatem, n.22.

Euocatio

Euocatio primeua trahit causas minores, num. 23.

Connexitas causæ impedit; ne de eadem re diuersæ fiant sententiæ, numero 24.

Euocatio causæ criminalis quomodo fiat, num. 25.

Connexitatis causa, si lis secunda moueatur quando remitatur Iudici primæ causæ, num. 26.

Cap. 26. De Regalia Euocandi causas propter earum connexitatem.

1 
SOLET etiam Rex,
vti alia suprema Re-
galia. quæ apellatur,
propter causarũ con-
nexitatem, quæ aliàs
dicit; ne continen-
tiæ causa diuidatur: & solet fieri,
quando in Regia Audientia: est ali-
qua causa euocata, prætextu Rega-
liarum, si postea appareat alia; quæ
connexitatem habeat cum illa; pote-
rit Rex. eam euocare eo motiuo,
ne continentiæ causa diuidatur. cum
2 sit prohibitum: de eadem re, duo
iudicia facere. iuxta Tex. in l. nulli
prorsus, C. de iudici. vbi pro regu-
la statuitur. quod continentiæ cau-
sæ, non debeat diuidi: quod etiam
tradit Sixtinus de Regali. lib. 1. cap. 8.
nu. 12. confirmans etiam ex l. 1. ff. de
quibus rebus ad eundem iudi. adea-
tur Gaili. de Pace publi. lib 1. cap. 6.
n. 2. Minsinge. obseru. 4. n 3. centu. 1.
& obseru. 97. centu. eadem, quod
3 exemplificat Acur. in glosa dicta l.
nulli. ponderando casum. quando
inter duos agitur. de possessione ali-
4 cuius rei, quod debet causæ pro-
prietatis, (si de ea sit tractandum)
tractari coram eodem Iudice. ad
dictam l. nulli, duos ponit casus se-
paratos, super interdictis possesso-
rijs, & super proprietate. inuesti-
gando casus; quando dicatur vna cau-
sa connexa cum alia. Hoc idem sen-
tit Bar. ad dictam l. nulli; dicens,
quandoque causas dici connexas; eo
5 quod sub vna generali actione, plu-
res species, seu capita continentur,
quæ eadem actione intentata pe-
tuntur. quandoque etiam, connexas
6 causas dici: quando de eadem re est
lis, seu quæstio, sed diuersis actio-
nibus agitur. veluti quando agitur
de petitorio, & possessorio simul
eiusdemmet rei: quia licet magna sit
7 controuersia, an petitorium, & posses-
sorium simul possint tractari; & eo-
rum fieri cumulatio. quam quæstio-
nem late tractat Bar. in l. naturali-
ter. §. nil commune; ff. de adqui.
8 possessio. quando, & ex quibus cau-
sis; petitorium, & possessorium con-
currere possint. latè Menoc. de adi-
piscenda, retinenda, & recuperanda
possessione in disparritis locis; de
connexitate causarum disputat.

Gailius lib. 1. obseruа. 32. qua-
tuor modos refert, in quibus; con-
9 nexitas causæ interuenit, tres sunt
hic relati. quartum verò statuit in
mutatione instantiæ, dicens. quod
silis coram vno Iudice sit introducta,
non poterit coram alio tractari. Sed
hoc non prouenit ex connexitate.
Sed ex alia causa. quam cognouit
idem Gailius dum dicit. quod vbi
ceptum est iudicium, ibi finiri de-
10 bet, l. vbi ceptum, C. de iudi. No-
tat tamen, & bene Gailius vbi su-
pra num. 12. quod exceptio hæc, ne
11 continentia causæ diuidatur; in iu-
dicio petitorio, & possessorio, de-
bet per partem allegari. quia alias
de ea nulla habebitur ratio. ex In-

nocen. In cap. cum M. Ferrarien-
12 sis num. 10. circa finem de consti-
tu. Felin. in cap. 1. Textus, & glo-
sa in cap. fina, verbo *Super proprie-
tate de Iudicijs.* Est etiam hæc ex-
ceptio, ne continentia causæ diui-
datur. opponenda in vim dilato-
riæ, ante litem contestatam. & op-
posita impedit litis ingressum cap. in-
ter Monasterium de re iudica. Gai-
13 li. vbi supra num. 13. Sed certe, quan-
do connexitas causæ reperiatur, mul-
tum dependet á Iudicis arbitrio.
propter qualitatem negociorum, iux-
ta Tex. in l. 1. ff. de quibus rebus,
ad eundem Iudicem eatur. veluti,
14 si inter diuersos lis existat, circa
diuisionem hæreditatis vniuersalis.
ex titulo. ff. familiæ. herciscun,
& inter eosdem communi diuidun-
do. vel finium regundorum, quia
cum ad inuicem, vnum negocium
prospiciat aliud, nec videatur posse
15 cognoscere de vno, sine alio, ideo
connexitatem habere dicuntur. vn-
de non poterit, de parte vnius co-
ram vno Iudice agi, & de parte al-
terius coram alio. Hoc autem, quod
causæ, si inter se habeant connexi-
16 tatem, non possint sub diuersis Iu-
dicibus tractari, ex tribus causis, seu
rationibus esse, attestatur Accur. in
dicta l. 1. ff. de quibus rebus ad eun-
dem Iudicem, verbo: *Eundem Iu-*
17 *dicem*, quarum primam esse dicit,
quia cum agatur de eadem re, li-
cet inter diuersas personas, vna ea-
demque causa iudicatur, & non di-
uisa. ex dicta. l. 1. dicta l. nulli. Se-
18 cundam verò causam consistere. quia
cum sit ratione eiusdem met rei,
consideratur petitio illius, & recon-
uentio, l. cum Papinianus. C. de sen-
ten. & interlocu. omni. Iudicum.
ibi *Cuius enim in agendo obseruat ar-
bitrium, cum habere, & contra se
Iudicem in eodem negocio non dedigne-*
19 *tur.* Auth. & consequenter. C. eod.
titu. Tertiam verò causam, statuit
esse, ratione vitandæ absurditatis.
videlicet, ne diuersæ sententiæ se-
querentur. argumento, l. cognitio,
§. si plures, ff. de libera. causa. vn-
de, l. cum ex pluribus, ff. de quibus
20 rebus ad eundem Iudicem. statuit
quod si ratione tutelæ, vnus tu-
tor conueniatur sub vno Iudice,
coram eodem debent cæteri con-
tutores conueniri. Ex dictis igitur
21 apparet. quod quotiescunque lis
in Regia Audientia fuerit euoca-
ta, si respectu eiusdem met rei, sint
aliæ causæ tractandæ, poterunt
aliæ euocari ad Regiam Audien-
22 tiam, licet sint minores trecenta-
rum librarum. quia cum sint de-
pendentes à prima, vel cum ea sint
connexæ, quo ad merita, ne ab-
surditas sententiarum sequatur, sub
vno, & eodem Iudice erunt tra-
ctandæ. Est exemplum. quando
in causa maiori legitimè euoca-
23 ta, agitur de reuocanda alienatio-
ne, facta de bonis fideicommisso
subiectis, si alia sint bona penes
tertios, licet non sint valoris tres-
centarum librarum, de bonis se-
paratis centis, per alios possessores
poterunt omnes causæ, etiam mi-
nores, euocari propter connexita-
24 tem earum, ne sententiæ contrariæ
fierent: in vna declarando bona esse
fideicommisso subiecta, & sic non
potuisse alienari. in alia verò cau-
sa, non esse subiecta fideicommis-
so, & per consequens esse aliena-
25 bilia. De euocatione causæ crimi-
nalis, in vim huius Regaliæ, tra-
dit formam Don Ludouicus à Pegue-
ra in sua praxi. cap. 18. In ciuilibus
verò causis, erit offerenda suplicatio
narrando factum, coniungendo cum
causa euocata vertenti, ita vt de
connexitate causarum appareat.
suplicans

supplicans ex eo euocari, & committi eidem Relatori, qui super supplicatis
26 prouideat.Hoc etiam innuere videtur quod refert Fonta.to.1.decis.71.n.21. cum sequentibus.vbi asserit, quod filis separate sit mota super recuperatione alicuius rei,vẽditę sub pacto de retrouendendo, & moueatur alia lis super iure recuperandi rem,opponendo aliquam exceptionem ex defectu iuris agendi,quod licet hæc secunda causa, separatim introducatur,& corã alio relatore, & diuerso Iudice tractetur, si primus actor hoc Regio Cõsilio enarrauerit,& petierit propter connexitatem causæ hoc ad primum iudicium remitti,obtinebit. ex fundamentis in dicta decisione traditis.

SVMMARIVM.

Repræsalias indicere cui competat; num. 1.

Repræsaliarum impositio est Regalia, num. 2.

Repræsalia nomen Bastardum est, num. 3.

Repræsaliæ, pignorationes apellantur, num. 4.

Repræsalia nomen quid significet, num. 5.

Repræsaliarum Vsus an sit licitus, num. 6.

Pignorationes olim prohibitæ erant, num. 7.

Repræsaliæ an sint permissæ, n. 8.

Diui Augustini authoritas refertur, num. 9.

Repræsalias concedere, non debet facile Rex n. 10.

Repræsaliarum declaratiò magnum damnum solet asserre, n. 11.

Rex præcauere debet scandalis, n. 12.

Repræsaliæ an sint nouæ Rei, n. 13.

Repræsaliæ Vnde traxerint originem, num. 14.

Repræsaliarum institutio quare introducta, num. 15.

Bellum quare antiquitus indictum, num. 16.

Repræsalias non esse de Regalibus obijcitur, n. 17.

Pignoraciones quo modo dicebantur prohibitæ, n. 18.

Repræsaliarum declaratio, quæ requirat, num. 19.

Constitutio Poch valdrie *Titu. de obser. consti. declaratur, n. 20.*

Deputati quando debeant se opponere contrafactioni constitutionum, num. 21.

Constitutionibus quando dicatur contrafactùm, n. 22.

Contrafactio constitutionis quomodo reparetur, n. 23.

Remedio ordinario extànte, cessat extraordinarium, n. 24.

Repræsaliæ Vt locum habeant quid requirant, n. 25.

Repræsaliæ qualiter prouideantur, num. 26.

Ius sibi dicere nemo potest, n. 27.

Repræsaliæ ex iusta causa debent concedi, n. 28.

Causa quæ sit iusta, ad prouidendum repræsalias, n. 29.

Iudex debet esse interpellatus, n. 30.

Repræsaliæ non dantur pro modico dampno, n. 31.

Remedia magna non dantur pro minimis dampnis, n. 32.

Regalia concedendi repræsalias est concessibilis, n. 33.

Repræsalias solent concedere Vicarij Barcinone, & cæteri Cataloniæ, num. 34.

Repræsalias indicandi ius, ex inmemoriali tempore adquiritur, numero, 35.

Ciuitas Barcinone quando indicet repræsalias, n. 36.

Ciuitas Barcinone, quæ bona capere possit pro Repræsalijs, n. 36.

Bona existentia intra Ciuitatem Barcinone possunt capi pro Represalijs, num. 38.

Repræsaliæ que requirant, vt declarentur, num. 39.

Repræsaliæ qua forma exequantur, num. 40.

Repræsaliæ an possit à Iudice seculari declarari contra clericos, n. 41.

Iudex laicus declarare an possit contra bona clericorum repræsalias, n. 42.

Repræsaliæ quomodo locum habeant contra bona clericorum, n. 43.

Libertas Ecclesiastica an grauetur per Iudicem secularem, n. 44.

Repræsaliæ an locum habeant contra clericos debitores, n. 45.

Repræsaliæ ad cuius instantiam sint prouidendæ, n. 46.

Repræsalias an possit prouidere Baro, num. 47.

Barones an obstante quadam Pragmatica possint apponere Represalias, num. 48.

Cap. 27. De Regalia imponendi Repræsalias.



1 EPRÆSALIAS indicere, soli Principi competit, & sic est de Regalijs ipsi competentibus. Francisc. Marcus decisio Delphi. 769. n. 6. volu. 1. Calici. in Marg. fiscì dubio. 6. n. 59. Gailli. libro singulari de pignoratio. obserua. 1. & 2.
2 quia sine Principis licentia, indici non possunt. c. Dominus noster 23. quæst. 2. hoc idem refert. & sequitur Sixtinus de Rega. lib. 2. c. 1. n. 30. afferens, hanc Regaliam indicendi Repræsalias ad instar belli esse, ideoque ius eas indicendi, solum competere illi, cui licitum est bellum indicere Molina Theolo. de iusti. & iure. to. 1. tracta. 2. disputa. 121. verbo: *Ad quem*
3 *pertinet bellum mouere*, &c. Hoc autem nomen *Repræsalia*, Barbarum esse atestatur Gailius obserua. 2. in principio. quia propriè loquendo de ma-
4 teria adequata, similes modi procedendi propriè. *Pignorationes*, dicuntur, videlicet, quando persona vnius, vel bona capiuntur pro aliena culpa, & facto. Latè de huius nominis significatione, & de Repræsalijs, tractat Bellug. in Specul. Princi. Rubri. 11.
5 §. iam supra in addi. verbo *Repræsalias*. Magna autem controuersia fuit, an talis prouidendi modus esset licitus, & permissus. In quo dissentierunt
6 Scribentes, moti ex Tex. in authen. ne fiat pignorationes c. 1. in quo textu apparet, pignorationes esse prohibi-
7 tas. nec mirum, si in conuentione pignorationis consistebat grauamen, cum fieret pactum inter priuatos; quod tertius capi posset pro debito alte-
8 rius, vt interpretatur Acur. ibidem verbo, *Formam*, Don Ludouicus à Peguer. to. 1. decis. 11. per totam. Sed verior, & receptior sententia fuit eorum, qui aseuerarunt, licitum esse talem prosequendi modum, confirman-
9 do ex dicto Sancti Augustini (cuius festiuus dies est hodierna in qua hæc scribo.) in libro suarum quæstionum quarum fragmentum refertur in Canone Dominus noster 23. q. 2. ita atestatur Innocen. in c. olim causam n. 6. de resti. spoliato. & licet aliqui extitimauerint, correctam esset dispositionem Tex. in dicto c. Dominus noster. Veritas tamen est, quod non est correcta, vt atestatur Guido Pape decis. 32 n. 1. & ibi additiones Mathæi. & Ferrarijs faciunt tradita per Pegue. dicta decis. 11. n. 7.

10 Sed aduertendum est, Regem, non debere esse facilem, ad concedendas similes Represalias. quia earum declaratio plura dãpna reportat, tum ex eis latrocinia, & scãdala oriri soleant. quibus bonus Princeps præcauere debet

1. non

12 l.non salutem,ff.de offi. Præfec. vigi. & in §.1.de pace tenen. & iuramen. firman.& in c.1. de prohi. feudi alie. faciunt tradita per Gaili vbi supra di-
13 cta obs.2.n.3 Represalias verò,nouam rē esse,voluit Bar. in tracta.de repres.Sociu.tamen è contrario in l.2.§.& ita leges. ff.de origi.iur. verbo *Latas* circa finem atestatur, antiquissimum modum exequendi,& ministrādi,esse cum effectu iustitiam.huncq; modum procedendi per viam represaliarum,
14 à Numma Pompilio Secundo Romanorum Rege,inicium traxisse ab ipsis Fecialibus,quorum officium erat,custodire ne alicui confederatę vrbi,bellum iniustum à Romanis inferretur.
15 quod si forte. ab alijs fœdera violarētur,repetere res,& si non redderētur, bellum indicere.Fœciciales enim prędicti, vt atestatur Gailius vbi supra, n.6. ibant ad *Fœdi fragam.* Ciuitatem
16 fœcialis,& admonitis,vt iusta facerēt, nisi paruissent, (dijs fœdetum inuocatis) bellum cominabantur. de qua forma, & solemnitate Dionisius Alicarnaceus Liuius, & Pluratcus latè referunt prædicta etiam notat Belluga in Speculo Princi.Rubri. 11. §.iam supra verbo *Represalia*, paulo post principium.
17 Sed vrgere videtur difficultas magna.ex eo quod videtur.Represalia nō esse de Regalibus, cum assimiletur, eas esse prohibitas,authentico vt non
18 fiant pignorationes, §.1.ex quo Tex. dixerunt,desumptam esse authēticam sed omnino, C.ne vxor pro marito. Sed hoc quidem intelligendum sic venit,iuxta tradita per Bellu. vbi su-
19 pra n.3.quod ad hoc,vt represaliæ locum habeant, duo requiruntur.videlicet, quod Iudex contra quem prouidētur,sit requisitus, & quod sit morosus.vel denegauerit iustitiam facere.aliud est quod non possit habere recursum ad superiorem, quia si per viam recursus, pars læsa enmendam habere possit,non est locus Represalijs. & in his duobus casibus prohibitæ dicuntur represaliæ. & sic debent intelligi Tex. in dicto authentico, vt non fiant pignorationes, & alia iura similia. ex prædicto igitur dicto,quod
20 quando per viam recursus, potest remedium haberi, non habeant locum represaliæ. Obiter referam dubium quoddam,quod fuit suscitatum in domo Deputationis die 6.Septēb.1620. me deseruiente officio Assessoris illius, vna cum magnifico Francisco Aguilo,sui obitus tempore Regente Regiam Cancellariam in supremo Aragoniæ Consilio.in quo casu qui se obtulit circa constitutionem; *Poc valdrie*,Titulo de obser.consti.An Depu-
21 tati tenerētur, se opponere prouisionibus factis in Regia Audientia, si apparet esse cōtrarias cōstitutionibus. cui dubio adhibitis aliquibus Doctoribus ex præstantioribus, fuit conclusum. quod Deputati non debent virtute dictæ constitutionis, in illis
22 verbis: *Si empero la dita prouisio*, nec alterius constitutionis, se opponere executioni alicuius prouisionis,factæ in Regio Consilio, in qua prætendi-
23 tur fuisse contrafactum constitutionibus,si talis prouisio cōtrario imperio; seu alias per eundem, vel alium Iudicem possit corrigi, seu enmendari; vt expressè disponunt verba præcedentia dictæ constitutionis. quæ volunt. quod sententiæ sint eius qualitatis, quod contrario Imperio,
24 seu per supplicationem corrigi non possint. quia extante remedio ordinario, cessat extraordinarium. argumento l. in causæ. ff. de mino. Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure Corne. cōn.160. volum.2. & consil.62. in fine princi. volum.3. & sic casu quo, grauamen alicui illatum, possit remedio ordinario mederi, non erit procedendum in vim represaliarum.

25 Iacto igitur hoc fundamento, quod quando per vim, recursus non potest mederi dampnum datum, tunc poterit procedi per viam declarationis represaliatum. sciendum tamen est, fieri, duobus tamen concurrenti-
26 bus. primo requiritur. quod per superiorem prouideatur. (in quo consistit ius Regaliæ) Bar. in tracta. de Regali. q.3.n.5. Iacob. á Curibus. in tracta de represa.1.p.n.36. Fontan. dicta clau.3.glos.2.n.23. eo quod, nemo ius sibi dicere potest. Bal. In c.1. de milite vassallo. qui contumax ex Guido Pape decis. 32. Secundum est. quod ex
27 iusta causa decernantur, Peguer. dicta decis.11.n.7. quia non existente iusta causa, omnia procedimenta sunt nulla
28 l. cum verò, ∫. subuenta, ff. de fideicõmis. libertat. l.1. §. hæc verba. ff. ne ius
29 fiat ei. iusta autem causa dicitur, quando Iudex requisitus recusat facere iustitiam, vt in dicto c. Dominus. Innocen. in c. Diui. Anto. de Butrio de resti. spolia.

30 Ad hoc autem, vt Represaliæ concedantur, non sufficit, esse interpellatos Ordinatios Iudices. sed & Superiores. Bar. in tracta. de Represa. q.2. q. ptinci. 1. Ioan. Andre. in Regu. non debet de Reg. iur. debet etiam causa
31 (ex qua petũtur Represaliæ) esse grauem. quia pro modico dampno, non debent represaliæ prouideri. eo quod
32 remedia magna, non conceduntur pro minimis dampnis. argumento l. si oleum, ∫. fin. ff. de dolo. l. licio. ff. de in integ. restitu. eadem requisita ad declarationem fiendam refert Fontane. de pac. dota. to. 1. clau. 3. glos. 2. à. n. 23. Guido Pape decis. 32. n. 1. & decis. 33 vbi ait. quod antequam represaliæ prouideantur, debet Iudex interpellari, vt iustitiam faciat. Prædictis igitur fundamentis iactis, legitimè poterit procedi ad declarandas represalias, & illas exequendas.

33 Sciendum est autem, quod hos ius declarandi, & exequendi represalias, communicabile, & concessibile est. cum non sit de Regalijs, quæ supremæ Coronæ, tanquam gemmæ sunt afixæ. & sic, in hoc Principatu Cataloniæ solent per Vicarios Regios declarari, & exequi. docet Mier. ad consti. Regis Iacobi 2. in Curia Barci-
34 none c.16. fere per totum in nouis. fol.105. faciunt tradita per Don Ludoui. á Peguera tom.1. decis. 11. per totam.

35 Solet etiam declaratio represaliarum fieri ab eo. qui ex inmemoriali tempore, existit in ea possessione. quia ex præsumpto titulo, qui ex ea resultat, censetur à Principe hanc facultatem fuisse illi concessam.

36 Ex quo Ciuitas Barcinone, potest similes represalias prouidere. provt decisum fuit in Regia Audientia cum sententia, quam refert Fontanella dicta clau. 3. glos. 2. n. 25. Sed hoc, non est indistinctè intelligendum, quod absolute Ciuitas Barcinone.
37 procedat ad executionem represaliarum, sed tantum, quoad bona existentia intra Ciuitatem. quia bona quæ reperiuntur intra Ciuitatem, etiam aliena, solent aprehendi in executionem represaliatum. vt in eadem sententia relata per Fontanella, apparet
38 in illis verbis: *de bonis in Ciuitate Barcinone repertis.* meminit etiam de hac decisione Cancer. lib. 3. varia. c. 5. de sono emisso nu. 49. similis sententia fuit lata per Don Gerardum de Guardiola postea Regentem in supremo Aragoniæ Consilio, die 9. April. 1593.
39 in causa ad eius relationem vertente. intra Syndicum Ciuitatis Barcinone. contra Ciuitatem Dertusæ. Antequam represaliæ declarẽtur necessarium est. quod prius Iudex requirens, condemnet eum, qui tenetur de dampno. ad dãpnum datum resarciendũ. & pos-
40 tea fiunt litteræ requisitoriæ. vt soluat quantitatem declaratam. Molina Theolo.

Theolo. dicta disputa. 121. vers. Ad quem pertinet bellum mouere; quibus præsentatis Iudici ipsius condempnati, si Iudex requisitus, recusauerit compellere suum subditum, vt soluat id, ad quod fuit condempnatus, tunc expedientur litteræ ad executionem represaliatum. Michael Fer. 3. p. obserua. c. 417. Mier. ad consti. Reg. Petri Secundi in Curia Barcino. c. 43. in princi. vbi dicit Vicarios in Catalonia habere ius indicendi represalias, in principio, & n. 3. vbi latè de declaratione Represaliarum, & Marcarum, quod idem esse videatur.

41 Sed vrgere videtur difficultas; an virtute dictæ Regaliæ, possit procedi contra Iudices Ecclesiasticos, recusantes facere iustitiam. Et licet sint aliqui, tenentes, non posse Iudicem laicum, etiam virtute Regaliæ, procedere contra Ecclesiasticos, per modum represaliarum, ex cap. si pignorationes. de Iudicijs lib. 6. veritas tamen est

42 in contrarium. Videlicet represalias posse indici à Iudice seculari contra personas Ecclesiasticas; & in executione earum, posse capi bona temporalia eorum. nō verò spiritualia. quia de his est incapax Iudex secularis. & maximè locum habebunt. cum Iudex

43 Ecclesiasticus est morosus, in teddenda iustitia. ex c. statutæ. & alijs iuribus allegatis per Corne. con. 62. in princi. volu. 3. Guido Pape decis. 34. & ibi additiones, ex hac decisione resolutiuè tradit Don Ludouicus à Peguera dicto to. 1. decis. 11. in fine, maximè in casu Regaliarum. Iuxta tradita per Oliba ad vsati. Alium namque c. 11. n. 43. quia procedimenta quæ Rex facit, pro conseruanda pace, & quiete

44 subditorum, & sui Regni cōseruatione, non dicuntur esse contra libertatem Ecclesiasticam, idem Oliba ad dicta vsat. c. 14. n. 6. Hanc opinionem circa declarationem represaliarum

45 contra clericos, amplectere videtur Bellug. in Speculo Princi. Rubri. rr. 5. sane supra. in additio. littera B. circa finem verbo *Erga clericos, & Ecclesiasticas personas*. Et maximè inferius, verbo: *Secus autem contra clericos debitores*. Et licet Bartolus (allegatus per

46 Mier ad constitu. Regis Petri in Curia Barcinone c. 43. to. 1. pag. 52. n. 18. in tracta. represa. 5. quæst. 2.) dicat, quod quando Represaliæ prouidentur, ille ad cuius instantiam fiunt, debet esse subditus Iudicis requirentis. In Catalonia non requiritur opinio Bar. vt atestatur Mier. ibidem, & obseruatur in Catalonia, quod non so-

47 lum Vicarij solent represalias imponere, sed etiam Officiales Ordinarij Baronum, solent interpellare Vicarios eadem forma qua Vicarij solent; & in casu, quo recusent, possunt Officiales Baronum represalias indicare contra personas Vicariæ. Ita Mier.

48 ad dictam consti. Reg. Petri Secundi in Curia Barci. c. 44. n. 23. to. 1. pag. 52 vbi ait Mieres nil obstare Regiam Pragmaticam Regis Petri datam Barcinone, 5. Idus Augusti 1309. quia atestatur dictus Mier. dictam pragmaticam non obseruari. eo quod constitutiones sub titulo de Marcas y Represalias sunt posteriores dicta pragmatica.

SVMMARIVM.

Regaliæ quas habet Rex vt Comes Barcinone quot sint, n. 1.

Bataya in iure Regaliæ fundatur, n. 2.

Bataya ante quam olim fieret quæ requirebat, n. 3.

Emmenda in Bataya requirebatur, n. 4.

Emmenda in ære, & corpore erat fienda, num. 5.

Bataya verbum quid significet, n. 6.

Bataya in Catalonia olim dicebatur bellum, n. 7.

Batayam condempnauit Sanctus Raymundus de Penyafort, n. 8.

Regalia

Cap. 28. De Regalia Vsatici Bataya.



Arquilles in vsat. hoc quod iuris est Sanctorum, fol.309. pag.2. dicit viginti esse Regalias, quas Rex virtute vsaticorum Cataloniæ habet, vt Comes Barcinonæ. eas enumerãdo, & inter eas ait, vnam esse eam, quæ fundatur in hoc vsati. *Bataya*, Calici. In extragrauatorio Curia. pag.44. verbo *Centesimo*. In & cum

tum quo erat dispositum, quod si Ba-
2 taya erat fienda inter milites, quod antequam fieret, & prestaretur iuramentum, debebat ascecurari pro valo-
3 re duscentarum vnciarum auri Valentini; cum pignoribus valentibus. & casu quo fieret inter plebeos, quod ascecuratio fieret pro valore centum vnciarum, eo quod victori vltra tro-
4 pheum ipsius victoriæ, posset emmendari damnum, quod ex Bataya reportabat, tam in corpore, quam in equo,
5 & armis. & omnia alia, quæ expenderat in Bataya. & quod definitum remaneat malum, quod ex Bataya reportabat victus.

6 Verbum hoc *Bataya* propriè significat duellum, ex traditis per Marquil. ad vsati. Bataya verbo *Nota secundo* confirmat suum dictum ex glos. in l. qua actione. §. si quis in colluctatione ff. ad leg. aqui. c. 1. §. si quis hominem, & §. si quis alium in lib. fœudo. de pace tenen. quod in Catalonia,
7 *Guerra*, appellabatur, cum hodie duellum sit prohibitum, vt infra latius dicetur. & agnouit Iacob. de Monte
8 Iudaico ad hunc vsati. referens hoc idem censisse Beatum Raymundum de Penyafort, aliqua de duello, refert Socarrats ad consuetu. Cataloniæ, c. item vassallus. pag. 470. vbi per totum percurrit materiam huius vsatici.

9 Propriè hic tractabitur hæc Regalia, non vt circa eam aliquid practicari possit. sed vt iuxta dispositionem dicti vsatici percipiamus, quid esset, quo pacto procederetur in Bataya, seu diffidamento.

10 Duellum duplex olim erat. vt refert Socar. ad cõsue. Cataloniæ, c. item vassallus. mihi pag. 471. n. 1. vnum iudiciale, aliud extraiudiciale. asserens hunc vsaticum Bataya loqui de iudiciali. de extraiudiciali loquitur cõstitutio. 1. sub titulo *de Desiximens de*
11 *guerra*. Vnde nota ex traditis per Marquil. in dicto vsati. in verbo *Nota decimo*. quod ille qui Batayam, siue diffidamentum mouebat, debebat per tres dies residere in Campo, intra quos, si non erat victus á Reptatore debebat ipse Reptatus reficere ipsi Reptatori,
12 omnes expensas per eum factas occasione reptamenti. procedimenta verò quæ fiebant, in causa reptamenti per diffidamentum; poterant fieri per Procuratorem. vt ex pluribus refert Marquil. in hoc vsati. notabili 14. Guillermus de Vallesica, ad interpretationem huius vsatici. constituit du-
13 plici modo bellum esse. aliud licitum. veluti quando fit congregatio gentium pro defensione vniuscuiusque
14 rei. de quibus est Titulus. ff. de vi, & de vi armata. aliud verò quod illici-
15 tum iudicabatur iuxta vsaticos. videlicet, Pro Bausia, pro pacibus, & treuguis fractis. quia hoc casu. duellum erat permissum. de quo etiam agebatur in vsatico *Cunctum malum*. Nam
16 antequam reptamẽtum admiteretur, debebat prius constare, de fractione treuguarum. Guiller. de Vallesica ibidem n. 4. dicens ibidem n. 5. per Pro-
17 curatorem posse reptamentum admiti, & n. 6. vbi dicit. Bausiam esse infi-
18 delitatem, & proditionem, propter quam solita erat Curia procedere, ad declarationem reptamenti, assignãdo eidem diem, & horam, vt doceret de
19 indemnitate sua; eoque non comparente, fiebat declaratio per Curiam, quod ille erat Bausator. qua declaratione facta, Bausator volens comparere ad purgandam pœnam; non ad-
20 mitebatur. iuxta tradita per Guiller. de Vallesica n. 8. & 10. eo quod inculpato de reptamento, non dicebatur res integra.

21 Bausiam in triplici specie consistere, docet Guiller. de Vallesica in dicto vsati. n. 12. dicens. Primò modo com-
22 mitti Bausiam, si vassallus Dominum occiderit. Secundò, si vassallus cognoueris

uerit vxorem sui domini. Tertiò ve-
rò modo Bausia cōmittitur, si occidat
eum, cum quo est in treuga conuen-
tionali. & quod ad hoc, vt posit pro-
23 cedi, ex pœnis vsatici, debebant par-
tes esse pares. idest æquales in quali-
tate personæ, & in diuitijs. & hoc idē
debebat seruari, vt Reptatus posset
indicere bellum, vt ibidem Guiller-
24 mus de Vallesica n.13. Militibus, &
generosis, & hominibus de paratico.
licitum esse raptamentum facere. &
suas differentias, per Batayam defini-
re, atestatur Guiller. de Vallesica. n.14.
Iacobus Calicius in viridario Militis,
c.1. Erat enim hoc in vsu. quod po-
25 terant prædicti, per duellum, siue bel-
lum, dissentiones inter eos ortas, de-
finire. victum autem non posse in pu-
ne à Rege occidi atestatur. quia non
erat probatio probata, hoc quod esset
in Bataya victus, solum ex eo fieret
26 exul a tota terra. Reptator verò, qui in
bello moriebatur, nullū ius in alium
transmittit. Sed totum cum eo expi-
27 rat. & solum antiquitus, notabatur in
processu mors illius.

28 Reptamentum verò, à Reptatore
solebat fieri cum epistola, cuius tres
formas tradit Guiller. de Vallesi. ad
dictum vsati. n.29. cum sequen. alia
refert Calici. ad dictum vsati. à n.11.
cum sequen.

29 Reptamentum verò solum admi-
tebatur, quando factum, de quo rapta-
batur, testibus probari non poterat,
iuxta tradita per Calic. n.9. Data præ-
dicta littera diffidamenti, solebat ei
responderi per Raptatum, negando
30 factum, & certis quibusdam verbis
responsio erat fienda. quæ à dicto Ca-
licio. traditur in dicto vsati. à n. 17.
qui est videndus, propter modum lo-
31 quendi in verbis. à quo numero tra-
dit requisita, secundum illud tempus
in bellis, siue duellis. videlicet. in quo
loco duellum esset sustinendum. quæ
personæ, & quot in eo interueniēt
32 possent, aut deberent. Et an per seme-
tipsum Reptator teneatur pugnare,
vel per Cāpionem, & quo modo esset
iuranda Bataya. quo tempore esset
33 duraturum duellum, & quid de duel-
lo inter Vassallum. & Dominum, &
de refectione expensarum, & de re-
34 paratione dampni. & iniuriæ illatæ
in duello.

In summa. Hic modus bellandi, in
35 Catalonia olim permittebatur, iuxta
prædictum vsaticum, & alios aplicabi-
les. licet illum reprobet Socar. ad cō-
suetu. Catalo. c. item vassallus, num.2.
pag. 471. hoc idem atestatur Calici.
in viridario Militiæ c.2. maximè mihi
pag.149. n.10. verbo *Has dispositiones*,
idem atestatur Marqui. in vsati. simili
36 modo verbo *Quæro quarto*, quia in Ca-
talonia antiquitus, quādo deficiebant
probationes, res quæ dubia erat, per
duellum, siue Batayam, decidebatur.
vt atestatur Mier. ad consti. Reg. Iaco-
bi Secūdi in Curia Barcinone cola 2.
de libello reptamēti n.7. mihi pag.16.
in nouis. Sed recentioribus tempori-
bus in desuetudinem abijt. Et postea
37 fuit dubitatum, an hic modus bel-
landi, esset in vsu permissus. vt refert
Guiller. de Vallesica. ad dictum vsati.
n.22. dicens. Hanc quæstionem fuisse
tractatam à Diuo Raymundo de Pe-
nyafort Barcinonensi. Titulo de duel-
lo. Et licet dictus de Vallesica, non re-
ferat definitiuā sententiam dicti Sācti.
Miror quod afirmatiuè, & in trepide
38 asserit. quod attento fuerat admissus
talis modus in Catalonia, quod in ea
pro inueterata consuetudine habea-
tur. quia inumanum est, taliter pro-
cedere.

39 Vnde Sancte, & Pie Sacrosanctum
Concilium Tridentinum Sessio. 25.
c.19. de reforma. considerans quàm
detestabile sit duellum, statuit. quod
modus procedendi per duellum, à to-
to pœnitus orbe deleretur, & exter-
40 minaretur. præcipiendo, quod Domi-
ni

ni terrarum, qui in suis iurisdictioni-
bus, tale permiserint, eo ipso sint ex-
communicati, ac à iurisdictione Ciui-
tatis, seu loci priuentur. & Dominis
fœudalibus iurisdictiones applicentur.
41 Et si aliquid ab Ecclesia habeant, sint
ipso iure ab eo priuati, & Patrini in-
teressentes excommunicati sint, &
omnium bonorum suorum præscrip-
tionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam
incurrant. Et vt homicidæ puniantur.
tur. & si in ipso conflictu pereant,
perpetuo careant Ecclesiastica sepul-
tura. neque eis prosit Bulla sanctæ
Cruciatæ iuxta explicationem Docto-
ris Martini Carillo in explicatione
bullæ Cruciatæ defunctorum secun-
da parte cap. 4. num. 55. Pater Valeri.
Reginal. in praxi. fori pœniten. lib. 22
num. 76. versi. Accedit. videndæ sunt
declarationes Sacræ Congregationis
Cardinal. & Remissiones Augustini
Barbosæ ad dictũ caput. Similiter, &
qui auxilium præstiterint, perpetuo
sint maledicti. Et sententiam excom-
municationis incurrant. non obstante
quacunque consuetudine, etiam im-
memoriali existente. Ex quibus re-
manent in obscuro eaque referebat
Iacobus Calici. in suo viridario Mili-
tiæ per totum. quoniam omnia quæ
tendunt ad diffidamenta, directè,
vel indirectè, sunt totaliter subbla-
ta ex dispositione prædicti Sacro San-
cti C. Tridentini.

Ex his igitur apparet, ius Regaliæ
42 in vim huius vsatici, quo attinet ad
eius executionẽ, hodie nõ esse in pra-
xi applicabile. Cum autem iste vsati-
43 cus sit situs sub titulo Belli, de Rega-
lia inferendi bellum breui sermone
hic aliqua referam.

In primis sciendum est, quod bel-
44 lum indicere, est de supremis Rega-
lijs, Regi expectantibus, in signum
supremæ iurisdictionis: & sic de gem-
mis Coronæ Regiæ. ex quo non est
concessibilis. ex l. 1. C. vt armo. vsus
lib. 11. & ibi Lucas de Pena, & Ioan. de
Platea, & probatur in auth. de armis.
c. quid culpatur. Marq. in vsat. ex mag-
nati. fol. 264. col. 1. vers. Et nota quod
Regalia est Principis. & communiter
Scribẽtes in l. ex hoc iure. ff. de iusti. &
Innocen. in c. sicut de iure iurã. Bar. in
l. hostes. ff. de capti. Oldral. con. 70. in-
finitos Authores hãc sequẽtes sentẽtiã
refert Socar. ad consue. Catalo. c. si ali-
quis pag. 356. n. 3. Horati. Mõta. de Re-
gali. in proœmio. n. 10. refert Philip.
Vinyes in suo secũdo respõso. pro cõ-
tẽtione rauparũ de cõtrabãdo pag. 64.
vers. *Solo dize la alegacion*. quod quidẽ
intelligendũ est, de bello publico. nam
pro defensione propria licitũ est vni-
cuiq; debellare iuxta Bartoli doctrinã
46 in l. hostes. ff. de capti. Ioã. de Platea in
d. l. 1. C. vt armorũ vsus. Bal. in l. 1. col. 3.
C. de serui. & aqua. quod propriè, non
47 est debellare cum bellũ propriè cõsi-
deretur, respectu illius, qui illud exci-
tat. hoc est propriè bellare. ex parte
verò inuasi. potius defensio cõsidera-
48 tur. iuxta quod est titulus. ff. & C. quã-
do liceat sine Iudice, se vindicare. vnde
ortũ est illud iuris principiũ, vim. vi
49 repellere licet. quod intelligendũ est.
in eodẽ instanti. quia in interuallo, nõ
licet. l. 1. §. cũ qui vers. Vim vi. l. 3. §. cũ
igitur. ff. de vi, & de vsat. magan. Mãti.
de taci. & ambi. conuẽtio. lib. 23. tit. 3.
50 n. 23. vnde qui bellũ mouet, sine Prin-
cipis licentia. iniustum bellum moue-
re dicitur, & crimen læsæ Maiestatis
committere. l. Papinianus. §. rei per-
duellionis. ff. de adqui. hæredi. hoc
enim Ius indicendi bellum. quod pri-
51 mis temporibus Populus Romanus
iudicabat, Iulius Cæsar Imperator à
Populo cepit eripere. vt ex Historijs
52 antiquis refert Marta in tracta. de iu-
risdic. 1. p. c. 39. n. 7. quãdo verò bellũ
sit iustũ demonstrat Marta ibidẽ n. 24.
53 diuersis exẽplis Sacræ paginæ videli-
cet ex Deuteronomio ex libro Regũ,
ex lib. Numeri, & alijs locis quorum
historiæ

historiæ referuntur à dicto Marta
54 dicto n.14. Requisita verò ad illud,
diuersa refcenfentur, quæ ad tria ca-
pita reducit Diuus Thomas 2.2.q.40.
art.1. videlicet. quod adsit Principis
authoritas ad illud indicendum. Se-
cundum requisitum, quod sit ex iuxta
causa. Tertium, vt tendat ad bonum.
& euitandum quod est malum. & li-
cet aliqua requisita; referant aliqui
Doctores. tamen si illa rectè perpen-
dantur, ad tria superius tradita á Diuo
Thoma, reduci possunt. vt tradit Gre-
go. Lopez l.1. glos. 1. titu. 13. patti. 2.
relatus á Marta vbi supra n. 12. latè
55 hanc materiam tractat Molina Theo-
logus è societate Iesu. de iusti. & iure
tom.1. tracta. 2. dispu. 100. vbi de po-
testate ad bellum inmitendum agit.
post quam in quæstione 99. præce-
denti disputauit an iustum, & per-
missum esset inmittere bellum.

Sed cum hic agatur de Regalia in-
dicendi bellum, & ex supra traditis
appareat, esse de supremis gemmis
Coronæ, quo ad ius Regalię attinet,
sufficit, iam supra retulisse, quo ad
hoc, ea quæ iam dicta sunt.

Sed quia respectu belli varia inci-
56 dunt dubia, ea decidit dictus Molina
Theologus dicto tom. 1. à quæst. 100.
vlterius materiam prosequendo to-
tam belli materiam, per quæstiones
diuersas tractando. quarum summa-
rium hic referam. vt ex his, suo casu,
ad illum recurrendo, veritatis resolu-
tio, per eum tradita habeatur.

Vtrum qui sine legitima authori-
57 tate, bellum dat, etiam iustum, & in eo
damnum inferat, an teneatur illud
reficere disputa. 101.

Communis quædam belli causa an
58 complectat alias omnes. disputa. 102.

Belli causa quousque explorata esse
59 debeat, & an circa rem dubiam, liceat
mouere bellum. & qualiter sit tractā-
da, antequam ad bellum deueniatur,
disputa. 103.

De causis particularibus belli vide
dispu. 104.

De alijs iusti belli causis, quarum
60 quædam probantur quædam reijciun-
tur. disputa. 105.

An propter Idolatriam; seu alia
61 peccata, possit indici bellum. dispu-
ta, 106.

De intentione necessaria ad bellum
62 mouendum, disputa. 107.

Episcopis, & Clericis, an licitum sit
63 pugnare. traditur, disputa. 108.

An in euētibus in quibus sub læta-
64 li culpa, quis tenetur concurrere ad
mortem, aut mutilationem alterius,
illa secuta incurrat irregularitatem,
disputa. 109.

Quousque in alienis euentibus in
65 bello, siue iusto, siue iniusto; irregula-
ritas incurratur, disputa. 110.

In bello an liceat vti insidijs, &
66 quousque sit fides seruanda hosti, dis-
puta. 111.

Quando de iustitia belli constat,
67 licitum an sit, extraneis adiuuare, &
an liceat conuocare infideles, dispu-
ta 112.

Subditi an debeant inquirere de
68 iustitia belli, & in dubio, an possint
pugnare, disputa. 113.

Extranei nisi sint certi de iusticia
69 belli, an peccent dando auxilium, &
ad quantam restitutionem teneantur,
disputa. 114.

De cooperantibus in bello iniusto.
70 & an Christiani Captiui, qui remigāt.
& alia obsequia in bello Turcarum
aduersus fideles prestant. peccent.
restituereque teneantur. disputa. 115.

De comparatione Principis, & Mi-
71 litum, disputa. 116.

De his, quæ sunt permissa in bello
72 iusto, disputa. 117.

De restitutione eorum, quæ sunt
73 capta in bello, disputa. 118.

An in bello iusto liceat occidere
74 Innocentes, disputa. 119. Et an liceat
eos seruituti subiacere, disputa. 120.

De

75 De rebus in bello captis, & innocentibus, & de repreprefalijs concedendis. Dispu.121.

76 In bello iusto, an liceat Militibus, tradere ciuitatem in prædam. & an liceat interficere omnes, qui arma sumpserunt. Disp.122.

77 De compositione inter Bellantes. & an Principes sine cõsensu subditorum possint, inter se componere circa dampna, quæ subditi suscepetunt, tractat. Disp.123.

78 In quibus disputationibus, resoluta sunt circa bellum dubia prædicta, & licet possem referre alios Antores, pœnes quos supradictæ quæstiones reperiuntur, Cum dictus Mollna eos etiam alleget, non est, cur ego eos hic referam.

79 Quo verò ad pœnas imponendas eis, qui militando delinquent. veluti si sint desertores, aut alio modo, & de delinquentibus in bello, plura refert Philip. Pascalis. de viribus patriæ potest.3. p.c.3. per totum.

80 De bello etiam plura scripsit Villegas in suo lib. Flos Sanctorum 2.p. in vita Patriarchæ Abrahæ.

81 Videndus est etiam Pater Ioannes Marquez in suo libro del Gouernador Christiano lib.2. c.22. mihi pag.129. col.2. in fine vbi reprobat duella. tra-

82 ctans. an ad euitandum bellum, posit prius duellum fieri. quæ definiri iustum ne sit bellum. qui videndus est, propter summam eruditionem, tam in doctrina quam sermone.

83 De iure verò Cataloniæ, multa de belli materia referuntur 'a Marqui. ad vsati. ex magnatibus per totũ, qui legitur à fol.262. pag.2. cũ sequẽtibus. Caueat tamen Rex ne iniustum bellum faciat. propter mala quæ ex eo oriuntur; quorum Deus omnipotens est vindex. acriterque Reges punit vt docte, & pie refert Cardinalis Belarminus in tractatu de Gemitu colũbæ. lib.2.c.8. prope finem mihi pag.199.

84 Non erit alienum pro coronide huius capitis tradere. an melius sit, quod Rex inter alios sit neutralis. an verò, alteri Regi adhereat, & fœderatus sit, quam quæstionem, latè, & doctissime tractat dictus Pater Marquez in suo libro del Gouernador Christiano lib.2. c.25. vbi resoluit, quod tutius est Regi adherere alteri, quam esse neutralem. Eo quod neutralitas solum prodesset, quando Princeps certissimus esset, se nunquam indigere alijs, quod raro, aut vix esse potest. Vnde dicebat dictus Marquez. quod Spiritus Sanctus dolebat de solo, cum cadens, careret eo, qui sibi auxilium præstaret ad leuandum. confirmatque ex Sacra Scriptura Iudic.21.n.9.& 10. Tebanorum refert Historiam qui ob neutralitatem, valde periclytarunt. Melius igitur est, quod Princeps adhereat alteri Principi.

SVMMARIVM.

Regalia Vsatici si quis in Curia declaratur, n.1.

Regalia Vsatici si quis in Curia, quod ius Regaliæ contineat, n.2.

Acusatus de Bausia quid facere teneatur, num.3.

Regalia ex Vsatico si quis in Curia non potest committi, n.4.

Rex compellit facere enmendam opressis, num.5.

Rex tenetur ex se iustitiam ministrare, num.6.

Bausia quid sit, n.7.

Bausia, & proditio an sit idem. n.8.

Bausia nomen est barbarum, n.9.

Vassallus accipiens inuestituram quid faciat. n.10.

Vassallus, & dominus ad inuicem iurant fidelitatem, n.11.

Bausia vnde dicta. n.12.

Bausia inter Dominum, & Vassallum qualiter committatur, n.13.

Vassallus quando dicatur committere Bausiam, n.14.
Bausia an comitatur ab Vsufructuario, num.15.
Bausia quãdo comittatur à domino in Vassallum, n.16.
Fidelitatis iuramentum quid operetur, num.17.
Aequalitas fidelitatis est seruanda inter dominum, & Vassallum, n.18.
Forma fidelitatis refertur, n.19.
Bausiæ crimen est capitale, n.20.
Bausia quot modis comittatur, n.21.
Vassallus quando non comitat Bausiam, num. 22.
Raptamenti forma qualiter fienda, numero 23.
Responsio Bausati qualiter fienda, numer. 24.
Raptator ante Raptamentum quid debeat facere, n.25.
Raptamentum quando esset nullum, numer. 26.
Mora purgatio an locum habeat in Bausia, n.27.
Purgatio moræ quando admitatur in Bausia, n.28.
Excusatio in crimine Bausiæ an admitatur, n.29.
Infirmitas qua excuset à comparitione iudiciali qualis sit, n.30.

Cap. 29. De Regalia Vsatici si quis in Curia.



1 NVMERAT Socarrats in dicto
vsatico. *Hoc quod iuris est Sanctorum*,
inter Regalias, quas Rex habet vt Co-
mes Barcinone, ex dispositione vsa-
2 ticorum, vnam, quæ oritur ex vsatico
Si quis in Curia, qui est situs in titulo
de Reptats de Bausia, y traycio. vbi
disponitur. quod si aliquis vassallus
in Curia fuerit accusatus de Bausia
3 coram Regẽ, in iudicio debet se pur-
gare. quod si illa distulerit facere, quod
illum tunc Rex compellat. Hoc idem
atestatur Socorrats ad interpretatio-
nem huius vsatici. ex quo formatur
secunda Regalia Comitum Barcino-
4 ne iuxta dispositionẽ vsaticorum. Hoc
idem atestatur Socarrats, pag. 474.
n.12. & in hoc est ius Regaliæ, quod
solum Rex, cognoscat de hac causa.
Guillerm. de Vallesica ad vsati. quia
iustitiam.

5 Ex hoc vsatico infertur. Regi in-
signium supremæ iurisdictionis com-
petere; dominos inferentes iniuriam
vassallis compellere, illis enmendam
facere. Cuius vsatici dispositio quo ad
6 hoc, est conformis dispositioni vsati-
ci, quia iustitiam, qui est sextus in or-
dine, sub titulo *Del dret del Fisch, y ses
Regalias*, vbi dicitur. Potestatis esse,
iustitiam ministrare contra diuersos
delinquentes, enumerando inter eos
Bausatores, & sic coniunctos dictos
vsaticos, comprehendit hæc Re-
galia.

7 Sed quid nomine *Bausiæ* compre-
hendatur videamus. Vltra supradicta
in capite præcedenti dicitur. *Bausiæ*,
numen, licet comprehẽdatur sub pro-
ditionis nomine, non tamen, tam latè
8 se extendit, quam nomen *Proditionis*,
quia *Proditionis* nomen. est genus,
Bausiæ, verò species illius est. Vt refert
Socar. ad consuetu. Catalo. c.2. n.83.
pag. 30.

Hoc autẽ nomen *Bausia*, secundum
tradita per Socar. ad consuetu. Catalo.
9 c. si vassallus mihi pag. 264. Barbarum
vocabulũ est, cũ á verbo *Bausiare*, de-
cendere dicat. eo quod atestatur, quod
cum vassallus accipiẽs inuestituram á
10 domino fœudi, habeat suas manus, in-
tra manus domini, & ad inuicẽ se bau-
seãt, propter quod, per stipulationẽ ad
inuicẽ promitrũt fidelitatẽ, & sic, si nõ
11 promiserũt fidelitatẽ sub dicta forma,
dicit Socar. nõ propriè dici Bausitos.
neque

neque Bausiam tunc locũ habere asse-
ratur, quod clarius dicit idem Socar-
rats ad consuetu. Catalo. c. si dominus
fol. 29. n. 79. vbi *Bausia* dicitur à *Bau-*
11 *sio*, siue osculo. quia dominus, & vassal-
lus dum prestãt fidem, & homagium,
se ad inuicem osculantur. Miet. ad
consti. Reg. Iaco. 2. in 2. Curia Barclu.
c. 1. de Raptatis Bausiæ. n. 6. pag. 227.
in nouis referens, quod dominus, qui
recipiebat homagium, osculabatur
13 prestantem in ore. vnde quemmam-
modum comittit vassallus Bausiam
contra dominum, ita dominus comit-
tit Bausiam contra vassallum. Guiller.
de Vallesica ad hunc vsati. n. 2. Sed
videamus, quando dicatur vassallum
committere Bausiam contra dominũ.
14 Huic dubio respondet Socar. vbi pro-
ximè. n. 72. dicens, quod quando vas-
sallus negat dare potestatem domino,
de castro, vel ei firmare ius, & de iu-
re, vel quando non dat integre potes-
tatem, celando partem rei, de qua tota
tenetur, tunc Bausiam committit.
15 Idem vsufructuarius fœudi, veluti
maritus, durãte vita vxoris, de re fœu-
dali in dotem data, nam constante ma-
trimonio, tenetur recognoscere do-
minum fœudi, alias dicitur Bausator
negãdo ea omnia, vel aliqua quæ te-
nentur sub dominio, ex natura fœudi,
seu illius concessione, seu si ingratus
domino fœudi reddatur.
16 Comittit etiam dominus Bausiam in
vassallum, si post quam recepit inues-
titurã, dominus in vassallũ iniuriam,
17 vel dampnũ intulerit, quia cum hoc
procedat, ex fidelitatis prestatione,
æqualiter Bausator dicetur dominus
18 si in his, ad quæ obligatus est defece-
rit. quia æqualitas in hoc est seruanda.
vt ex glos. in c. 1. de forma fideli. in
vsib. fœudo. & ex Baldo refert Socar.
ad cõsuetu. Cataló. c. licet de lite Ro-
mano pag. 329. n. 18. formam autem
19 procedendi antiquitus, obseruatam,
iuxta hunc vsaticum, refert Marquil.
in eius expositione fol. 143. pag. 2. col.
1. circa medium, verbo *Sed quid si re-
paramentum non est verum.*
20 Crimen verò Bausiæ capitale est, vt
docet Socarrats ad dictas cõsuetu. Ca-
talo. c. 2. pag. 30. n. 80. quãdo cõmitti-
tur in casibus ibi enarratis per eum.
vbi differentiã constituit, circa modũ
21 comittendi Bausiã, vt maiori, vel mi-
nori pœna puniatur. cũ sit arbitraria,
iuxta per eũ Relata. tradit etiã concer-
nentia hanc materiã Miet. ad cõsti. Re-
gis Iaco. 2. in 2. Curia Barcino. de rap-
tatis Bausiæ, vel prodicionis, c. 1. mihi
pag. 226. Marqul. ad hũc vsat. pag. 144.
col. 1. vers. Qualiter, seu qua pœna.
22 Sciendum etiã est, quod si vassallus,
in sui defensionẽ, necessario dicat ali-
qua, quæ retorqueatur cõtra dñm, nõ
poterit dominus, de hoc cõqueri iuxta
tradita per Marq. vers. *Sed quæro d. pag.*
23 Forma verò reptamẽti, traditur per
Marqui. ad dictũ vsati. pag. 144. col. 2.
in fine verb. *Sed quæro qualiter iuxta
hunc* vsaticũ, & cõsequẽter, tradit res-
ponsionẽ fiendam per Bausatũ, verbo
Forma autem huius responsionis, idem
24 tradit Socar. ad cõsue. Catalo. c. 1. si do-
minus nu. 84. cum sequen. Debet au-
tem Raptator antequã causam intro-
25 ducat, cauere prius cũ pignoribus, nec
citatoriũ debet expediri, quin pignora
sint tradita. esset enim nullum, totum
26 id quod fieret, ante traditionem pig-
norũ. Socar. ad cõsuetu. Catalo. c. item
vassallus n. 18. pag. 476. magna autem
fuit dubitatio. an facto proclamate
quo fuit publicatus Bausator. possit
27 moram purgare. iuxta tradita per So-
car. c. idẽ vassallus n. 16. pag. 475. refe-
rẽs autoritates dicẽtiũ, non posse pur-
gare morã. tandẽ contrariũ resoluens.
n. 17. ex equitate tamen Canonica, ex
c. cũ de pœnis, & ex alijs per eũ re-
28 latis. & quod si raptatus ante prestatio-
nẽ iuramenti confiteatur dãpnum, &
velit purgare illud, sit admittẽdus: fle-
xit, & probat Socar. ibidẽ, pag. 473. n. 1.

29 Si tamen tempore cõparitionis esset febri, vel alio morbo detentus, ita quod suis met rebus superesse non posset, haberetur pro legitime excusa-
30 to ex Tex. in §. item propter aduersam valetudinem. insti. de excusa. tuto. l. podragæ, circa finem. C. qui morbo se excusent. lib. 10. Socar. pag. 485. num. 51. & sequen.

SVMMARIVM.

Regalia ex Vsatico, simili modo expectat Regi, n. 1.
Regalia ex Vsatico simili modo in quibus consistat, n. 2.
Pax à quo sit danda, n. 3.
Pacem frangens ad quid teneatur, n. 4.
Vsaticus simili modo quo modo tractetur, num. 5.
Treugua in singulari, vel plurali in quo differant, n. 6.
Pax quando obliget, n. 7.
Pacis ignorantia excusat frangentẽ illam num. 8.
Ignorantia qualis excusat frangentem illam, n. 9.
Pacis nomen ad quæ extendatur, n. 10.
Pax an sit semel danda, vel multoties, num. 11.
Infinitas est in iure vitanda, n. 12.
Bellum odiosissimum, n. 13.
Pax an debeat esse acceptata, n. 14.
Pace publicata quid magis consideretur, num. 15.
Emparamentum quid significet, n. 16.
Salua guardia in quo differat à pace publicata, n. 17.
Processus in vim Vsatici simili modo differt ab Vsati. autheritate, & Rogatu, num. 18.
Treugua legalis quæ dicatur, n. 19.
Treugua data per Regem an differat à legali, n. 20.
Treugua quæ oritur ex Vsati. simili modo, n. 21.
Treugua, quæ datur exteris, ratione negociationis, n. 22.
Treugua, & pax an sit seruãda, si non est acceptata, n. 23.
Clerici an debeant seruare treuguam, seu pacem publicam, n. 24.
Prælati tenentur seruare assecuramentum Principis, n. 25.
Clerici fractores pacis publicæ, an possint capi per Regios Officiales, n. 26.
Clerici capti per Iudicem secularem, solent firmare contentionem, n. 27.
Pacem publicam cui expectet dare. n. 28.
Ecclesia Sancta, mater est omniũ fidelium num. 29.
Pax inter Regem Franciæ, & Ducem Sabaudiæ, n. 30.
Papa debet vigilare ad pacem publicam, num. 31.
Treugua quid operetur, n. 32.
Pax, & Treugua an differant, n. 33.
Pacem seruare, qui possint cogi, n. 34.
Treuguam firmare, qui cogantur, n. 35.
Pax, & treugua in quo differant, num. 36.
Treuguæ generalis cognitio ad Regem pertinet, n. 37.
Treuguæ causa vbi tractanda, n. 38.
Treuguæ quando tractentur cum Gubernatore, n. 39.
Vicarij solent cognoscere de causis treuguarum, n. 40.
Processus pro treuguis fractis quæ requirat, n. 41.
Regalia pro pace rupta, qualiter declaretur, n. 42.
Pax rupta ante omnia debet probari, num. 43.
Forma procedendi pro Regalia pacis ruptæ, n. 44.
Citatus in casu Regalia Pacis ruptæ traditur, n. 45.
Infirmitas an excusat citatum ad comparendum, n. 46.
Infirmitatis causa, an sit legitima pro excusatione, n. 47.
Regalia Vsatici simili modo, qualiter olim practicabatur, n. 48.
Pœna in processu pacis ruptæ, quæ sit, num. 49.

Pœna

Pœna cōmēsuraturqualitatibus delicti,n.50
Pacis, & treuguæ materia,à quibus tractetur.n.51.
Regalia hæc qualiter practicetur, n.52.

Cap. 30. De Regalia Vsatici simili modo vbi de Pace publica.



1 Egaliam Regi competere,ex dispositione Vsatici simili modo;atestatur Marqui. in vsati.hoc quod iuris est Sāctorū.quā in hoc capite declarabo.Peguera verò in sua praxi criminali c.13.modū.& formā qua processus fulminatur tradit.

Situs est hic vsaticus sub titulo, *Del dret del Fisch. y ses Regalies.*cuius dispositio hæc est,summariè desumpta. quod si Rex indixerit pacem cum
2 inimicis, teneantur omnes illam seruare. licet illi eam non acceptauerint. & quod amparamentum factum per Regem, vel Iussu suo; per sigionem,vel nuncium,aut per suum sigil-
3 lum,nemo sit,qui illud infringere valeat, neque audeat, nisi prius ius ipsi Principi firmauerit, iuxta suæ Curiæ stylum.quod si aliquis,aliqua ex præ-
4 dictis violauerit,in pœnam cadat,veniendi ad manus Regias, ad suam faciendam voluntatem, ita quod per alium non possit puniri.

Hæc continet hic vsaticus (omis-
5 so versiculo.Qui de moneta,loquitur. cum separatim de Regaliæ fabricandi monetam.sno in capite disputatum sit) quem versiculum de moneta tractantem,etiam omisit Calici. in decla-
6 ratione illius.Guillermus de Vallesica ad declarationē huius vsatici. cōstituit differentiam in prolatione verbi *Treuga*,d'cens,quod si pronuncietur in singulari,denotet tempus breue,si verò in plurali,significet lōgum tempus.confirmās ex l.post liminium §.Iudicis. ff.de captl. & post limi.reuer.Hunc vsaticum latissima cōmentatione.declarat Marqui.fol. 181.cum sequen.idē fol.182.col.3.verbo *Quæro decimoquarto.*

7 Regalia igitur,quæ ex hoc vsatico infertur iuxta eius tenore est. Quod solus Rex est, qui pacē, & treuguam statuit. & sic solus Princeps potest. Huius vsatici praxim.tradit. Mier. ad consti. Regis Petri Tertij in Curia Perpi. cola. 6. de verbo. signi. pag.392. num. 7. & ea sola est, quæ obligat.licet non sit acceptata. & firmata per inimicos , debet autem pax
8 esse publicata vt obliget. quia, vt ait Calicius.si de pace Regia non habeatur scientia,frangens illam. non poterit puniri. vt atestatur Iacobus de Monte Iudaico ad huac vsati. in fine. quia ignorantia illius,quemlibet excusat. l. vlti. ff.de decre. ab ordi. faciend.l.si quis id ff de iurif.omni.iudi. l.diuus.ff.ad legē corne.de fa'sis.quod
9 intelligēdū est,de ignorātiā facti.l.liberosi.ff.ex quib.cau. infamia iroge. quam scientiam debere probari , aut per preconia,vel per testes, atestatur Calici. vbi suprà n.t.

10 Iste vsaticus,licet iuxta tradita per Don Ludou.à Pegue.in sua praxi.crimi.c.13.appareat loqui de treugua;quā Rex constituit inter suos vassallos,tamen longius se extendere,apparet ex traditis per Iacobum de Monte Iudai.
11 ad cuius declarationem afferit , solum locum habere,tēpore belli.cum in eo quæratur, an possit vna sola vice dare pacē Princeps,an verò multoties.arguendo pro parte eorū,qui tenebant, vna tantū vice posse dare.ex eo.quod infinitas in iure sit vitāda.Tum etiam aferebat dictus Calici. quod hoc erat de sentētia militū,qui aferebant,tēpore belli, vna solum vice tantum, esse treuguam dandam , adhibita tamen quadam distintione , aduitandam infini-

infinitatem, resoluit tamen, posse Re-
13 gem, tocies quoties voluerit treu-
guam date inter Bellantes, cui assen-
tio, cum bellũ sit ex se odiosissimum.
quod sequitur Marqul. ad hunc vsati.
verbo *Quero tertio*, quod autem hoc
casu, non sit necessarium, quod treu-
gua sit acceptata, apparet. perpenden-
do sensum verborum ipsius vsatici,
14 quia eo ipso, quod. Princeps publicat
pacem cum inimicis, & pouit ampa-
ramentum suum, tunc non attẽditur,
tam ad treugarum obseruãtiam, quam
15 ad protectionem Regiam, sub qua
constituit inimicos suos. verbũ enim,
illud: *Emparamentum*, non est propriè
latinum, sed Catalanum, mixtum cum
16 latino: quod propriè significat. reci-
pere Regem illum sub sua protectio-
ne, & saluaguardia, seu guidatico spe-
ciali. vt declarat Mier. ad consti. Reg.
Petri Tertij in Curia Perpini. col. 6.
de verborum significa. n. 3.

17 Iuxta hunc sensum dixit Philipus
Vinyes. (iam supra allegatus) in suo
tractatu. de Curijs generalibus. dis-
cursu 8. n. 186. cum sequen. agens
de materia saluaguardiæ, quam Rex
concedit (de qua caput est separatum
18 in hoc libro c. 38.) quod processus,
qui fit ex hac Regalia, differt ab eo,
qui fit in vim vsatici *Authoritate, &*
rogatu. quia processus in vim vsatici
19 *Simili modo*, fit ratione contrafactio-
nis pacis, & treuguæ, & securitatis, aut
saluaguardiæ, quæ conceditur à Prin-
cipe generaliter ad omnes, non limi-
tatiue ad vassallos. Processus verò qui
fit iuxta vsaticum. *Authoritate, & Ro-*
gatu, fit, porpter contrafactionem pa-
20 cis, & treuguæ legalis. ieest. pro
treugua, aut pace, quæ procedit, ex
dispositione vsatici, seu constitutio-
nis, quod atestatur dictus Vinyes. ag-
nouit Guiller. de Vallesica in dicto
vsati. *Authoritate, & rogatu*, per hæc
21 verba: *Et nota quod hic Vsaticus, loqui-*
tur de treuga data per legem mortuam, vel
per Vsaticum. De treugua verò data per
Principem, loquitur Vsaticus simili modo.
& sic cum superius in capite conce-
dendi saluaguardiam, latè dictum sit
de omnibus, quæ possunt considerari,
in illis quæ à Principe conceduntur,
iuxta dispositionem huius vsatici, se-
cundum mentem dicti Guillermi de
Vallesica. hic agam, de comprehensis.
in hoc vsatico ratione treuguarum,
& fractione earum.

22 Hic vsaticus meo iudicio loquitur
de pace data à Principe exteris, ini-
micis. forsan causa cõmertij, vel ne-
gociacionis: & sic si ad facilitatem
commercij Rex pacem inimicis in-
dixerit, & sub sua tutela eos consti-
23 tuerit, licet ipsi pacem non accepta-
uerint, tenentur tamen vassalli Regis
eam seruare.

Has etiam publicas treuguas te-
24 nentur clerici seruare. eo quod ipsi in
Catalonia sunt adstricti ad obseruan-
ciam Regaliarum. vt ex mente Cali-
cij in vsati. *Simili modo*; verbo, *Et sic*
25 *nota de iure isto, omnes Prælatos tene-*
ri observare securamentum Princi-
pis. refert Anto. Olib. ad vsati. Alium
namque c. 14. n. 78. vnde possunt ca-
26 pi à Regijs Officialibus: tenentur ta-
men Regij Officiales, eos tradere Cu-
riæ Ecclesiasticæ, vt per eam punian-
tur. quo casu solet, si Officialis Regius
sit renitẽs, in tradendo clericũ Iudici
Ecclesiastico firmare cõtentionem, in
qua Cãcellarius, cõstito de Clericatu,
27 solet declarare firmã in Curia Eccle-
siastica per N Clericũ factã. locũ esse.
& sic eo casu. talis clericus detẽtus per
Curiam Secularem, traditur Curiæ
Ecclesiasticæ, & illius Iudici. vt refert
28 Oliba d. c. 14. n. 83. cum sequen. Pax,
verò, & treugua generalis, inter
Principes. ad Summum Pontificem
expectat. tanquam caput Ecclesiæ Sa-
cræ Sanctæ. quæ mater est cunctorum
29 fidelium: vt pluribus iuribus à Ro-
manis Pontificibus editis, & ordina-
tis

tis refert Marta in suo libro de iurisd.
1.p.c.40.n.2.vbi cum sequen.enarrat
capitula perpetuæ conditionis pacis
inter Reges, & Principes Christia-
nos.similiter, & capitula pacis, inter
Christianissimum Regem Franciæ,
& Ducem Sebaudiæ. die 17. Ianua-
rij 1601. quam materiam circa vigi-
31 lantiam, quam Summus Pontifex de-
bet habere, prosequitur Marta c.41.
Hi autem qui sub treugua existunt,
32 similes sunt illis, qui sub saluaguar-
dia constituti sunt. qui sub vmbra vi-
gilant, neque ex treuguis dicitur pax
fracta, quinimo *Pax, & Treugua* diffe-
33 runt iuxta tradita per Mantica de ta-
citis, & ambig.conuentio.lib.27.tit.1.
n.12.quod alludit Mier.ad cõsti. Reg.
34 Petri Secundi in Curia Barcinone.
c. de libello reptamenti.n.10.pag.16.
dicens. quod in Catalonia Plebei, ex
consuetudine coguntur ad pacem. Sed
milites, & Ciues Honorati non pos-
35 sunt cogi ad pacem, sed solum ad
treuguã. differt enim Pax, à treugua.
Nam treugua dicitur pax tempora-
36 lis. Pax verò dicitur treugua perpe-
tua. Mier.ad consti. Reg. Ferdinandi
cola.9.num.7. pag.272. & pag.256.
num.42.
37 Huius autem treuguæ generalis
cognitio, ad solum Regem expectat.
& sic si causæ aliquæ sunt tractandæ
38 ratione fractione illius, debent in Re-
gia Audientia tractari. iuxta tradita
per Michael. Ferrer.1.p.obseruа.Reg.
Audiẽ.de Gubernatore Generali Vi-
ce Regia c.2.n.5. Tamen etiam si fue-
rint treuguæ particulares, quæ in Re-
39 gia Audientia solebant tractari, pote-
runt tractari in Audientia Guberna-
toris, quando procedit Vice Regia. si
fuerint euocatæ prætextu Regalia-
rum, de quibus meminit Ferrer dicto
40 c.20.in principio. Et solum Vicarijs,
ex comunicatione Regaliæ, competit
huius causæ cognitio. Marqui.in vsa-
ti.hoc quod iuris est sactorũ fol.310.
col.2.circa finem. verbo *Decima septi-
ma Regalia*, quod idẽ dixerat in præ-
cedenti columna, verbo *Octaua Rega-
lia, seu ius superioritatis.* hoc idem tra-
dit Oliba ad vsati. Alium namq; c.4.
à n.18. Marqui.ad hunc vsati. fol.182.
pag.2.col.2.verbo *Quæro decimoquarto
à quo proditio.*
41 Quæ autem requirantur, vt sit lo-
cus huic processui pacis, & treuguæ
violatæ. vide quæ tradit Mier.ad cõs-
ti. Regis Ferdinan.in Curia Barcino-
ne cola.9. c.25. n.271. forma autem
42 procedendi ad declarationem Rega-
liæ iuxta dispositionem huius vsatici
Simili modo. tradita fuit à Don Ludo-
uico à Peguera in sua praxi crimina.
c.13. debet autem prius constare, de
43 corpore delicti, & quod delictum sit
de casibus Regaliæ, ante quam Iudex,
cum prouisione per eum fienda de-
claret, an sit locus Regaliæ. formam
44 verò antiquitus obseruatam, retulit
Marquilles in hoc vsati.pag.183.ver-
bo *Quæro decimosexto*, & latius pag.2.
col.4. verbo *Quæro vigesimosexto.* eo-
dem fol.183.
Facta autem prouisione Regaliæ,
45 in vim huius vsatici. Si delinquens
fuerit citatus, & ei sit terminus præ-
fixus ad comparitionem, licet causa
46 infirmitatis appareat legitima, ad ex-
cusationem comparitionis, ex l.quæ-
situm.ff.de re iudica.l.2. §.si quis Iu-
dex. ff. si quis cautio. tamen hoc casu
47 non admitetur causa infirmitatis, pro
legitima excusatione. Sed infirmitate
non obstante, poterit Regia Curia,
procedere contra eum, vsque ad cap-
tionem personæ. iuxta resoluta per
Marquil.pag.182.col.2. Verbo *Quæro
decimonono.* per totum.
48 Plura circa modum antiquitus ob-
seruatum, in declaratione huius Re-
galiæ (vltra ea, quæ similiter sunt, &
tradita in c.de saluaguardia) tradun-
tur larga commentatione à dicto
Marquil. in vsati. maxime à fol.184.
cum sequen. Pœnæ

49 Pœna autem, quæ violatori huius pacis imponitur, varia est. Secundum relata à Mier. ad constitutio. Regis Ferdin. in Curia Bateino. col. 9. c. 22. à n. 30. cum sequen. vbi distinctionem quandam ponit, vt veritas elucescat. de pœna qua delinquens contra hunc vsaticum est puniendus.

50 Sed tutior resolutio est, quod secundum qualitaté delicti, pœna erit aponenda. nam diuersa pœna erit, si iniuria fiat personæ, vel bonis; & etiã, & in qualitate personarum. vt laté per dictum Mier.

51 Sed quoniam multa sunt, quæ possunt euenire, & consideranda, in materia pacis. & treuguæ, & de requisitis generaliter ad hãc materiam. qui ea omnia prospicere velit, accedat ad Farina. tom. 3. de varijs ac diuersis. crimi. quæst. 107. cum suis omnibus capi. vbi latissimè hãc materiam prosequitur.

52 De modo autem practicandi Regaliam quo ad hunc Principatum, vide laté tradita per Fonta. de pac. nup. tom. 1. clau. 4. glos. 15. à n. 110. cum sequen.

SVMMARIVM.

Regalia ex Vsatico ex magnatibus, competit Regi, n. 1.

Regalia Vsatici ex magnatibus, in quo consistat, n. 2.

Regalia Vsatici ex magnatibus, quando locum habeat, n. 3.

Regaliatus ex Vsatico ex magnatibus, ad quid teneatur, n. 4.

Emmendam qualiter teneatur facere Regaliatus ex hoc Vsatico, n. 5.

Debellare fortitudines, soli Regi competit, num. 6.

Obsidere castra, soli Regi licet, n. 7.

Regalia obsidendi castra, non erat de superioribus, n. 8.

Comites Pallarien. & Vrgelle. habebant communicatam Regaliam hanc, n. 9.

Regalia Vsatici ex magnatibus, an habeat locum contra clericos, n. 10.

Milite. quot priuilegia habeant ex Vsatico ex magnatibus n. 11.

Debellare cum armis quibus sit permissum num. 12.

Constitutio Cataloniæ quando dicatur abrogata, n. 13.

Merum Imperium, an sit de Regalijs, num. 14.

Merum Imperium an adhereat castro. num. 15.

Merum Imperium, quando censeatur concessum, n. 16.

Dominus Castri, an habeat fundatam intentionem iurisdictionis, intra terminum castri, n. 17.

Iurisdictio an censeatur data concesso castro. n. 18.

Iurisdictio generalis, quæ comprehendat, num. 19.

Castra in Catalonia, quam iurisdictionem habeant, n. 20.

Castra terminata an habeant iurisdictionem, n. 21.

Iurisdictio magis fundatur, in possessione illam exequendi, n. 22.

Iurisdictio qualis censeatur data, n. 23.

Iurisdictio omnis à Rege emanat, n. 24.

Iurisdictio quando dicatur generaliter concessa, n. 25.

Treuguæ quando dicantur de Regalijs, num. 26.

Pœnarum executio pro treuguis fractis. à quo Iudice fiat, n. 27.

Vicarij quando possint exequi pœnas, pro treuguis fractis, n. 28.

Castri dominus, quàm iurisdictionem habeat, n. 29.

Dominus castri, qualiter habeat iurisdictionem, n. 30.

Barones an possint cognoscere de treuguis fractis, n. 31.

Regalia pacis, & treuguæ, an competat Baronibus, n. 32.

Merum Imperium qualiter cõpetat, n. 33.

Merum Imperium habens, quid possit facere, n. 34.

Merum

Merum Imperium, quæ comprehendat, num.35.
Captura in bello qualiter fiebat, n.36.
Milites quo modo dicantur exempti à iurisdictione ordinariorum, n.37.
Milites cui subsint, n.38.
Serui non sunt seuiendi extra modum, num. 39.
Barones non possunt cognoscere de causis militum, n.40.
Regaliæ ius est, cognoscere de personis Militaribus, n.41.
Vicarij cognoscunt de Militibus ex Regalia communicata, n.42.
Milites non possunt se subiacere Baronibus, n.43.
Milites non possunt affligi per Barones, num. 44.
Militare priuilegium quale sit, n.45.
Milites à quibus sint exempti, n.46.
Milites à quibus muneribus sint exempti, num. 47.
Milites an Rex possint subiacere Baronibus, n.48.
Milites principaliter subiacent Regi, num.49.
Legibus pactionatis viuimus in Catalonia num.50.
Regalia est cognoscere de Militibus, num.51.
Milites qui propriè dicantur, n.52.
Milites degentes in castris militando, an gaudeant priuilegijs Militum, num.53.
Barones an ex consuetudine possint cognoscere de Militibus, n. 54.
Milites neque de consuetudine, possunt subiacere Baronibus, n.55.
Regalia cognoscendi de Militibus an possit præscribi, n.56.
Belli materia à quibus tractetur, n.57.
Recedere à bello an liceat, n.58. & 77.
Milites quot modis sint, n.59.
Expensis proprijs nemo Militare cogitur, num.60.
Miles voluntarius, quibus differat ab stipendiarijs, n.61. & n.68. & 77.
Milites stipendiarij qui dicantur, n.62.
Stipendia soluta Militibus, eos obligat, num. 63.
Solutio stipendiorum Militibus, à quo fienda, n.64.
Recedere à militia an possit persona Militaris, n. 65.
Milites recedentes à bello, an pœnam mereantur, n.66.
Cardinales an possint recedere à Curiá Romana, n.67.
Consiliarij Regis an possint recedere à loco solitæ habitationis, n.68.
Religiosi profitendo contrahunt cum Religione, n.69.
Religiosus quando sit obligatus ad Regulam, n.70.
Desertores militiæ qui dicantur, n.71.
Desertores Militiæ qua pœna puniantur, num.72.
Iudæi non coguntur legem Christi domini seruare, n.73.
Preçonia generalia quando possint fieri in Catalonia, n.74.
Preconia tempore belli, pro illius expeditione an possint fieri, n.75.
Pœna deserentium militiam, n.76.
Milites voluntarij an possint recedere à num. n.77.
Fidelitas in bello necessaria, n. 78.
Commotores Militum qualiter puniantur num. 79.
Commouere Milites, quando quis dicatur, num.80.
Seditiosus quis dicatur, n.81.
Aclamationes facere in bello est prohibitum, n.82.
Aclamatio qualiter fieri dicatur, n.83.
Aclamatores qua pœna puniendi, n.84.
Capta ab hostibus cuius fiant, ex numero sequen. 85.
Capta in bello quotuplicia sint, n.86
Bona capta in bello, quæ prius fuerunt nostra, cui aplicentur, n.87. & 88.
Capta in belli conflictu cui aplicentur, num.89.
Capta in bello qualiter diuidenda sint, num. 90.

Capijt.

Cap. 31. De Regalia Vsatici ex magnatibus.



X Vsatico incipienti, *Ex magnatibus*, &
1 ex illius dispositione. Infert Marquil. in
dicto vsatico *Hocquod iuris est Sanctorum*,
fol. 309. pag. 2. oriri ius Regaliæ Regi
expectans. quod ius vt percipiatur,
prius est attendenda illius dispositio.
2 quæ est. quod nullus audeat; castrum
edificare sine Principis licencia. de
hoc primò dicto, iam venit disputandum
infra c. 33. de operibus publicis.
iuxta vsati. *Rocas*. Secunda vero pars
vsatici, continet aliam dispositionem.
3 videlicet, quod nemo sit, qui audeat
obsessum habere castrum, cum machina,
seu alijs ingenijs illum propugnare. quod si aliquis, contra huius
vsatici dispositionem. aliquid fecerit,
4 requisitus à Principe, statim debet
desistere. & si captam habet fortitudinem,
illam restituere, malum resarcire, & dampnum passum in duplo.
Militesque captos Principi restituere.
5 Deshonoremque Principi factam,
emendare cum Sacramento. & haucre. quia talis vis, soli Principi incumbit.
nō verò alijs. quæ verba sunt mēs.
& dispositio dicti vsatici.

Ex prædictis igitur, clare infertur.
6 quod ius Regaliæ est. quod soli Principi pertinet, ius obsinendi fortitudines,
vel debellandi cum armis, seu
ingenijs.

7 Ex quibus verbis Marquilles, in hoc
vsatico, pro conclusione ponit, quod
solum Regi competit ius illud obsidendi,
& circumducendi castra, & fortalitia,
in quibus turbatur merum
Imperium, ipsi Regi competens in
Catalonia. Haunc Regaliam non esse
8 de superioribus Regi competentibus,
satis apparet. ex traditis à dicto Marqui.
in principio dicti vsatici dum
atestatur, quod hoc ius Regaliæ com-
9 petebat olim Comitibus de *Vrgell*, &
de *Pallàs*, & de *Ampurias*. Hanc Regaliam
communicatam esse omnibus
olim Comitibus per iura Patriæ.
10 quod est etiam eis permissum, non solum
contra seculares, sed etiam contra
Ecclesiasticas personas ipsos perturbātes.
quod quidem declarat idem
Marquilles notabili. 6. dicens. quod licet
tria priuilegia videantur concessa
11 Militibus ex dicto vsatico, nēpe quod
magnates in suis locis habeant merum
Imperium. quod possint intra
suos cōfines, castra edificare. Tertium
verò, quod erat, debellare cum armis,
pro eius custodia, & defensione hoc
12 eis sit ademptum, & quod solo Regi.
videatur permissum. ex constitutione
pacis. & treguae. ex c. notū sit cūctis.
§. item sub hac pace statuimus, quod
nullus portet fundibulum. hoc idem
tradit Iacobus de Monte Iudai. ad hūc
13 vsaticum. & fuit cōstitutio Regis Iacobi.
Primi. In Curia Dertusæ. quæ
constitutio legitur tom. 3. constitutionum
superfluarum pag. 63. & legitur
dictus §. pag. 64. n. 20. Vnde cum dispositio
dict. cōstitutionis, sit abrogata
à notorio, cū sita sit inter superfluas.
ideo de eius mēte non est curandum.
neque inuestigandum, an per constitutionem
posteriorem generalem. sit
derogatum priori speciali, vt dispu-
14 tabit Iacob. de Monte Iudai.

Licet autem ex dictis, merum Imperium
sit de Regalijs. tamen concessibile
est. imò atestatur Marqui. ad
hunc vsaticum, fol. 263. pag. 2. col. 1.
quod adheret castrò. hoc idem dicit
Mier. ad consti. Reg. Petri Secundi in
Curia Barcinone c. 42. to. 1. pag. 44.
15 n. 30. & sic, quod competat merum
Imperium illi. cui à Principe datum
est, & concessum castrum edificare;
confirmans Marquilles suum dictum
ex l. 1. §. cum vrbem, ff. de offi. præfec.

vrbis

16 vrbis, vbi cum concessio Romanæ
vrbis, fuisset data Præfecto Prætorio,
concessio iurisdictionis censebatur
etiam commissa, & quod maximè in
Catalonia, dominus castri habeat iu-
17 risdictionem in his, quæ comittuntur
intra terminos castri, tenet Marquil.
ad hunc vsaticum, pag. 263. pag. 2. col. 2.
quod confirmat ex constitutione Re-
gis Petri Secundi in Curia Barcino-
næ anni 1283. c. 39. quæ est hodie 13.
sub titulo de pace, & treugua. quod in
districtu de iure communi procede-
re attestatur Mier. ibidem n. 12. confir-
mans ex c. licet de probatio. c. inter di-
lectos, & ibi Innocen. de fide instru-
ment. c. ex litteris, & ibi glosa verbo
Si quis de iure Patro.

Sed hæc constitutio non compre-
18 hendit casum, meri, & mixti Imperij
in Catalonia: nam licet de iure com-
muni, concesso castro, censetur data
omnis iurisdictio. iuxta dictam l. 1. §.
cum vrbem, ff. de offi. Præfi. quia iu-
risdictio in genere, comprehedit me-
rum, & mixtum Imperium. & ea data,
19 censebatur vtrumque cōcessum. & sic
computabatur merum Imperium
inter Regalia: & per consequens,
exactio pœnarum, & mulctarum.
iuxta tradita per Hora. Monta. de
Regali. Titu. Mulctarum Pœnarum
n. 1. Tamen in Catalonia. castrum eo
quod sit castrum, nullam habet iuris-
dictionem: ita Mier. ad consti. Reg.
20 Petri 2. in Curia Barcinone. Titu. de
offi. Vicarij. c. 42. tom. 1. pag. 43. n. 6.
Cancer. 3. tom. variar. c. 13. de iurib.
castro, quando enim sunt castra ter-
21 minata, solum habent quandam mini-
mam iurisdictionem, banni quinque
solidorum. quanto magis, quod vt re-
fert Mieres ibidem nu. 7. iurisdictio
magis fundatur in possessione, in qua
22 existit dominus territorij eam exer-
cendi. quod multi non aduertentes
errant, tribuentes aliquibus amplio-
rem iurisdictionem. ea, qua vtuntur.
alijs verò minorem.

23 Vnum tamen verum est. quod si do-
minus alicuius loci, ostenderit se lo-
cum habere, concessum à Rege suis
prædecessoribus. Tunc in districtu
esset dicendum ipsum habere omni-
modam iurisdictionem ciuilem, &
24 criminalem, quia cum omnis iuris-
dictio à Rege emanet, iuxta tradita
per Mieres ad consti. Reg. Petri 2. in
secunda Curia Barcinone c. 42. n. 37.
col. 2. pag. 45. Ideo dando, seu conceden-
25 do Rex iurisdictionem, censetur inte-
gre transmisisse in donatarium, vel
emptorem omnem illam iurisdictio-
nem, quam habebat. pluribus relatis
per Mieres vbi supra n. 49. faciunt
tradita per Cāc. 3. to. varia. c. 13. n. 27.
cum. sequen.

26 Neque prædictis obstat, quod treu-
guæ sint de Regalibus: quia vt supra
dictum est. intelligendum hoc venit
de treuguis generalibus. non verò de
illis, quæ fiunt inter vassallos alicuius
27 Baronis, nam executio pœnarum in-
ter eos, ex pace, & treugua violata, ad
officialem Baronis, seu ad ipsum Ba-
ronem expectabit, ex dicta constitu-
tione 13. sub titu. de pace, & treu. qua
disponitur. quod Vicarij Regij, non se
28 intromittant de exactione pœnarum
à vassallis alicuius Baronis, Sed ex
hac constitutione, non potest inferri
ita absolutè, prout inferebat Marqui-
lles ad hunc vsaticum, fol. 263. pag. 2.
cola. 2. dicens. quod ex hac constitu-
tione sequebatur. quod dominus cas-
29 tri, de iure Cataloniæ habet iurisdi-
ctionem, de, & super his, quæ comi-
tūtur intra terminos castri. quia hoc,
non fit ratione dominationis ipsius
30 castri, ita vt eo ipso quod est dominus
castri, habeat dictam iurisdictionem,
31 sed quia in territorio, habet omnem
iurisdictionem, ideo potest, in casu
fractarum pacium inter vassallos, pœ-
nam exigere, absque hoc quod Vica-
rius possit se intromittere. Non ta-
32 men ex hoc potest dici, ipsis Baroni-
bus,

bus,& magnatis, competere ius Re-
galiæ. tam in mero Imperio, quam
in mixto.cum illud ex sui natura,so-
li Principi competat. non verò alijs.
33 Cum à sui principio merum,& mix-
tum Imperium, iuxta huius vsatici
dispositionem, soli Principi expecta-
ret.vt notat pro conclusione eiusdem
vsatici Iacob. de Monte Iudai. ad in-
34 terpretationem illius.& idem atesta-
tur Guiller.de Vallesica,volens. quod
nemo prætendat,habere merum Im-
perium,nisi ex priuilegio.Neque da-
to, quod ipsi habeant merum Impe-
35 rium, possunt facere, quæ Rex, pro
illius recuperatione:iuxta tradita per
Marquil.in finalibus,verbis dicti vsa-
tici. vbi statuitur. quod si in bellis,
36 quæ olim in Catalonia exercebantur
per magnates, caplebantur Milites,
quod debebant restitui Regi.qui erat
verus Iudex eorum.
37 Ex hac vsatici dispositione censet
Marquilles. Milites exemptos esse à
iurisdictione ordinariorum.& solum
subesse Regi,& Vicarijs Regijs. Iux-
ta tradita per Marqui.fol.264.pag.2.
38 col.1.verbo *Vnde est sciendum*.Sed meo
Iudicio,hoc clarius deprehenditur ex
vsatico,*Similiter,& si Senior*. Vbi ex-
pressè loquitur in milite vassallo, in
illis verbis: *Similiter,& si Senior vo-
luerit Militem suum*. Nec placet inter-
pretatio Calicij in glos.in verbo *Mi-
litem*,dum interpretatur,*Vel alium ho-
minem*. Exemplificans cum exemplo
39 serui, dicens.non licere eius domino,
extra modum cum seuire, cum tunc
seruo competat recursus ad potesta-
tem,quia quando dominus male trac-
tat suos vassallos, tūc iam intrat Re-
galia.ex causa oppressionis.& sic iuxta
hoc,nil disponit dictus vsaticus,*Simi-
liter,& si Senior*. Sed solum est intel-
40 ligendus iuxta litteram, qua disponi-
tur. quod domini locorum non cog-
noscant de Militibus. quia illi solum
subsunt Regi,& Vicarijs,per comuni-
41 cationem eis factam per Regem, de
certis causis Regaliarum. inter quas.
est Regalia.quam Rex habet cognos-
cendi de personis Militaribus, quæ
Vicarijs cōmunicata fuit. Et sic. om-
42 nes Militares subsunt vnicuique Vi-
cario,intra suam Vicariam.refert hoc
idem.Cancer.lib. 3.vari.c.13.de Iurib.
Castro. à n.127.cum sequēti.Et iuxta
hunc sensum.quod solum intelligatur
de Militibus, notat Iacobus de Mon-
te Iudai.ad dictum vsati *Similiter,& si
43 Senior*.Et sic indistinctè est intelligen-
dum, quod nullo modo miles subsit
Baroni,neque in causa criminali. ne-
que in ciuili. exclusa interpretatione
Guillermi de Vallesica ad dictum
vsaticum, *Similiter, & si Senior*, vbi
innuebat, quod Milites iniuste non
44 debent affligi per Barones.allegat de
hac materia alias Pragmaticas Mar-
quil.ad vsati.ex magnatibus.fol.264.
pag.2.col.1.verbo *Ad idem in materia*.
& hanc prærogatiuam tāquam priui-
45 legium Militare, inter alia. enume-
rat,& refert Calici.ad vsati.placitum.
n.4. verbo *Decimoseptimo*.Ex hac re-
solutione inferebat Marquil. in vsati.
Ex magnatibus, fol.264. pag.2. col.2.
circa principium. quod si Rex con-
46 cesserit aliquod priuilegium alicui
Vniuersitati,ex quo possit inferri ali-
quod præiudicium Militibus, ab eo
47 erunt exempti. quia Milites semper
censentur exempti ab oneribus or-
dinarijs ex l.diuisionibus iuncta glos.
C.de silenciati.& Decurio,lib.12.quam
glosam singularem appellat. Bal. in
fœudis, titu. quo tempore miles in-
uestit. petere debeat.c.1.in fine. idem
Bal.hoc atestatur in additio.ad specu-
lato. vt refert Marquil. ibidem. Nec
48 posset Rex (salua sua clemencia) Mi-
lites subiacere Baronibus. quia cum
ex vsaticis,& constitutionibus, Mili-
49 tes tantum subiecti sint Regi, & Vi-
carijs,non potest Rex illos alteri sub-
50 iacere.quia esset contra leges Pactio-
natas,

natas, quibus vtimur, disponere refert Marquill. sd dictum vsaticum: *Ex magnatibus*, fol.265. col.1. verbo *Oponitur contra prædicta*, & §. illud tamen decernimus.

51 Ex quibus generalis est conclusio. quod dominus Rex ex sua Regalia, cognoscit de militibus, & de eorum bonis, tam in ciuili, quam in criminali priuatiuè, ad omnes alios Iudices. & vltra prædicta, pro coronide refert Marquil. ad dictum vsaticum ex magnatibus, pag.265. in

52 princi. verbo *Concluditur ergo*. quæ quidem omnia intelliguntur, de militibus armatis, & creatis cum priuilegio, non verò de militibus militantibus, & in castris degentibus. quia isti, statimatque militiam

53 deserunt, desinunt esse Milites, & sic non comprehendit eos, priuilegium Militibus generosis concessum, iuxta tradita per Calic. ad vsati. placitum. fol.45. pag. 2. num.6. Thom. Mier. ad constitu. Regis Petri in Curia Barcinon. co. 1a.2. cap.55. de foro militum num. 5. & 7.

Neque possunt Barones alle-

54 gare consuetudinem, dicentes, se esse in possessione exercendi iurisdictionem in Milites, existentes in terris Baronum. quia non obstan-

55 te tali prætensa consuetudine, quæ potius corruptela dicitur; Rex, seu Vicarius Regius exercebit in Milites, seu eorum bona iurisdictio-

56 nem, etiam si existant in terris Baronum prout Mieres dicto c.55. n.24. cum sequen.

Sed an hoc ius Regaliæ possit præscribi. videbitur inferius. in cap. 43. de Regalia vsati: *Hoc quod iuris est Sanctorum*. vbi de præscriptione Regaliarum agetur.

Multa de Bello congessit Bo-

57 uadi. in sua Politica tom. 2. lib. 4. cap. 1. cum sequen. vbi de præuentione belli, de creatione Officialium ad illud regendum, de modo procedendi contra Milites. de præ-

58 mijs largiêdis, & alijs multis ad quem porcrit recurri.

Sed quærendum est. an conuocato, & congregato bello, possint Mi-

59 lites ab eo recedere, absque alicuius pœnæ incursu.

Pro cuius dubij resolutione dicendum est. Milites esse in duplici differentia. quidam enim sunt, qui

60 voluntariè se offerunt belli seruitio propijs quidem expensis, & sumptibus, (cum nemo cogatur Militare proprijs expensis) iuxta tradita per Belluga in Speculo Princi. Ru-

61 bri. 13. §.tractemus. num. 16. Alij verò sunt, qui cum stipendio seruiunt. quam diuisionem, agnouerunt Scribentes, qui de bello tractarunt signanter Fabri. Montel. in sua practi. arbitrar. 4. par. num. 346. quem refert Farinac. tom.4. de cri-

62 mi. læsæ Maiesta. quæst.113. inspec.1. num.9. & maximè con.4. num.13. vbi constituens differentiam inter Militem voluntarium, & stipendiarium dicit. quod Miles voluntarius, non subiacet seueritati pœnæ legalis. ex l. qui cum vno. 5. grauius. ff. de re Mili. eo quod veri Milites dicuntur illi, qui se adscribunt in libris belli. vt in l. ex eo. ff. de Milita. testamen. probat Farina. consi. 4. num. 9. & ex alijs per eum, ibi relatis. quique stipendia recipiunt pro custodia præstanda, vt ex l. final. C. de eroga. Milita. annonæ.

63 & hoc idem tenere Bartholum attestatur Farinaci. cons.95. num. 17. stipendium enim quod recipiunt, illos obligat, ad quod soluendum valde ius prospexit. vt refert Philippus Pascalis de viribus patriæ potestate.3. parte cap.3. num.17. l. iu-

R bemus

bemus per hanc. C. de eroga. mili.
annonæ lib.12. & Ioannes de Platea,
64 & alij allegati dum asserunt in dicta
lege. quod solutio stipendiorum, non
poterat fieri per substitutum, & sic
illi qui se adscribunt numero mili-
tum, & stipendium recipiunt, legi-
bus militiæ subijciuntur, necessarij-
65 que sunt, & legum rigori subiacent.
indeque nō possunt ab illo, sine Ducis
illius licentia recedere. & si forsan
ab eo recedunt. pœnis legalibus sub-
66 ijciuntur. sic quæ est intelligendus
Tex. in l. tribuni. C. de re mili. lib.12.
vbi Tribunis, & militibus euagandi
facultas adimitur, iuxta tradita per
Rollā. à Val. to.2. con.47. n.27. vbi lo-
quēs de militibus ait. Milites qui assi-
stiunt Principi. non possunt sine eius
67 licentia discedere. exēplificās in Car-
dinalibus, qui sine Papæ licētia ab vr-
be recedere non possunt. Nec Princi-
68 pum consiliarij. quia Principis par-
tes sunt, & efficiunt vnum corpus
cum eo.

Hoc idem obseruandum erit, in
militibus voluntariè comparenti-
bus, qui postea passi sunt exercitui
agregari. quia censetur concessisse
belli legibus. exemplo Religiosorum
qui ex professione solemniter facta
69 remaneant adstricti Regulæ Mo-
nasterij, tanquam ex reciproco con-
tractu inter professum, & Monaste-
rium. Iuxta tradita per Nauarro. de
Regula. conf.5. num.1. vbi ait *Si quis
verò professionem non emiserit solemni-*
70 *ter. Tamen si lapso probationis, seu noui-
ciatus anno, in Religione perseuerauerit,
& omnes actus veri Religiosi fecerit, pro
verò professo habetur ex tacito illo con-
sensu agregationis, per actus factos*, ita
Nauar. vbi supra con. 11. num. 5. &
maximè con.30.31.& 32. cum sequen.
Post quam verò habentur vt Milites,
71 non possunt libere recedere, alias
enim desertores militiæ appellantur
ex l.2. ff. ad legem iuli. mageſ. in illis
verbis *Aut qui exercitum deseruerit.*
idem in l.3. ff. eod. ibi *Qui vel Imperium
exercitumue Populi Romani deseruerit.*
quæ iura expendit Farina. tom.4. de
crimi. læsa Maies. q.113. inspec.5. n.7.
Tiberi Deci. lib.5. c.15. à n.15. Hi qui-
dem deserentes militiam sine licētia,
72 puniuntur. qua verò pœna vide Cor-
ra. in praxi crimi, Rubri, de crimi.
læsæ Maies. n.2. cum sequen. Decia.
tractatu. crimina. lib.7. c.15. n.13. cum
sequē. Baiard. ad Iul. Clar. §. læsæ Ma-
iestatis n.2. per totū, quod confirmant
ex canone. De Iudæis 5. dist.45. vbi
Iudæi non coguntur acceptare legem
73 Domini nostri Iesu Christi. si verò il-
lam acceptauerint, postea ad illius ob-
seruantiam adstringuntur. Afflic. de-
cis.151. n.2. facit etiam, & alia ratio.
videlicet. quod licet preconia genera-
lia, à Rege non possint fieri (salua sua
clementia) quæ legi, seu constitutioni
74 contraria sint, ex consti.7. tit. de iure
fisci, & eius Regali. tamen tēpore belli
ad illius vtilitatē, & exercicium pos-
sunt fieri, ex eadem constitutione. La-
tè de his Philipus Vinyes in suo cep-
to opere de renouatione Curia dis-
75 cur.8. n.19. cum pluribus sequen. &
maximè à n.71. vbi ex mēte Olibani,
& aliorum resoluit. edicta particula-
ria, ad commodum Principatus fieri
posse. Vnde fit. quod si preconium fiat
per Excellentissimum Locumtenen-
tem tempore belli, ne recedant sine
licencia, obseruandum erit.

De pœnis etiam desertorum vltra
76 præcitatos vide Carre. lib.3. c.3. Fari-
na. in fracmēto. Crimin.2. p. littera M.
n.205. Scribētes in l. nō omnes. §. qui
desertione. & in l milites.13. §. eius fu-
gā, ff. de re mili. Rebuff. in l. vni. C. ne
ex delic. defuncto n.86. verb. cōfirma-
tur Tiber. Decia. to.2. lib.7. c.15.

Ex quibus dicendum venit. quod
77 milites. qui voluntariè ad bellum ac-
cedunt, & non aggregātur exercitui,
possunt ab eo recedere, quando volūt
debent

debent tamen licentiam petere à Du-
ce illius, propter eius authoritatem. &
reuerentiam.

78 In bello verò fidelitas ante omnia
est seruanda, cum ab ea pendeat bo-
nus, & fœlix successus, quare graues
pœnas, contra eam non seruantes ius
statuit. de quibus inter alios, videndus
est Farina. tom.4.quæst.113. inspec.1.
à n.18. cum sequen. & maximè inspe-
ctio.5. vbi de seditiosis.

79 Sed maximè contra, eos qui mili-
tes concitant, vel sollicitant ad belli
desertionem. nam tales crimen læsæ
Maiestatis committunt. ex l.1.in fine.
ff. ad legem Iuli.mag. & ex l.3. §.qui
Imperium. & ex alijs comprobat Ti-
beri.Decia.in tracta.crimi.to.2.lib.12.
80 num.7. & 8. vel publicè, & palam
verba proferunt, per quæ, animi ip-
sorum militum retractantur, à belli
perseuerantia. tales enim *Seditiosi*
81 appellantur. eum seditiosus ille sit,
qui principalis est, & eius autoritas,
maxima est apud populum, & primi
sunt in concitando populum. vt no-
tatur in l. quisquis C. ad legem Iuli.
magest. & ex dicta lege, & Carrocio.in
prac.crimi.n.98. in princi. tradit De-
cia.lib.7. c.19. n.6. quia de iure pro-
hibitum est aclamationes facere, seu
82 verba proferre. per quæ Populus con-
citetur. l.2.C.de seditio Tiber.Decia-
nus vbi supra n.8. aclamare enim po-
pulum ille dicitur, qui inter Milites
dixerit: *Quæ mora hæc debellandi?*
83 *quid expectamus ociosi? Melius est in*
domum redire, aut alia similia, verba
proferre, quæ animum militum con-
citetur, iuxta tradita per Decia. dicto
c.7.n.2.lib.7.

Prædicti igitur crimen læsæ Ma-
84 iestatis committunt, pœnisque legali-
bus subijciuntur. de quibus latè Fari-
na.tom.4.de crimi.læsæ Maiest.q.96.
§.1.per totum. De iure verò Catalo-
niæ practicatur iusta formam tradi-
tam per Don Ludoui.à Peguet. in sua
praxi.c.19. & sic fuit practicatum in
bello recuperationis fortitudinis de
Salses in anno 1639. vt videri pote-
rit in Regisstratis in Reges Regiæ
Curiæ de eo anno.

85 Sed non intempestiue erit, pro co-
ronide huius capitis, in vestigare, cuius
sint ea, quæ capiũtur ab hostibus. hoc
dubiũ tetigit Socarra. ad cõsuetudines
Cataloniæ c.si aliquis dominus n.44.
pag.366. vbi absolutè refert ex Bar-
to. & alijs per eum allegatis. quod
capta in bello, aut sunt mobilia, aut
86 inmobilia. si sint inmobilia, statim
fiunt Principis exercitus, si verò sint
mobilia. sub distinguit, dicens. quod
87 aut fuerunt semper inimicorum, aut
amicorum prius, & tempore capturæ
erant pœnes inimicos. si ea quæ ca-
piuntur fuerunt prius amicorum,
quando capiuntur ab hostibus, tunc
88 debent restitui ipsis dominis, à qui-
bus fuerunt capta, si verò fuerunt
semper inimicorum, tunc, aut capiun-
tur in castris, & terris inimicorum,
& tunc fiunt Ducis exercitus, idest
Principis, cui militando seruiunt. aut
capiuntur in conflictu ipsius belli, &
89 debellando, & tunc deferuntur Prin-
cipi, vt ea diuidat inter Milites, qui in
conflictu belli extiterunt, secundum
90 merita ipsorum Militum. & tunc di-
citur. *Poni bona ad botinum*, & ibelli
Princeps capit suam partẽ. quam re-
solutionem præcensisse ait Bar.in l.si
quis in bello, ff. de capti.& post limi.
reuer. Salice. & alij ibidem. referi, &
sequitur Ioannes Solorsanus in suo
libro de Indiarum iure lib. 2. cap. 6.
num. 37. hanc etiam resolutionem
tradit, & sequitur Vincen. de Fran-
quis decis.368. num.2. ex mente Pa-
risij, & aliorum.

SVMMARIVM.

Fiscus,

Fiscus qualiter agat contra debitores suorum debitorum, n.49.

Fiscus quando agat contra tertios possessores, n.50.

Fideiussores debitorum fiscalium, qualiter remaneant obligati, n.51.

Nemo potest in alium transferre plus iuris, quam ipse habet, n.52.

Fiscus agens contra tertium possessorem, qualiter agat, n.53.

Debitor fiscalis quis propriè dicatur, n.54.

Actio Realis qualiter intentanda, n.55.

Regalia exequendi debita fiscalia, an sit concessibilis, n.56.

Deputati Cataloniæ recuperant iura Generalitatis tanquam fiscalia, n.57.

Deputati habent concessas Regalias. num.58.

Cap.32. De Regalia exequendi debita fiscalia.



HABET etiam Rex, Regaliam particula-
1 rem exequendi debi-
ta sua, contra quoscunque homines. de quibus agitur in Titulo. C. de conuen. Fisci debito.lib.10. Pro huius Regaliæ intelli-
2 gentia presuponendum est. quod docet glos. verbo, *Inferunt*, In l. cum quidam, §. Fiscus. ff. de vsur. videlicet debitores fiscales, ipso iure, quo tardant soluere; esse in mora. secuntur Bal. & Iass. in l.1. C. de indig. Roma. in l. si ex legati. ff. de verb. obli. Alex. in l. quod te col. 4. ff. si certum petatur, & sic ab
3 eo momento, in quo moram committunt, veri debitores dicuntur. sed videndum est, quomodo Fiscus bona sua, à debitoribus suis recuperet. In quo differentia est constituenda. nempe, an
4 Fiscus ex suo cōtractu. vel iure, habeat actionem. seu succedat alicui priuato, quæ differentia bimenbris est, & sic separatim declarabitur.

5 Quo ad primam partem, generalis sit Regula. quod Fiscus in dubio, vtitur iure priuati. ex l. idem ff. de compensatio. l. cum viciosè, ff. de pigno. l. de contractu. de rescinden. vendi. l. iustas. C. de iure fisci. hoc tamen intelligendū est, cōmuniter loquēdo, iuxta Ancar. cō. 101. Fulgos. 126. Guido Pap.
6 decis. 208. & ibi additio. Natá con. 500. n.6. namq; vbi Fiscus habet priuilegium particulare, eo vtitur, & sic cum in exactione suorū iurium; reperiatur priuilegiatus. pro debitis sibi met
7 stypulatis ex contractu, seu dispositione legali, habet viam executiuam, & procedere solet cōtra debitores captis
8 pignoribus, si debitum est liquidum non solum contra bona, sed etiā contra personas vt atestatur Peregri. de iure fisci lib.6. titu.7. à n.5. confirmās ex l. sacrilegij. §. vlti. ff. ad l. Iuli. pecula. l. quoniam nonnulli. ff. de appella. l. vlti. ff. de lege cōmisso. l. Paulo Calimaco. §. fina. ff. de lega. 3. l. missi opinatores. C. de exac. tributo. lib. 10. Bal.
9 con. 90. n.5. si verò debitū est illiquidum; prius antequam exequatur, est liquidandum per sententiam. l. hi qui cum Fisco. C. de conuenien. fisci debito. quod clarius comprobatur ex l.
10 nemo carcerem. C. de exacto. tributo. lib. 10. Marāta de ordi. iudicio. 4. p. distinctio. 9. n.59. Bal. in l. 1. col. 2. de hæredi. vel actio. vendi. & in hoc cō-
11 sistit ius Regaliæ, quia in hoc, Fiscus est priuilegiatus. Anto. Oliba ad vsatici. Alium namque de iure fisci c.13.
12 à num.3. Calici. in Margari. fisci. dubl. 3. num. 27. hunc autem procedendi modum; via executiua contra
13 tertios possessores; (est obseruandum) tunc locum habere. quando debitum est ex causa contractus, cum Fisco celebrati, vel causa exa-
14 ctionis tributorum, nam alias, si Fisco bona perueniant, tunc pro debitis recuperandis, non poterit procedi via executiua. neque contra ter-

tios possessores. nisi seruata iuris forma per litis contestationem, & sen-
15 tentiam, c. penul. de dilatione. Ferra. in sua praxi. Titu. de forma executio. sententiæ n.22. & ex mente Bar. in l. nemo carcerem, C. de exacto. tributo. lib.10. & in l. à diuo Pio §. in venditione. ff. de re iudica. tradit Thomas Cerdan in suo libro, veriloquio *En reglas de razon de Estado*. in tracta. de visita. carcer. c.8. n.9. vbi refert. quod antiquitus licet caperentur debitores fiscales, non tamen statim detrudebantur in carcerem, sed sub arresto ponebãtur in aliqua domo iuxta Bartoli doctrinam in l. cum eo, alias labeo, ff. ad legem. Iuli. pecula. licet hodie prædicta non obseruētur. Sed statim capti, in carcerẽ mittũtur. ex eodẽ Bartolo in l. nemo carcerẽ de exacto. tributo. lib.10. idem Cerdan. ibidem. n.10. quæ est secunda pars, bimembris diuisionis supradictæ, & non solum procedit Fiscus via executiua contra eos, qui cum eo contraxerunt, verum etiam potest, omisso eius principali debitore, agere cõtra tertios posseso-
16 res rerũ, ex quibus debitũ Fiscale fuit ortum. ex l. cum possessor. §. fina. vbi glos. l. Imperatores. ff. de publi. l. prædijs, ff. de iure fisci. l. fina. C. sine censu refert, & sequitur Peregrin. de iure fisci lib.6. num.49. Potest etiam Fis-
17 cus in executione, ex diuersis corporibus, capere quod ei magis placuerit, & illud vendere ad suum creditum. ex l. cum possessor. ff. de censi.

18 Non defuerunt, qui existimarunt, hoc priuilegium fiscale, procedẽdi via executiua cõtra suos debitores, posse extendi contra debitores debitorum fiscalium, quod non ita absolute intel-
19 ligendum est. Sed cum aliquo moderamine. Videlicet. quod Fiscus possit procedere contra debitorem sui debitoris, si executio fiat in bonis. Quia executio non poterit decerni contra personam debitoris, debitoris fiscalis, iuxta tradita per Salice. in l. 1. C. de cõdictio ex lege allegata per Peregr. de iure fisci lib.6. titu.7. n.19. quod præcenseat ante n.18. ex Guido Pap. decis.208. & Boer. decis.180. n.10. clarius
20 resoluit hoc Peregri. ibidem n.26. & licet Calicius in Margari. fisci dubio 3. n.26. verbo *Trigesim. octauo*, dicat quod Fiscus debitorem debitoris, per captionem personæ exigit. tamen, hoc tanquam durum, & rationi cõtrarium
21 refutat. quia si debitor debitoris Fisci, ipsi primò creditori non est obligatus in persona, quomodo poterit. (ex eo quod suus creditor est Fisco obligatus in persona) remanere ipsum
22 obligatum, si talis obligatio non præsumatur, nec inducatur, nisi ex speciali obligatione personali pactata, & conuenta. vt aduertit ibidem Calicius verbo *Circa debitum priuatum*.

23 Sed nunquid hoc priuilegium Fisco cõpetens, ab eo cedi poterit? & quo modo? hoc tractat Peregri. de iure fisci lib. 7. titu. 3. de his quæ expectant ad ordi. iudicio. á num.33. hic tamen summariè referam quæ obseruantur.

24 In primis sciendum est. quod locatores tributorum, seu vectigalium fiscalium, ipso iure, & ex natura contractus, habent hoc priuilegium. quod possunt executiuè procedere, ad executionem tributorum l. creditor vbi Bar. Bal. & Salice. ff. de actio. emp. Balcon.256. n.4. Guido Pape decis.413.
25 Peregri. de iure fisci lib.6. tit.5. n.23. & hoc casu, sine cessione expressa, possunt conductores iurium Regalium, pro recuperatione eorum agere. licet contrariam sententiam teneat Guido Pape decis.208.

26 Solet etiam Fiscus cedere iura sua, & actiones, & hoc casu, si cessio est facta clare, poterit cessionatius agere contra debitorem Fisci via executina.

quia

27 quia Fiscus potest, priuilegia sibi com-
petentia, alicui cedere, l. fina. C. de pri-
ui. Fisci. vbi Bar. & alij Bar. in l. 1. C. de
priui. dotis. Peregri. de iure fisci lib. 7
titu. 3. nu. 34. ex quo in Ciuitate, &
Vicaria ampla Gerūdæ Nobilis Don
Franciscus de Cruilles, recuperat om-
nes census, quos Rex solebat recipe-
28 re in dicta Vicaria. quia fuerunt cessi
ipsi Cruilles in compotum aliquarum
quantitatum, quas Rex debebat dicto
Cruilles. & inde, cum certa conuētio
fuisset facta inter Regem, & Villam
de Tortoella de Montgri, super qui-
busdam iuribus, quæ Regi expecta-
bant, & ipsi prius soluebantur, quæ
nunc dicta Villa de Tortoella, in vim
dictæ conuētionis recipit, expressè Rex
pro eorū recuperatione, & exactione,
cessit dictæ Villæ omnes actiones Fis-
co competentes. vt legitur in Regio
priuilegio dictæ conuētionis, dato in
Ciuitate de Lisboa Regni Portuga-
liæ die 10. Augusti 1619. quod est
registratum in Baiulia Generali Cata-
loniæ in libro intitulato Reges. Re-
giorum Priuilegio 4. fol. 99. recon-
dito in Archiuo dictæ Baiuliæ.

29 Si verò, priuilegia non sunt cessa,
sed quod quis vult agere, eo quod sim-
pliciter succedat in re, quæ erat Fisci.
30 videlicet. quod emerit ius aliquod
à Fisco. licet virtute emptionis, illud
dominium, quod Fiscus in re vendita
habebat, sit translatum in emptorem,
tamen ex huiusmodi translatione
31 dominij, non censebitur emptor, ad-
quisiuisse iura fiscalia, imò cum muta-
tum sit dominium, & mutata sit per-
32 sona, diuerso iure debet censeri, cum
ex mutatione personæ, mutetur pri-
uilegiū. l. paulus. §. 1. ff. de adqui. hæ-
redi. l. filiusfamilias. ff. ad legæ falci.
Rolan. con. 61. volu. 4. Peregri. lib. 6.
Titu. 7. n. 18. circa medium. Vbicum-
33 que tamen Fisco interesset, quod ter-
tius sibi succedens, haberet eadem pri-
uilegia. alias retorqueretur in odium
34 Fisci, credo, quod tertius emptor ha-
beret iura eadem, ne alias, Fiscus dā-
num pateretur. & hoc casu locum ha-
bebit Regalia, quod succedens alicui
per representationem, vtatur iu-
ribus omnibus, quibus gaudebat ille,
35 quem representat, vt ex pluribus per
eum allegatis tenet Cassanate con. 7.
n. 21. & licet Peregri. ibidē dicat n. 36.
36 quod ex generali cessione iurium fis-
calium, posset quis vti hoc priuilegio.
tamen, (salua pace tanti viri) credo
37 contrarium esse verius. nempe. ex ge-
nerali cessione, non esse transmissum
hoc ius, procedendi executiuè contra
tertios possessores. vel contra debito-
res debitorum fiscalium. quia cum hoc
38 modo procedēdi, vtatur Fiscus ex sua
suprema Regalia, ex generali prædi-
cta cessione, non cēcebitur dictum ius
39 cessum, cum Regaliæ non trāsmitan-
tur ex generali concessione. ex tradi-
tis per Oliba ad vsati. Alium namque
c. 14. n. 8. idem Oliba de actio. tom. 1.
lib. 3. §. pœnales. á n. 55. quia concessio
regaliarum, semper est interpteranda
strictè. Sixtinus de Regali. lib. 1. c. 5.
n. 64. Afflic. ad consti. Regni Neapol.
lib. 1. rub. 77. n. 6. Minsinger. respon. 12
n. 96. Rollan. á Valle. con. 1. n. 17. to. 2.
& sic debet fieri expressa mentio, de-
40 cessione iuris competentis ex hac Re-
galia. c. quo ad translationē ex. de offi.
delega. Alberi. in l. quoties. 6. de Præ-
ci. Impera. offeren. Ancarra. con. 335.
Abb. con. 61. plures alij relati á Pere-
41 gri. de iure fisci. lib. 1. titu. 2. n. 75. vnde
emens rem à Fisco absolutè, non ha-
bet priuilegia fiscalia, quo ad Rega-
lias; sed solum in iuribus, quæ sunt de
natura cōtractus, qui celebratur. quod
42 confirmat Bar. con. 226. allegatus per
Peregri. lib. 7. titu. 3. n. 34. verbo *Aut
vere loquimur*. qui dicit. quod licet Fis-
cus, de suis rebus proprijs, non tenea-
43 tur vectigal, seu onus soluere, si tamen
res fiscalis alicui vendatur, tunc em-
ptor non obstante, quod succedat iure
dominij,

dominij in re, quæ erat Fisci, tenebi-
44 tur impositiones soluere. quia excē-
tio illa, est de Regalijs, quæ non tran-
seunt, nisi in indiuidua concessione;
& delegatione facta.
45 In summa igitur, ex dictis sumitur
resolutio. quod in contractibus ordi-
narijs à Fisco celebratis, non tran-
seunt iura, quæ Fisco in vim Regaliæ
46 pertinent, transire tamen in in vim
exceptionis iura Regalia. quia eo ipso
quod emptor rerum fiscalium exci-
pit, euidens est, quod prospicit vtilita-
tem Fisci. & sic ius excipiendi, neces-
sario transit in singularem successo-
rem, l. si mater. §. idem Iulianus. l. si à
te, §. Iulianus. ff. de excep. rei iudica.
Bar. in l. si tertius, §. si quis prius, ff. de
aqua pluui. arcen. Soci. con. 158. n. 28.
Graue. cō. 148. n. 1. Tiraquel. de retrac.
ligna. §. 1. glos. 9. n. 130. & 132. Alex. in
l. 3. n. 4. C. quod metus causa. Quęren-
dum vlterius est. an in executione
47 quæ fit pro recuperatione iurium fis-
calium, locum habeat exceptio ex cus-
sionis. Hoc dubium tœdere distinctio-
nis resoluendum esse credo. videlicet;
quod aut agit Fiscus, pro debitis cum
eo contractis, contra eosdem contra-
hētes, aut eorum fideiussores, & tunc
48 non habet locum excussionis excep-
tio. aut agit contra hæredes eorum,
seu hæredes fideiussorum, & tunc, si-
49 militer nō habet locum. aut verò agit
contra tertios rerum possessores, quæ
fuerunt debitorum, & hoc casu locus
50 est exceptioni ex cussionis. iuxta Tex.
in l. moschis, & ibi glos. ff. de iure fisc.
Bar. ibidem, n. 1. ratio autem hæc est,
51 quia fideiussores contrahentes cum
Fisco, æqualitèr se obligarunt, sicuti
principales, & sic renunciarunt huic
52 beneficio. quæ ratio etiam militat,
quando agit contra hæredes fideius-
sorum. quia cum succedant eisdem fi-
deiussoribus, euidens est, quod non ha-
53 bēt plus iuris, quā habebat defunctus,
cum nemo in alium plus iuris trans-
ferre possit, quam habebat.

54 Quando verò agitur conta tertium
possessorem, tūc locus est discussioni.
quia tertius ille, propriè, non dicitur
debitor Fisci. quia cum eo neq; cōtra-
xit, neq; quasi contraxit. & sic solum
ei tenetur actione Reali, idest præsu-
55 posita re detenta; l. in rem. l. officium.
ff. de rei vindicatione. quę actio, in vim
iudicij plenarij est proponenda. iuxta
tradita per Ferra. in sua praxi. in for-
ma actio. Realis per totam. Hanc
56 autem Regaliam exequendi debita
fiscalia, fuit communicata Deputatis
Generalis Cataloniæ, pro exigendis
tributis Generalitatis, vt benè fuit
ponderatum. in allegationibus factis;
pro contētione suscitata inter Depu-
57 tatos; & Capitaniam Generalem de an-
no 1638. ratione quarūdam mercium
Frāciæ pag. 12. n. 23. vbi ex Mier. col. 7
c. 7. nu. 6. in Curia Dertusæ Reginæ
Eleonoris refertur. quod cū iura, quæ
exiguntur à Deputatis, fuerint impo-
sita, pro defensione Principatus, & ad
propagandam vtilitatem illius. vt fa-
cilius prædicta iura recuperarentur;
fuit prouisum in Curijs. quod rigurо-
se recuperarentur, & tanquam iura
fiscalia, & Regaliæ. ex. c. incipiente.
Item que vos. Curiarum Dertusæ de
anno 1365. de exactione iurium Gene-
58 ralitatis. Reges enim in celebratione
Curiarum concesserunt Deputatis pro
exactione iurium Generalitatis Re-
galias omnes necessarias ad totalem
executionem executionis. quod fieri
potuit Mier. col. tit. cap. *La causa de las
viudas*, fol. 3. col. 2. verbo *Sed numquid.*
Oliba. ad vsati. Alium namq; c. 5. n. 40
& c. 6. n. 41. Masttillo de Magist. lib. 1.
c. 12. n. 26. faciūt verba relata ab Oliba
d. c. 6. n. 43. ibi *Nam Rex cum Curia, in
qua vniuersitas totius Regni representatur,
habilitat non habiles, & facit capaces, non
capaces, ad hæc Regalia etiam magna ob-
tinenda*, & hoc approbauit Philipus
Vinyes in suo respōso. allegato, fol. 9.
pag. 2. sub his verbis *Goza pues lo*

Consistorio

Consistorio de los Deputados por la larguesa, y liberalidad de sus Principes esta iurisdiccion en los casos de la exaccion de las Generalidades, y de su aministracion con prerogatiua, que fenescan alli los pleytos sin admitir apelacion, ò recurso para el Principe, y su Audientia.

S V M M A R I V M.

Regalia est. posse edificare castra in loco superiori, n.1.
Vsaticus Rocas, & Vsaticus Camini habent connexitatem, n.2.
Castrum fortalitium, nemo potest edificare, n.3.
Fortalitium edificare an liceat, n.4.
Custodia liminum Regni, non est danda vassallis, n.5.
Castrum quid sit, n.6.
Castri significationes, cum sequentibus; num. 7.
Castrametatum solet dici castrum, n.8.
Castrum non debet esse grande, n.9.
Castrum propriè quid sit, n.10.
Castrum an debeat habere territorium; num.11.
Castrum quotuplex sit, n.12.
Castrum terminatum qualiter cognoscatur, n.13.
Castra non terminata propriè qualiter appellentur, n.14.
Castrum ex se nullam habet iurisdictionem, n.15.
Regalia edificandi castra, in quo consistat num.16.
Regalia est terminare, & diuidere terminos, n.17.
Castra terminata in Catalonia; qualiter possideantur, n.18.
Licentia Principis an requiratur, ad possidendum castra terminata, n.19.
Castra terminata in Catalonia, qualiter possideantur, & fiant, n 20.
Castra terminata, quam iurisdictionem habeant, n.21.
Castri terminati iura, an præscribantur num.22.
Iura castri quo tempore, & modo præscribantur, n.23.
Castri terminati, iurium præscriptio qualis num.24.
Vsaticus Rocas, an practicetur, n.25.
Castrum edificare an liceat, in emulationem alterius, n.26.
Castrum dirutum an perdat priuilegia; num. 27.
Castrum dirutum an sine licentia possit redificari, n.28.
Redificare est facultatis, n.29.
Præscriptio in facultatiuis an habeat locum, n.30.
Facultatiua iura an præscribantur, n. 31.
Castrum redificatum an habeat priuilegia castri antiqui, n. 32.
Congregationem Domorum sine Principis licentia facere, nemini licet, n.33.
Villa quæ dicatur, n.34.
Villa vbi sita sit, n.35.
Villa ex quot domibus dicatur erecta. n.36
Villa non potest nominari sine Principis authoritate, n.37.
Vniuersitates an possint se congregare sine Principis licentia, n.38.
Mures edificare; an possint Vniuersitates sine Principis licentia, n.39.
Muri quando possint construi, sine Principis licentia, n. 40.
Bona Vniuersitatis ad quid expendenda; num.41.
Impositiones Vniuersitatum qualiter expendendæ, n.42.
Muri perforari non possunt, sine Principis licentia, n.43.
Edificare supra muros quando liceat; num.44.
Vniuersitates quando possint perforare muros, n.45.
Murorum plura remissiuè referuntur; num.46.
Regalia operum publicorum in quo consistat, n.47.
Publica opera facere, an possit prescribi; num.48.
Præscriptio quando locum habeat circa opera publica, n.49.

Feudum

Cap. 33. De Regalia circa opera publica.



1 HABET etiam Rex, in Catalonia ius quod dam Regaliæ iá alias de iure communi, sed in Catalonia fundatúr in vsatico. *Roca*,
2 qui est constitutus in constitutionibus, in titulo de operibus publicis. quem vsaticum atestatut Marquillas (eum declarando) habere connexitatem cum vsatico. *Camini, & strata*, sito in eodem volumine cõstitutionum, sub titulo de commer. & securi. viarum, & sic Iacobus de Monte Iudaico
3 simul tractat hos duos vsaticos. mihi fol. 125. in titulo quæ sint potestatis. ex quo vsatico desumunt pro conclusione. quod ex illius dispositione pro-
4 hibetur, quilibet fabricate castrum, seu fortalicium in locis altis, & Rochis. & in Regni confinibus. & hoc vltimum, esse de iure communi atestatur. Ioan. Garci. de Hispano. nobi. glos.1. §.1.n.7.ex l.2. C.de fundis li-
5 mo.lib.11.vbi glosa ait. quod custodia liminum Regni, non est danda priuato. & ibi Ioan. de Platea dicit. quod in limine Imperij, non licet priuato habere castellum. Anto. Gomez in l.46.tauri.n.14. Castillo de tertijs c.41.n.95. Calix Ramirez de lege Regia. §.16.n.64. Sed vt huius Regaliæ intrinsecum percipiamus, quæ rẽdum
6 prius est. quid sit castrum. & quid sub eo nomine comprehẽdatur. Castrum in Catalonia appellatur, receptaculum in loco alto, & excelso constructum. Iuxta vsaticum castrum. qui si-
7 tus est in titulo de operi. publi. Castrum etiam appellatur, quod muro iungitur. vt atestatur Meno. lib.3. præs. 97. n.2. quod ex communi viu loquendi, sic appellari ex Oldral.consi.121.n.7.& ex alijs atestatur Meno. vbi supra.

supra.Fontanella de pac.nuptia. to.1. clauf.4. glof tt. in principio vbi re-
8 fert alias significationes. ex quibus meliorem adducere videtur Boeri.decis.2 12.n.16.per Fōta.allegat.dicens. quod castrum est locus castrametarus siue fortificatus, vt in eo plebs possit se tueri ab inimicis, tanquam in
9 tutissimo præsidio.quod voluitLosens de iure vniuersitatis.1.p.c.2.n.36. dicens.esse casam altam, & fortem non multum spaciosam, ne multa egeat custodia.l.quicunque castellorũ. C.de fundis limitrophis lib.11.Doctores in c.si Ciuitas de senten. excommuni.in 6. Bar. in constitu. qui sint rebeldes. verbo Lombardiæ n.4. idem tradit Marqui.ad dictū vsaticum verbo *Quærò decimo.quid sit castrum.* abso-
10 lute tamen hoc nomen prolatum,intelligitur pro re particulari, veluti palacio,seu domo forti,vallis, & muris munita.tradit Cancer.lib.3. varia. c.13. de iuribus castro, in princi. taceãt tradita per Lose. de iure vniuer.
11 1.p.c.2.n.38.vbi atestatur castrum esse sine vniuersitate, Idest sine districtu & territorio.ex l. per Prouincias,C. de edifi. priua. Hoc autem nomen
12 *Castrum* duas habere significationes atestatur Fontan.vbi supra n.2.dicens esse in Catalonia castrū terminatum, & castrum non terminatum.ita iuxta diuisionem traditam á Socar. ad consuetudinem Cataloniæ c. si verò ali-
13 qui allodiarij à n.43. pag.178. ita vt castrum existens in loco alto,& sublimi, dicetur terminatus,si terminos confines habeat.iuxta vsati.hoc quod iuris est Sanctorum.dum modo in hac possessione steterit, aretro immemoriali tempore, cuius inicij apud homines memoria non extat.

Alia verò sunt castra, quæ territo-
14 ria non habent,& hæc proprio nomine,dici poterunt fortalicia,iuxta tradita per Fontanel.dicta glos.11.n. 20.
15 quia castrum eo quod castrum,nullam hebet iurisdictionem, vt atestatur Mier.ad consti.Reg.Petri.2. in Curia Barcinone c.42. de offi. Vicarij n.6. pag.42.in nouis.iuxta quā diuisionem
16 dicendum est. quod ius Regaliæ ex dicto vsatico consistit, in hoc, quod nemini licet in Catalonia edificare castrum in Rochis altis,vt sit,& dicatur castrum terminatum. quia termi-
17 nare,& edificare.fortalitia, est de Regalibus,& sic interpretatur hunc vsaticum Socar. in c. si verò aliqui allodiarij n.24.& 34. Cali.in Marga. fisci dubio 8. n.15. Guiler.de Vallsica. ad vsati si quis cōtradixerit mihi pag.77 Socar.ad consuetu. Catalo. c.si aliqui
18 allodiarij n.38.mihi pag.176.Mier.ad consti.Reg.Petri 2. In Curia Barcin. cola.2.c.42.n.96.mihi pag.49.in nouis. hoc idem asseuerare Auendañō de exequen.mãda.Princi.1.p.c.4.n.4. refert Cancer.lib.3. varia.c.13. de iurib.castro.n.18.Afflic.in titu.quæ sint
19 Regaliæ nu.68. & In Catalonia non posse castra possideri sine expressa Principis licencia. atestatur Calic. in Marga.fiscl.dubio 8.n.19.licet de consuetudine contrarium seruetur.
20 Castra autem terminata in Catalonia,non posse construi sine Regis licēcia,existimo.eo quod, castrum cum sit terminatum, de cōsuetudine Cataloniæ.habet certam iurisdictionem. quam Practicl Catalani dicunt esse
21 banni quinque solidorum,vt atestatur Mier.& alij relati per Cācer.3.p.c.13. de iuribus castro.á n.24.& maximè 33.
22 vbi refert cætera iura,quæ castra terminata habent intra Cataloniam.quæ iura inpræscriptibilia esse atestatur Cancer.ibidem.nisi interuerta essent,
23 ob contradictionem aliquorum. quia si à die contradictionis lapsi sint triginta anni,ius illud præscriptum censetur.iuxta tradita.ex mente Marquilles.& Socarrats,& aliorum per Cancer.3.tom.vari.c.13.de Iuribus castro. à n.38.& hoc est quod dicit Guillermus

24 mus de Vallesica ad vsaticum *Si quis contradixerit*,n.2. circa finem vbi post quam dixit obseruantiam dicti vsati-
25 ci *Rocas* in desuetudinem eo tempore abijsse, confirmans exemplaribus. Vicecomitis *de Castellbo*, & Iudicis *de Arborea*. dicit. licere Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, & Ciuibus, fortitudines facere sine Principis licentia.concludit tamen.eas non gaudere priuilegijs castrorum.

Sciendum tamen est. quod si cas-
26 trum fieret in emulationem alterius. non liceret illud edificare.vt ex mente Bar.In l.fina.C. de Collegijs illici. & in l.1.ff.quod cuiusque Vniuersitatis nomine, & in l.opus, ff. de noui oper.nũcia.tradit Guiller.de Vallesica vbi supra, Marqui.ad dictam vsati. *Rocas* in fine.Socara.d consue. Catalo. c.si verò aliqui allodiarij n.21. mihi pag.173.

Sed sciendum est. quod licet cas-
27 trum antiquum, fuisset dirutum, & amisisset iura castri.ex l.si vsusfructus. §.vi.ff.quib.modis vsusfruc.amitatur l.pater tusculanus.ff.de lega.3. Cassana.con.26.n.27.hoc autem intelligẽdum est. vbi castrum esset ditutum ex legis dispositione, non verò casu fortuito. vt tradit Parisi. con.101. n.34. 1.p.tradit Cancer. 3.tom.vari. cap.13.
28 à n.50.& sic dato.quod esset ditutum, poterit sine noua licentia redificari. Bouadilla in sua Politi. to.2. lib.3.c.5. *De las obras publicas*, à n.14. Guiller. de Vallesica ad vsati. *Si contradixerit*. mihi pag.27. vers. Sed an quilibet in suo alodio circa medium,confirmans suum dictum n.3.ex l.cum delationis. §.asinam molendinariam.ff.de fundo instruc.glos.notabi.in l.1.§.edificate. verbo reficere.ff.de non infer.Bar.in l.de pupillo.§.si quis riuos.ff.de noui.
29 oper.nuncia. quia cum redificatio sit meræ facultatis facti,& non iuris,iuxta tradita per Oliba de actio tom.2.
30 p.3.lib.3.§.3.n.86. quæ facultas nunquam præscribitur. l.viam publicam. ff.de via pub. cum similibus nisi fa-
31 cultas ista tergiuersata esset ex facto alicuius.iuxta notata per Bal.con.241 lib.2.ad finem Bar. & cæteri Scribentes in l.fina.ff.de vsuca. l.quo minus. n.26.ff.de flumi.& hoc casu prædictũ
32 castrum redificatum, eadem iura, & priuilegia retinebit, quæ antea habebat. iuxta tradita per Alex..con. 43. volum.1. Alber. in l.si vsusfructus,ff. quib.mo.vsusfruc. amitatur Marqui. in vsati.hoc quod iuris est Sanctorum verb.*Quæro an destructo*,fol.307.col.2. Socar.in commemora. Petri Alberi. c.& si tibi n.6.fol.53.

33 Ex prædicta etiam Regalia fit.quod non licet aliquibus hominibus. se cõgregare in campo, seu in domibus, congregatis edificare faciendo locum in forma Vniuersitatis.seu Villæ,sine Principis licentia. vt est Tex. in l. 1. C.si Curia relicta,ciuita.edifica.lib.10. quo iure cautum est.quod si Ciues relicta Ciuitate,domus particulares,edificauerint,veluti rura,ab eis euincuntur,& Fisco applicabũtur. dicitur autem Villa.congregatio hominum,&
34 Vnitas quarũdam domorum sine muris,quasi vallis vallata, & circundata. quia non tuitione murorum, sed vallatione fortificatur. quia Villa dicitur illa, quæ est extra mutos Ciui-
35 tatis.l.1. C.de rusticani ad vllum obsequium deuo.lib.12.Bar.in l.1..§.siue autem n.1. ff. de noui. oper. nuncia. Iass.in l.hæres..§.1.n.8.de lega.1.& in l.88.§.qui fundum n.5.ff.eod.Francis.
36 Marcus decis.366.n.27.Bar.in dicta l. si hæres.§.1.glos.in §.& quidem naturali verbo *Vallis* insti.de rerum diuisio. Loseus vbi supra n.39.Congregationem autem quinque domorum, appellauit Villam Alex. in l.31.n.7. C.de testamen.

Licet autem congregatio sit plu-
37 rium domorum, tamen congregati, non poterunt nomine Vniuersitatis nominari,

nominari,sine superioris licentia. Albert.Bruno. con. 29.n.10. lib.1. Marquil. ad dictum vsati *Rocas*. Cancer.
38 3.tom.vari. c.13. n.111. & 167. neque poterunt se congregare post quam se coadunarunt, (cum fuerit factum sine Principis licentia) etiam ob iustam causam. Cancer. vbi supra
39 num.116. Sed nunquid ipsi ad eorum custodiam possint muros construere? In quo dubio distinguendum est. quod si muri fiant expensis proprijs habitantium in villis, poterunt sine
40 Principis licētia eos construere, iuxta tradita per Rollan. con.84. n.21. lib.2. & ex allijs quos allegat Cancer. 3.tom.varia.c.13. n.56. quia bona ip-
41 sius vniuersitatis, propria sunt ad construenda opera publica, iuxta tradita per Bouadi.tom.2.lib.3. c.5. n.8. ex l. ne splendedissimæ, C. de oper. publi.l.fina. C. de vecti.& com. nec mirum, quia vniuersitates de rebus suis possunt quid quam facere, ex l.fina.& ibi glos. ff. quod cuiusque vniuer.Specula.in Titu.de executio.senten.§.sequitur verbo *Quid si vniuersitas*, Bar.con.180. vol.1. Ioseph. Ludo. decis.43. multi relati à Capiblan. de iure Baro. Pragm.14.n.22.& 23.Griuelli.in decisionibus Senatus Dolani. decis.11.n.18. Ægidius Bossius in Titu. de Principe n.95. & 96. vbi post quā dixit, quod collectam solus Princeps imponere potest, ex l.vni.C. de super indic. lib.10. dicit secus verò est si vniuersitates indigeat ad suum commodum, per Bar. & Doctores, in l.4. §.actor, ff.de re iudi. Capiblan. de iure Baron. §.11. n. 19. Cancer. 3 tom. variar. cap. 17. num. 199. idem cap.4.num.222. & c.17. n.208. Si verò ad constructionem eorum, sint expendendæ pecuniæ, quæ ex
42 impositionibus super merceibus, recipiendæ sunt, tunc sine Principis licentia, muri construi non poterunt.

43 Ex quibus inferebat Cancer. vbi supra num.57. (quod aserunt etiam relati per eum) quod non licet priuatis perforare muros Ciuitatis, seu Villæ sine Principis licentia. & hoc sic practicatur. quod in Baiulia Ge-
44 nerali, conceduntur stabilimenta fabricandi fenestras, seu porticellos, vulgo Catalane dictos *Terrats*, ò *Solanes*, ò *Porxos*, in domibus contiguis muribus Ciuitatum, annuo censu imposito soluendo Baiuliæ, seu eius Receptori. Vniuersitatem verò pro suo seruicio, seu vtilitate, pos-
45 se absolute eos perforare absque licentia. ex glos. in l.sacra. §.muros. ff.de rerum diuisio Boer. decis. 232. de murorum constructione, & fa-
46 brica, & de cura, & vigilantia eorum, & an sit melius, quod Ciuitates, seu Villæ sint sine menijs vide plura tradita per Bouadill. in sua Politica. tom. 2. lib. 4. cap. 6. à num.17. cum sequenti. vbi de personis obligatis ad constructionem, & reparationem murorum.

47 Licet autem virtute huius Regaliæ, non possint priuati, edificare fortalicia sine Principis licentia, & illius concessio sit Regalia, hæc tamen non est de Superioribus. & sic poterit præscribi ius edificandi, legitimo tempore, vt larius dicetur infra, in cap. 43. de præscriptione Regaliarum. Sed sum-
48 mariè hic dico. quod hoc ius edificandi, poterit adquiri præscriptione. vt tradit Marquil. in dicto vsati, *Rocas*, verbo *Quero octauo* hoc idem tradit Socar. ad consuet. Catalonie, cap. *Si verò aliqui allodiarij*, num.38. pag.176. dicens. inme-
49 morialem possessionem, requiri ad præscribendum hoc ius edificandi castrum terminatum in rochis, seu in confinibus Regni. ex principio illo tritissimo, quæ sunt concessibilia, sunt præscriptibilia.

S Data

50 Data autem simpliciter facultate edificandi castrum a Rege, liberum omni seruicio, & subiectione, etiam fœudali censetur remanere castrum, ex mente Bal.con.301.volum.3. & in c.significauit de rescrip.Bero.con.165. num.98.lib.1.Deci.con.468. Rollan. à Valle con.50. num.23. & 27. lib.3. & ex alijs tradit Cancer. lib.3. vari.
51 cap.13. n.130. non tamen erit immune quo ad iurisdictionem,quia quoad eam subest Regi. vt post Paulum de Castro,notat Alber.Brun.con.157. verbo *Nec obstat.* Cancer. ibidem num.132. nisi in concessione facultatis, adiecisset verba importantia concessionem iurisdictionis,veluti si di-
52 xerit vna cum iurisdictione. quia censebitur concessum merum Impe-
53 rium, & mixtum. iuxta tradita per Bar.in l.Imperium,ff de iurisdic.omni.Iudi.Abb.& Felin.in c.quod sedes de offi. ordina. vel si in concessione
54 edificandi castrum, assignauerit territorium, quia tunc censetur Regem dedisse iurisdictionem. Mier.ad costi. Reg.Petri 2.cola.2.cap.42. à nu.49. De terminatione districtuum, mentionem facit Oliba de actio. tom.1.
55 lib.3.cap.3. à num.37. & ex tali concessione,iurisdictio censetur concessa priuatiue ad Principem.Pluribus relatis hanc sequentibus sententiam,& resolutionem tradit Cancer. 3. tom. varia.c.13.á n.155.

Vnum tamen pro coronide hu-
56 ius capitis animaduerte. quod in hac Ciuitate Barcinonè. Si opera publica fiant Ciuitatis,debet obtineri prius licentia à Baiulo Generali si opus construendum sit in platea publica,
57 seu vico,& hoc ratione soli, quia platæ. & vici quo ad solum, sunt Regis. & sic fuit practicatum quando Ciuitas edificauit Sacristiam iuxta Templum Sancti Sebastiani. de quo magna fuit suscitata controuersia inter Ciuitatem, & Baiuliam Generalem.

58 Si verò opus sit fabricandum á particulari, tunc quo ad solum obtinetura Baiulo Generali pro soli interesse. quo verò ad edificium, quatenus eleuatur super terram, petitur
59 licentia ab operarijs Ciuitatis. ad quos expectat politica, seu difformitas Ciuitatis. similiter si via aliqua, seu vicus est claudendus, vel mutandus,à dictis duobus est obtinenda licentia. nempe à Baiulo Generali, & operarijs, & similiter si tractetur de edificanda domo iuxta locum vulgo nuncupatum *Cantonada* concurrit enim Baiulus Generalis ratione soli,vt dictum est.operarij verò concurrunt ratione politicæ ipsius Ciuitatis.

60 Ex quibus apparet.quod si aliquis, sua propria auctoritate, in platea, seu vico publico aliquod opus fabricauerit, poterit impune destrui. nec præscriptio ei proderit. l. præscrip-
61 tio temporis. C.de operi.publici.nec mirum. quia ex dicta lege tollitur præscriptio.quod declarat Acur. ibidem glosa. verbo *Faciam*, dicens
62 quod ad hoc vt possit demoliri opus publicum, nó sufficit,quod sit factum sine licentia, sed vltra hoc requiritur, quod sit difforme in aspectu, aut quod sit damnosum Reipublicæ. quia si non sit difforme, vel damno-
63 sum Reipublicæ, non destruetur. sed ei imponetur aliqua annua prestatio, in beneficium vniuersitatis. l.2. §. si quis nemine, ff. ne quid in loco publico. & ibi Acur. verbo *Depenere.* quam prestationem annuam, *Solarium*, appellat Iure Consultus. in
64 dicto §. ibi, *Vectigal enim hoc, sic appellatur Solarium ex eo, quod pro solo pendatur*, nec mirum, cum facto edificio, si demoliretur, fieret vrbs difformis.ex l.fina ff.ne quid in loco publici.

65 Loca publica ea sunt,quæ publicis vsibus sunt destinata. vt ex mente labeonis

labeonis refertur in dicta l.2. §.publici loci.ff.nequid in loco publico.

66 Sed cum hoc loco,non sit agẽdum de essentia operum publicorum, nisi quatenus in eis se fundat, ius supremæ Regaliæ,de illis nil amplius congeram. lector verò cupidus sciendi

67 quæ hæc concernant,videat Titulum. ff.& C.de operi.publici.ff.ne quid in loco publico. l.seruitutes. §.publico. ff.de serui.l.2. §.si quis á principio, ff.ne quid in loco publico.l.opus nouum.ff.de operi.pub.l.intra, & l.nemo C.eod.Bouad.in sua poli. tom.2. lib.3.c.5.& in alijs digestorum,&Codicis titulis absolutè hæc materia tractatur, vbi cupidus lector inuestigare poterit, cum ius Regaliæ iuxta vsarlcum *Rocas*, iam sit explicatum.

68 Sed quæri potest.an pacto fieri possit, ne opera publica, in aliquo loco fiant.& in hoc sciendũ est. quod si loquimur in Principe, & ipse nomine dignitatis, promiserit se non facturum aliquod opus publicum in aliquo loco, tunc remanebit obligatus,

69 non solum ipse ad pacti obseruantiam,verũ etiam,& successor in Regno. Deci.in c.t. de probatio. & ibi

70 Anto.de Burrio. Felin. & Abbas afferentes.successorem in dignitate, teneri obseruare pacta, quæ suus præ-

71 decessor nomine dignitatis fecit. & de hoc particulari pacto obseruando. de non facienda opera publia vide Iacobi. in inuesti.in princi.col.2. verbo. *Sed an Princeps*. Martin. de Lauden.in tracta. de Principe. verbo *Centesimus vigesimus septimus contractus*.Berrachi. in tracta.de Epis. 4.p. q.54. verbo *Quid de Rege succerore*, Bal.con.341.col.3. Marta de iurisdic. 1.p.c.41.n.7.

Palacium Regium opus publicum

72 reputatur,dum nomen tetinet. iuxta tradita per Horati. Montano. de Rega.titu.Palacia in Ciuitatibus,&sic ei. edificia priuata cohęrere non possunt.

73 ex l.quicunque, ff. de operi. publi. ex l.vni.C.de Palat.lib.11. vbi Imperatores Theodosius est Valenti. sic loquuntur *Consecratas nobis ædes.idest inclyta Palatia ab omni priuatorum vsu,& cõmuni habitatione excipimus*.ex quibus atestãtur.Isernia,Afflic.& cõmuniter Doctores design.Sixti.de Rega.lib.2. c.17.n.2.&3. priuilegia enim Palacij Regij retinet.Ex quibus cum in Villa de Vilafranca del Panades, quidam vicinus Palacij Regij, quod est iuxta Ecclesiã maiorẽ dictæ Villæ.ex Regio priuilegio concesso maioribus nobilis Don Cæsaris Babau,& de Vilallonga possideat d.DõCęsar Babau,& de Vilallõga Palaciũ Regiũ cũ obligatione hospitãdi in eo Regem.quocíescunq. peruenerit ad dictã Villã, & prestãdi quatuor lectulos.&duscẽtas scutellas, & quatuordecim vasa lignea. prout fuit die 2.Maij anni 1632.quo Serenissimus Rex Philipus 4.trãsiuit per dictã Villã d Dõ Cæsar Babau,& de Vilallonga prædictũ seruiciũ prestitit. Et sic retiuendo Palacium Regium hoc nomen, ex seruitute prædicta, ex quo in eo debet commorari neque in alia domo potest dictus Don Cæsar habitare,ex dicta l.quicunque, & ex l.vlti.C.de offi.Recto.Prouin. Sixtinus dicto cap. 17. num.6. Inde cum quidam vicinus, extendendo suam domum suprà quendam vicum existentem intra dictam domum, & Palacium,Tigna inmisisset in parietem ipsius Palacij Regij. Sententia lata in Baiulia Generali, fuerunt demolita opera illa. eo quod nemo potest cohætere edificia priuata sua, Palacio Regio, nec ædificijs publi-

74 cis. vnde ad maiorem corroborationem, ex deliberatione Regij Consilij Patrimonialis, fuit deliberatum, quod supra hostium dicti Palacij, apponerentur arma Regis, sculpta in lapide. prout de mense Nouembris 1638. fuerunt apo-

S 2 posita,

posita, & preconia de mandato Admodum Illustris don Thomæ Fontaner de Regio Concilio, & suo locumtenentis in Officio Baiuli Generalis, sub pœnis quingentorum ducatorum, & alijs arbitrio Regis, contra quascunqque personas, quæ in dictum Palacium, seu scutum aliquid facere, seu corrumpere attentatent. quod preconium fuit publicatum, in dicta Villa. & repetitur Registratum in Baiulia Generali in Regestro intitulato Preconitzationum. lib. 5 fol. 95.

75 Ciuitas verò Barcinone hanc Regaliam habet communicatam, ex priuilegio eidem cōcesso per Serenissimum Regem Petrum, die 20. Augusti 1357. quod est regestratum in lib. 2. viridi recondito in Archiuo Ciuitatis, fol. 185. in & cum quo fuit concessa facultas Ciuitati construendi quecunque opera publica, muros, turres, valles, & qualibet fortalitia, ex quo euenit de anno 1633. existente tunc Locumtenente Generali Serenissimo Cardinali Infante Ferdinando. cum Ciuitas Barcinone ante ostium Ciuitatis versus mare ædificaretqu andā parietem lapideam ad custodiam ipsius Ciuitatis (quam *Parapeto* appellant) ex parte dicti Serenissimi Infantis fuit mandatum Consiliarijs, quod cessarent construere illud opus. ex parte dictæ Ciuitatis vno, & eodem tempore, fuit Serenissimo Infanti ostensum dictum priuilegium, & non cessante in opere, fuit ad toralem finem per ductum provt oculis cernitur.

SVMMARIVM.

Pœnas imponere, & mulctas iue est Regalia. n. 1.

Mulctarum, & pœnarum materia vbi tractatur, n. 2.

Mulctas, & pœnas an possint apponere Iudices pedanei, n. 3.

Mulcta, & pœna an differant, numero 4.

Pœna, & mulcta an confundantur, num. 5.

Mulcta à quo imponatur, n. 6.

Mulcta est Iudici arbitraria, numero 7.

Pœna quid sit, n. 8.

Pœna quotuplex sit, n. 9.

Pœna an sit Generalius nomen, quam mulcta, n. 10.

Mulcta admittit appellationem, numero 11.

Pœna non admittit appellationem, numero 12.

Appellari an liceat ab in cursu pœna, num. 13.

Pœnarum appositio est de Regalijs, numero 14.

Pœna cui Fisco sit applicanda, numero 15.

Confiscatio bonorum cui applicetur, numero 16.

Pœna ante executionem, requirit declarationem incursus, n. 17.

Pœna venit in consequentiam, n. 18.

Actio duplex concurrit in delictis, n. 19.

Causa quando dicatur ciuilis, seu criminalis, n. 20.

Causa quando dicatur criminalis, n. 21.

Dignius attrahit minus dignum, n. 22.

Quod principaliter agitur, hoc attenditur, num. 23.

Pœna apposita, nō applicata, cui expectet num. 24.

Criminalis, vel ciuilis quando iudicetur actio, n. 25.

Pœna treuguarum cui expectet, n. 26.

Treuguarum fractarum pœna, an faciat causam ciuilem, vel criminalem, n. 27.

Imponere pœnam in vim statuti, est Regalia, n. 28.

Pœnæ appositio in casu particulari, est iurisdictionis, n. 29.

Iurisdictio sine modica cohertione nil valet, n. 30.

Vniuersitas an possit imponere pœnam, pro obseruantia sui statuti, n. 31.

Habens facultatem statuendi, habet etiam ad imponendum pœnam pro obseruantia num. 32.

Statuta non obseruare, idem est atque non fieri, n. 33.

Pœna conuentionalis quando exequatur, num. 34.

Pœna posita ab vniuersitate, qualiter exigatur, n. 35.

Iudex declarans aliquem incidisse in pœnam, exercet officium mercenarium, num. 36.

Iudex quando seruiat legi, n. 37.

Iudex est legis minister, n. 38.

Iudex non potest pœnam minuere, n. 39.

Pœnam minuere solus Princeps potest, num. 40.

Pœna Fisco applicata, à quo peti possit, num. 41.

Actio Fiscalis, iudicatur popularis, num. 42.

Punitio delicti, tendit ad vindictam, num. 43.

Delicta impunita non remanere, interest Reipublicæ, n. 44.

Pœna à quo exigenda, n. 45.

Exceptio est actionis exclusio, n. 46.

Delictorum publicorum accusatio, pertinet Fisco. n. 47.

Pœnæ executionem quando possit instare priuatus, n. 48.

Particularis quando possit agere ad pœnam, n. 49.

Accusationes publicæ sunt sublatæ, numero 50.

Mulcta à quo Iudice possit imponi, num. 51.

Iudex quilibet an possit imponere mulctam, n. 52.

Mulcta an generaliter imponatur, & quid operetur, n. 53.

Merum Imperium habens, qualiter possit imponere mulctam, n. 54.

Mulcta an imponatur ab habente merum Imperium, n. 55.

Iudex quilibet potest mandare sibi pareri in sua iurisdictione, n. 56.

Mulctarum diuersitas, an consideretur, num. 57.

Mulctarum remissio, an fieri possit, num. 58.

Mulctas, an possit imponere Iudex delegatus, n. 59.

Iudex delegatus, an mulctare possit, numero. 60.

Mulctarum modus, an sit in vsu, numero 61.

Delegati Iudices qualiter procedant, ad obseruationem suarum sententiarum, num. 62.

Delegatus qua forma suam exequatur sententiam, n. 63.

Delegatus à Principe, qualiter exequatur suam sententiam, n. 64.

Delegatus intra quod tempus, possit exequi suam sententiam, n. 65.

Mulcta imposita, quo tempore duret, num. 66.

Mulctæ appositio, à Iudice valde est consideranda, n. 67.

Iudex absque iusta causa, non potest mulctam aponere, n. 68.

Preceptum iniustum non obligat, numero 69.

Creditores qualiter præferantur in executione pœnarum, n. 70.

Mulctas remittere, an possit Iudex, num. 71.

Mulctæ sunt in fructibus iurisdictionis, num. 72.

Mulcta cui ex dominis pertineat, n. 73.

Cap. 34. Regalia imponendi, & exequendi pœnas, & mulctas.



1 NTER alias Regalias, enumerat Afflictis in tractatu de feudis, eam, quæ cõsistit in iure imponẽdi pœnas, & mulctas, easque exequẽdi, Roseentau. de feud. tom. 1. c. 5. de Regalibus, conclusio 49. de qua materia, dicunt esse Titulum,
2 C. de modo mulctarum. In quo titulo expressè innuere videntur l. 2. & 3. quod facultas mulctãdi, solum Principi permissa erat, cum denegatum esset Procuratori Cesaris, & Rationali, & Curatori Reipublicæ, quem Grecæ *Logistã* appellabãt, vt in dictis iuribus cauetur. plura refert de mulctarum materia. Don Ludoui. à Peguer. tom. 1. decis. 6. à n. 4.

3 Sed, quia de iure videmus, à Iudicibus pedaneis mulctas imponi, siue pœnas, vt clarius appareat, & percipiatur ius Regaliæ huius, obseruandum erit, quid mulcta, quidque pœna sit propriè. & quæ differentia inter
4 hæc duo vocabula reperiatur. licet autem confundantur hæc vocabula, vt mulcta pro pœna capiatur, iuxta glos. in l. 1. ff. si quis ius dicenti non
5 obtemperauerit. verbo *Pœnali*, differunt tamen mulcta, & pœna tanquam genus, & species. ex l. aliud est fraus §. inter mulctam, ff. de verbo. significa. ita vt, mulcta accipiatur tantum pro pecuniaria pœna, pœna verò pro pecuniaria, & corporali. Sixtinus de Rega. lib. 2. c. 8. à n. 4. maximè etiam
6 in hoc, quod mulcta imponitur à Iudice, ad hoc vt obediant ei inferiores, & obseruent illius iussiones. iuxta l. vni. ff. si quis ius dicenti non obtem-
7 perat, & sic ei est arbitraria, vt in l. aliud. §. 1. ibi. *Et mulcta ex arbitrio eius venit qui mulctam dicit.* ff. de verbo. signi. refert Speculator. in titu. de senten. ptolatio. § 2. verbo. est, & quarta species. Sixtinus dicto c. 8. n. 22. Guido Papæ decis. 359. & ibi additiones Ferrerij, quia hoc ei a iure permititur. eo quod in iure graue reputatur, Iudicem contẽpnere. vt tradit Innocen. in c. 1. ex. de appella. Specula. Titu. de iurif. omni. Iudi. §. fin. in fine quod in iusto præcepto est intelligendum, alias enim nõ obligat, vt ex l. factum 131. ibi Decius. de Reg. iuris tradit Ancarra. con. 258. n. 2. est Tex. in c. conquestus. extra de resti. spoli. Felin. in c. dilectus, n. 4. ex. de rescrip. & in c. eum causa n. 1. & 2. ex. de offi. delega. Ferre. in addi. ad dictam decis. 359. & decis. 340.

8 Pœna verò est, quæ ex dispositione legis, seu statuti est imposita. Peregri. de iure fisci. lib. 4. titu. 8. n. 2. Sixtinus dicto c. 8. lib. 2. Hæc est duplex. vna pecuniaria, alia verò corporalis. quæ aliquoties capitalis nominatur
9 dicta l. aliud. dicto §. 1. & hæc differẽtia est præcipua, inter dicta duo nomina. licet quoad se considerata. Pœ-
10 na generalius nomẽ sit, eo quod subse mulctam contineat. vt atestatur Matthæus de Afflic. vbi suprà n. 2. & ante eum Iure Consultus, in dicta l. aliud. verbo *Inter mulctã, & pœnam.* idẽ tradit Roscen. dicta concl. 49. n. 3. Sixtinus vbi suprà. Considerat etiam
11 dictus Afflictis aliam differentiam inter mulctam, & pœnam dicens. quod à mulcta licet appellare, à pœna verò non, ex dicta l. aliud. nec mirum. quia eo ipso quod declaratur, aliquem co-
12 misisse tale crimen, cui lege imposita est pœna, euidens est, pœnã non posse constitui in Iudicio causæ appellationis, sed in eo solum decerni poterit, an rectè sit condempnatus, de delicto inculpatus, vel non. quia quando dubitatur de facto delicti, tunc poterit
13 appellari, iuxta glos. notabilem in c. cupientes

cupientes, §.quod si per viginti.ver-
bo priuatus,de electio.in 6.vnde pro-
priè dicitur.quod impositio pœnarum,
14 propriè sumpta,est de Regalijs. cum
fiat talis impositio per legem. & sic
vbicunque pœna imposita est à lege,
seu constitutione,licet condemnatio
15 fiat per Baronem , pœna fisco Regio
applicabitur. Bar. in l.agraria, ff.de
termi.moto.inde inferebat Afflic. in
tracta.quæ sint Regalia in feudis, §.
16 pœnarum n.2.quod in casibus in qui-
bus locum habet confiscatio , si sen-
tētia feratur per Baronem in suo ter-
ritorio,quod pœna cōfiscationis,non
pertinebit Baroni,sed fisco Regio,ex
17 l.iubemus, §.is quoque, C.de Sacro-
sanct.Ecclesijs.Bar.in dicta l.agraria.
In commissione verò pœnæ sciēdum
est,antequam pœna applicetur,debet
prius fieri declaratio , delinquentem
in eam incidisse . licet enim pœna à
iure sit imposita , requiritur tamen,
18 quod Iudex declaret Reum contra le-
gem commisisse, in pœnamque inci-
disse. Hoc enim prius venit declaran-
dum,&consequenter pœnam mereri,
illamque ab eo esse soluendam. glos.
in c. ex conquestione de restitu.spo-
lia.Bal.in l.celsus, ff.de arbitris.
Cum verò de omnibus delictis, si-
19 ue publicis,siue priuatis,possit agi ci-
uiliter ad interesse , aut criminaliter
ad pœnā, vt atestatur Oliba de actio.
tom.1.lib.3.§.pœnales,a n.35. ex l. fi-
na.ff.de priua.delictis Angel. de ma-
leficijs verbo *Ad querelam*,n.11,Cali-
ci.in viatico *Rusticus interfectus* col.
penul. n.23. verbo *Quærit hic Iacobus*,
& sic effectus delicti sit , aut punitio
corporalis , aut executio pœnæ. Inde
20 ex applicatione pœnæ,sunt qui cons-
tituunt differētiam.ad cognoscēdum,
an causa sit criminalis , vel ciuilis.
statuentes pro regula. quod quan-
do pœna applicatur parti,dicatur cau-
sa ciuilis,quando verò applicatur Fis-
co,sit criminalis.Sed quid dicendum
erit,vbi pœna diuiditur , & medietas
Fisco , altera verò medietas parti ap-
plicatur.hoc casu,an causa sit dicenda
21 ciuilis,an verò criminalis. Bar. in l.1.
& in l.3.ff.de sepulchro viola. & me-
lius in l.si quis ex vno.ff.de priua.de-
lic.de hoc dubio agit. Sed vera reso-
lutio est. quod hoc casu. (licet multi
dicāt mixtam esse causam) verius est
quod criminalis est.quia cū cōcurrāt
22 Fiscus. & priuatus, euidens est. quod
Fiscus,tanquam magis dignus, attra-
het ad se minus dignum, argumento
l. cum quæritur. ff. de statu. homi. l.
mixtum.§.qui furtum,ff.de fur. Iuli.
Clar. in praxi crimi. §.fina. q.1. ver-
bo *Tertius est casus,ibi sed ego puto*.quia,
23 quod principaliter attēditur,est.quod
pœna Fisco aplicetur.& in consequē-
tiam.alia pars parti. hoc etiam tenuit
Bossi.in tracta.de appella.n.9.& ante
eum Corneus.con 91.n.11. volu.1. Fa-
rina.con.crimi.85.n.38. Animaduer-
24 tendum tamen est. quod si ex legis
dispositione pœna imponitur, & pro
eius recuperatione actionem det,tūc,
licet non exprimat lex , cui sit pœna
applicanda , quod pœna priuato per-
tinebit.ex l.si cui.. ff. de verbo.signi-
fica. & tunc licet pœna procedat a le-
ge,& ex causa delicti, actio erit ciui-
25 lis.non verò criminalis.ex Tex. in l.
infamem. ff. de publi. Iudici. & alijs
traditis per Peregri.lib.4.ritu.8.n.6.
hoc idem tradit. & sequitur Roscen-
tau.tom.1.c.5.de regali. concl.50. n.2.
& 3. & ante eos Bar.in l.agraria.ff.de
termi.moto.Salice.in l.1. C.de modo
mulctam.
26 Sed quid de pœna legali,prouenien
te ex treuguis fractis conuentionali-
bus, an hæc in Iudicio ciuili, an verò
in criminali sit petenda. & resolutum
fuit.quod licet pœna sit imposita á iu-
27 re,per constitutiones generales Cata-
loniæ,tamen cum pœna parti veniat
applicanda , hoc in Iudicio ciuili esse
tractandum,fuit decisum. & obserua-
tur.

rur.in hoc supremo Cataloniæ Sena-
tu vt refert Micael Ferr.3.p.obserua.
c.144.n.4. & hoc de iure ciuili esse
comprobat ex Tex. in §. in summa.
insti.de iniurijs. hoc idem esse de ob-
seruantia Regiæ Audientiæ atestatur
Don Ludouicus a Peguera in sua pra-
xi ciuili Rubri.27. n.10.

In summa igitur est. quod impo-
28 nere pœnam in vim legis.seu statuti,
est Regalia.& in hoc consistit ius il-
lius. Peregri. lib.4.titu.8. in princi.
quinimo appositio illius in casu par-
29 ticulari , & pro obseruantia alicuius
edicti , facti de mandato domini iu-
risdictionis, executio earum pertinet
quandoque habentibus iurisdictioné,
iuxta casus occurrentes. quia apposi-
tio pœnæ in casibus particularibus,
est iurisdictionis, vt notant Felin. in
c.cum omnes n.14.de cõstitu. Angel.
in l.1.ff.si quis ius dicenti.non opté-
pe.Innocen.in c. cum accessissent de
consti.Ioan.de Platea. in l.1.C.de vsu
30 fisca.lib.11.Cancer. tom.3.varia. c.13.
à n.350.quia nil valeret iurisdictio si-
ne modica cohertione.vnde hanc fa-
31 cultatem imponendi pœnam,pro ob-
seruãtia alicuius ordinationis, (factæ
per homines vniuersitatis) posse fieri
per consilium vniuersitaris , laté de-
fendit Cãcer.3.to.varia.c.13.à n.347.
pluribus fundamentis per eum ad-
ductis.Sed melius præcæteris meo iu-
dicio.est quod refert n.358. eo quod,
32 qui habet potestatem statuendi super
aliqua re, in consequentiam censetur
habere, ad imponendam pœnam pro
obseruantia statuti.ad notata per Bar.
in l.ambiciosa. ff. de decrẽ. ab ordi
facien. Pau. de Castro.in l.1. §.huius
studij.ff.de iusti.& iure. sequitur Ca-
uedo.decis.47.n.3.p.2.alias enim,idẽ
33 esset non facere statuta,si non obser-
uarentur.Bouadilla in sua poli.lib.3.
c.8. num.158.nec mirum , quia par-
34 tes particulares contrahentes.ad ob-
seruantiam conuentionis , pœnas so-
lent apponere. licet non exequatur
quantitas apposita,nisi quanti intersit
ei. in cuius fauorem erat apposita.
Gutier. Canoni. quæstio. lib.2.c.20.
n.4.Afflic. decis.135. Auenda. in suo
dictionario verbo *Pœna conuentiona-
lis*.est tamen hoc casu aduertendum.
quod pro recuperatione appositæ
pœnæ,vniuersitas.ad illius recupera-
35 tionem non poterit procedere via
executiua,sed ordinaria.& ex Guido-
ne decis.631. n.5. tradit, & resoluit
Cancer.3.tom.varia.c.3. de priuileg.
n.130. quando verò Iudex indicit pœ-
36 nam, declarando aliquem in eam in-
cidisse. dicitur exequi officium mer-
cenarium. quia cum veniat ex legis
dispositione, & ad partis instantiam.
Iudex illam declarando , dicitur de-
seruire acusationi. vt atestatur Pere-
gri.lib.4. Titu.8. n.2. verbo *Rursus*.
vnde rectè dicitur. quod quando Iu-
37 dex declarat incursum pœnæ , seruit
legi.quæ pœnam mandat iuxta tradi-
ta per Bal.in l.eum.C.de fur.quia Iu-
38 dex est legis minister. & sic pœnam
à lege taxatam, minuere non potest,
nec augere.l.1. C.ne sine iussu. Solus
39 enim Princeps potest, quia est supra
legem, l.Princeps. ff.de legib.Alcia.
in l.quos nos hostes.ff.de verbo. sig-
40 nific.Soci.iunior.co n.68.n.49.lib.3.
licet Guido Papæ decis.206. à nu.4.
hanc quæstionem exagitet resoluens
n.12. posse ex causa pœnam minuere.
vel augere referens. n. 14. causas au-
gendi,vel minuendi.

41 Pœnam verò Fisco debitàm , licet
plures sint quos refert Peregri. de
iure fisci lib.4.titu.8.n.10.qui tenent,
posse à quocunque de populo instari.
eo quod , respectu fisci, dicatur actio
popularis. & ex alijs rationibus , ibi
42 per eum adductis. & diuersis Docto-
ribus , hanc sequentibus sententiam
relatis. His tamen non obstantibus.
adhereo opinioni Baldi contrarium
tenentis, prout refert Peregrin. ibi-
dem

dem, verb. *Cōtra*, in Rubri. C. qui accusa. non possunt. n. 9, & in l. aduersus. C. de fur. Roma. con. 152. sequitur Angel. de malefi. verbo *Ad querelam*, n. 9. quia licet punitio expectet ad pu-
43 blicam vindictam, & Reipublicæ interfit, ne delicta maneant impunita. Tamen hæc actio popularis, fuit à iu-
44 re particulariter tributa Fisco. & sic, ei solum pertinebit actio, ad recupe-
45 rationem pœnæ. quia cum Fisci ærario sit soluenda, ipse solus eam petere poterit. & credo. quod casu, quo aliquis de populo prætenderet eam, ope exceptionis posset ille talis pe-
46 tens excludi. cum exceptio sit actionis exclusio. quia vidimus ipsum Fiscum pro pœnarum exactione agere, maximè, quia in publicis delictis, ac-
47 cusatio Fisco est reseruata, & sic pœna in dubio ei applicatur. l. 1. C. de modo mulctar. c. 1. & in titu. quæ sint Regaliæ Bar. Salice. & Alex in l. postea, quam ff. de re iudi. & C. de iure mulctar. si verò delictum est particu-
48 lare, tunc existimo, quod licet pœna applicaretur Fisco, si pecuniaria sit, quod priuatus posset instare eam in
49 consequentiam, petendo prius punitionem, secūdario enmendam, & pœnæ solutionem. cum ea quæ in cōsequentiam veniunt, non sint in consi-
50 deratione. Farina. rem. 1. Titu. de accusatiu. n. 9. Sed cum hodie fere omnes accusationes publicæ sint sublatæ, & vniuersaliter Iudex procedat ex officio, & sic Iudicium incipiat ab
51 inquisitione, prædicta in vanum videntur tradita.
52 Mulcta autem, & pœna inter se differunt, juxta tradita in principio huius capitis. Cum autem præcipuum requisitum in mulcta sit, quod a Iudice imponatur, videndum est, an à quocunque Iudice, etiam pedaneo possit imponi. Hoc dubium excitauit glossin l. 2. §. fina. ff. de Iudicijs, verbo *Pu-*
53 *blicum Iudicium*, Afflic. in vsib. fœudo. verbo *Mulctam*, n. 7. Aduersantur tamen Doctores, in resolutione huius dubij. iuxta tradita per dictum Afflic. & per Peregri. de iure fisci. lib. 4. titu. 8. n. 28. Sed verior resolutio est, quæ ex contrarietatibus deductis pro
54 coronide refertur. quod distinctione, quadam resoluitur, videlicet. quod si mulcta imponitur à Iudice generaliter, in vim præcepti legalis, & pœnalis, hoc casu non potest imponi, nisi à Iudice habente merum Imperium. Iass. in l. Imperium. col. 6. ff. de Iu-
55 risf. omni. Iudicum Riminal. & alij relati per Rollan. con. 42. & alij allegati per Peregri. si verò mulcta non imponatur generaliter in vim præcepti
56 vniuersalis, sed ad obseruationem alicuius sententiæ per eum latæ, tunc quilibet Iudex, etiam non habens merum Imperium, poterit mulctam apponere. eo quod quilibet Iudex, ad suam
57 etiam minimam iurisdictionem conseruandam, potest mulctam respectiuè apponere. facit Tex. in l. cui iurisdictio. ff de iurisf. omni. Iudi. quod cōfirmatur ex traditis per Speculatorē in titu. de contumatia. §. nunc dicamus in principio. Maiores Iudices,
58 mulctas maiores, & Iudices minores mulctas minores indicere. quia proportio debet reperiri inter pœnā, & iurisdictionē. Sixtin. de Regali. lib. 2. c. 8. n. 25. dicens mulctam incidenter apponi ad defensionem suæ iurisdictionis. ex dispositione dicti l. cui iurisdictio. ff. de iurisf. om. l. vni. ff. si quis ius dicenti. c. pastoralis. §. 1. ff de offi. delega. & ibi Innocen. Spe. Ex quibus dicendum est, quod Iudex in quantitate mulctę, debet considerare procedere, ne talem imponat, quæ excedat modum, & prudētiam recti, & cinceri Iudicis, iuxta tradita per Specula. Titu. de senten. pinla. §. species, verbo *Sed nunquid titulus*. Alex. consil. 35. volu. 2. col. penul. Iass. in l. 3. §. quid prætor. in fine. ff. ne quis eum Mara.

de ordi.iudicio.p.4.n.72.cum seque. Meno.de arbitra. lib.1.q.14. n.8. vbi pro regula tradit.quod Iudex debet regulare arbitrium suum,iuxta materiam.de qua agit, ex glos. in l. eas causas, ff.de condi. & demonst. Socin. seoior.con.146.col.4.verbo *Sed prædicta*,lio.1.Ruin.con.3. num.20.lib.1. Prædictas autem mulctas à Iudice
59 Impositas,ab eo etiam posse remmitti in totum resoluit Peregr.in dicto c.8. lib.4. n.19. ex fundamentis per eum
60 traditis. an autem Iudices delegati, possint mulctas imponere,quætit Afflic.in dicto tractatu,quæ sint Regalia in vsib.fœudo. *§.mulctarũ.* a n.11.
61 & distinguit dicens. quod ordinatij non impoount, cum hæc potestas sit Iudicum ordinariorũ.extraordinariè verò possint. Sed vera resolutio,potest desumi ex traditis per Maranta de ordi.Iudicio.4.p. §. an sit Iudiciũ Ordinarium,an verò delegatum.vbi ait.quod dispositio, l.eos. C.de modo
62 mulcta.(vbi præfigebatur modus imponendi mulctas.) non est in vsu. & sic regulandum esse, ex dispositione l.2.C.de sportulis.vbi ad obseruationem executionis sententiæ,si executores sincere non procedunt,ordinarijs, & delegatis facultas coucedi-
63 tur mulctandi. & sic dicit Maranta. quod cum dicta l. eos. C. de modo mulcta. non sit in vsu solent Iudidices delegati Imponere mulctas, ad
64 eorum arbitrium. quod proculdubio intelligendum venit,quando delegatus habet potestatem exequendi sententiam.veluti in delegato à Principe. qui tam de iure ciuili, quam Ca-
65 nonico , porest suam exequi sententiam,secundum Alex.in l.à diuo Pio. col.2.ff.de re iud. Abb.in c.si quis cōtra Clericum.colu.penul. & in c.significasti. c. sane. de offi.delega. Hoc autem intelligendum est,si delegatus
66 intra annũ exequatur. quia eo lapso, debet executionem remittere Ordinario.dicto c.significasti.dicto c.sane. eod.titu. mulctam autem impositam,
67 sed non declaratam , lapso anno pro non imposita haberi , refert Roscen. conclu.51.n.1. quod ex Bartulo se audiuisse attestatur Baldus allegatus ibidem in additione littera A. cum alijs Authoribus ibi allegatis. Debet
68 autem Iudex, esse prudens in apponenda mulcta.quia si absq. causa eam imponat , non poterit tute, eam exe-
69 qui mandare. quia præceptum Iudicis debet habere iustam causam, alias tale præceptum nullum est. & pro
70 non facto haberi debet.Bar.in l.3.§.1. ff.vbi pupil.educa.debeat,& alij relati ad dictam cōclusionem 51.per Ros-
71 centau. littera D. In exactione verò pœnatum , creditores condempnati præferuntur Fisco. iuxta tradita per Sixtinum de Rega.lib.2. c.8.n.82. ex l. in summa, ff.de iur.fisci. l.Senatus. §. vlti. l.quod placuit, ff.eod. l.vni. C.de pœnis fiscalibus creditores præfen. lib.10. etiam si creditores non sint hypothecarij. An autem mulctæ
72 possint à Iudice superiore remitti. hanc quæstionem resoluit Ioannes Paulus Xammar , in suo elaboratissimo libro de Iudicis,& Aduocati officio.p.1.q.6.à n.83.vbi asserit. posse Iudicem,etiam post erogatam mulctam, illã remittere , ex iusta causa. videlicet pauperitatis,vel alia iusta.ex l.eos. C.de modo mulctam in fine, l.illicitas, §.fina.ff.de offi. Præf.& ibi Bar. & Bal.sequi etiam asserit Boua.in sua Poli.tom.2. lib.4.c.5. num.68. Auiles in cap.1. Præto.glos.*Drechamente.* num.6.
73 Mulctæ autẽ in fructu iurisdictionis sunt , vt pluribus relatis tradit Tiraquel.de retrae.cōuẽti..§.5.glos.4. pro rata tẽporis,n.18.resoluens etiam in quæstione suscitata. cui pertineat in casu quo iurisdictio est in pigno-
74 rata , & redimitur,ao ei qui erat dominus tempore declarationis,an executionis

cutionis.resoluens. ei qui erat dominus die sententiæ. ibidem, n.19.

SVMMARIVM.

Præcedentiæ

Cap. 35. De Regalia dandi iurisdictionem, & creandi Officiales.



ST, & ius Regaliæ, cōcessio iurisdictionum, quia cum Rex sit in terris, ad similitudinem (licet in propissimam) sicut Deus in cœlo, ex Tex. in auth. consti-
2 tutio, quæ dignitatibus. iuxta tradita per Afflic. de Regali. §. potestas n. 9. ipse enim omnibus preest iuxta Sacrā Scripturam, vt legitur Æsdræ. c. 3. ibi
3 *Rex omnia præcellit, & ab eo emanant omnia.* l. si quis decurio. C. de decurio. lib. 10. Bal. in c. 1. quis dicatur Dux verbo *A Principe*, in fœudis Andre. de Iserni. in tit. quæ sint Regaliæ verbo *Potestas constituendorum*, Couar. practi. q. c. 1. n. 9. Matienço lib. 5. no-
4 uæ Recopila. l. 1. glos. 21. nu. 3. licet enim, in veteri testamento omnis iurisdictio

iurisdictio penes Ecclesiam existeret, iuxta Tex. in cap.1. Hieremiæ vbi legitur. *Ecce constitui te hodie super gentes, & Regna.* & alijs multis locis.quos refert Don Ludouicus à Peguera in sua praxi. cap. 24. à principio. cum numeris sequentibus. vbi
5 num.2. ait. Diuo Petro à Christo Domino nostro fuisse traditam omnem iurisdictionem. ab eo autem Imperatores, & Reges eam habere. temporalem videlicet in actu, remansisse verò in potentia Romano
6 Pontifici. cuius respectu, in totum quoad habitudinem non potuit separari. quia sicut supra dictum est.
7 Regaliæ supremæ, quæ veluti gemmæ considerantur respectu Regiæ Coronæ,ex eo separari non possunt,
8 ideo in habitu iurisdictio adhærens Tiaræ, non potuit separari, & hoc est quod innuit Ioannes Turrecremata in Opusculo de Summi Pontificis authoritate cap. 1. confirmans hoc suum Axioma ex Diuo Luca.cap.16. & Diui Ioannis cap. vltimo, & ex fundamentis, ibi per dictum Turrecremata relatis. Rema-
9 net ergo in habitu penes Summam Pontificem. In actu verò quo ad Reges. a Regibus verò postea, inferioribus fuerunt species illius diuersimodè tributæ, nam aliqui habent speciem, videlicet iurisdictionem mi-
10 nimam, quam simplicem solent appellare, seu modicam cohærtionem. alij maiorem habent. quam ciuilem plenam vocant, seu mixtum Impe-
11 rium.alij verò superiorem,quam merum Imperium dicunt. quid verò contineat vnaquæque ex his iurisdictionibus, non est huius loci. cum solum agatur de suprema Regis Regalia. a quo velut à fonte omnia,
12 emanant, faciunt tradita per Calici.in Margarita fisci dubio 8.num.7. Camill. Borrel. de Præstan. Regis Catoli. in princi. Est igitur omnis iurisdictio temporalis, quæ penes particulares reperitur à Rege emanata, & concessa. vnde si conside-
13 remus ipsius iurisdictionis origi-nem, & principium, & exercicium. licet per Barones exerceatur, propriè diceretur, etiam exercêtes eam, nomine Regis exercere. quia nomine illius censetur actus gestus, qui eidem actui authoritatem præs-
14 titit. l.1. §. & ideo, C. de veteri iure enuclean. cap. Princeps 94. distinct. Afflic. in tractat. de Regali. §.potestas. num.4. ex hac igitur iu-
15 risdictione euenit. quod data ea, censentur in consequentiam data omnia,quæ ad eius exercicium sunt necessaria. Inde habet quilibet facultatem in suis terris, creandi Officiales necessarios ad suam iurisdictionem exercendam. Namque antiqui-
16 tus, cum Populus Romanus, primeuis temporibus, armis, & virtute decoratus, & armatus, nactus fuisset gubernium mundi,iuxta narrata per Ciceronem 3. Rethoricorum cap. 3. teste etiam Diuo Augustino in suo libro de Ciuitate Dei, qui refertur. in cap.omnes.§.ecce 28.quæst.1.inde
17 ipsi Romani largiebant officia, & conferebant. Cum autem inter gentes de Populo,lites, & iurgia orirentur,ex traditis per Pau.in l. non ambigitur. ff.de legi. Alcia. in libro de Magistratibus Orofcius in l.1.num.8.
18 & sequen.ff.de consti.Princi.fol.205. ideo in Reges fuit translatum totum Imperiū.refert Sixtin.de Rega.lib.2. c.15.n.3. ex Modestino in l.vni. ff. ad legem Iuli.de ambitu.l quidam verbo *Princeps enim, qui et Magistratum dedit*.ff.de iudi.& ipsi diuiserunt gentes.in Regna. & alias dimensiones, & hoc factum, videlicet quod Populus Romanus transtulisset suam potestatem in Imperium.à Christo Domino
20 tuisse approbatam. iuxta illud dictum D.Marci.c.22.*Reddite quæ sunt Cæsaris,*

T 2 *Cæsari,*

Cæsari. & quæ sunt Dei Deo. vt refert
21 Bouad. in sua polit. to. 1. lib. 1. c. 2. n. 16
ex quibus Rex., pro se haber iuris-
dictionem fundatam. Sixtinus dicto
cap. 15. num. 3. illam autem prætenden-
dentes habere, debent de titulo do-
cere. Rodericus Suarez allega. 7.
num. 7. Couar. Practi. quæst. cap. 1.
22 num. 9. Mestrillo. lib. 3. de Magistra.
cap. 2. num. 6. Iacob. Cancer. lib. 2.
variar. cap. 2. num. 307. ex his infe-
rebat Bouadilla ibidem num. 19. quod
Rex, in tota Hispania, habet to-
23 tam vniuersalem iurisdictionem, pro
se fundatam. & inde prouidet om-
nia officia in personas sibi beneui-
sas, ad administrationem iustitiæ om-
nium subditorum suorum Regno-
rum, l. prohibere. §. planè, ff. quod
vi aut clam, cap. 1. de præscrip. in 6.
cap. ad decimas de restitu. spolia. in 6.
Palacios Rubi. in repetitio. cap. ad
24 vestras post notabi. 2. §. sed pulchra
dubitatio, num. 43. pag. 409. addi-
tio ad Bouadilla vbi supra littera B.
& licet creatio Officialium sit de Re-
galijs Regis, & sic à sua Superio-
ri voluntate dependeat, debet ta-
25 men. sua Regia Maiestas, per suam
præheminentiam, licet à legibus
sit solutus, eas imitari, non vt leges
dispositas, sed iuxta eorum men-
rem, & sensum. Cum enim electio
personarum sit periculosa, debet
26 valde vigilare, in nominatione per-
sonarum ad officia obtinenda.
quia grauatur Regis conscien-
tia, ex mala electione. hoc ita attes-
tatur Diuus Hieronymus super Epis-
tola Diui Pauli ad Philippenses,
cap. si quis hominem cum antece-
denti, & sequen. 11. quæst. 3. vbi di-
citur. quod supra Reges non atten-
27 dentes ad bonos Ministros, ita Dei
parata est. & Diuus Isidorus lib. 3.
cap. 54. ait. *Ad delictum pertinet*
28 *Principum. qui prauos Iudices, contra*
voluntatem Dei, Populis præficiunt nam
vt Populi delictum est, quando Prin-
cipis mali sunt, sic Principis est peccatum,
quando Iudices iniqui existunt. ad præ-
dicta valde prospexerunt Romani
Imperatores prout refert Sixtinus
de Regali. lib. 2. cap. 15. num. 29.
indiuiduam de aliquibus Imperato-
ribus mentionem faciens. & licet
prædicta videantur intelligenda so-
lum; vt Rex teneatur Ministros vir-
tute præditos prouidere, & inde
29 appareat, posse dici, hoc sufficere.
Tamen verius est. quod Rex, non
solum debet attendere ad prædi-
tos virtute, sed etiam, vt sint litte-
rati, & in praxi peritos. Experien-
tia enim nos docet, errores aliquos
in Iudicibus reperiri, ex eo quod,
in praxi non sunt versati, & ab sco-
lis ad munera sunt prouisi, nec in
30 praxi nutriti. debet enim Rex me-
mor esse ordinamenti Thebanorum.
qui (vt refert frater Ioannes de San-
cta Maria in sua Politica Christia-
na) dicebant officijs dandos esse ho-
mines, non verò hominibus offi-
cia. in quo solet euenire magnus
31 error. Pater Marquez in suo libro
del Gouernador Christiano. cap. 20.
pag. mihi 119. Thesau. in præfa-
tione ad suas decisiones vnde rectè
Iure Consultus in l. 2. circa finem,
ff. de orig. iur. dicebat hoc non peti,
sed præstari solitum esse, l. 1. §. 1.
ff. de extraordi. cognitiu. l. fina.
C. de de Sacri. Alex. ab Alex. lib. 6.
dierum geniallum cap. 23. fol. 178.
detestabile enim est crimen ambi-
32 tus In iure, vt pluribus Sacræ Scrip-
turæ locis, & alijs tradit Berart in
suo libro de Visitatione. cap. 16. à
num 8. vsque ad decimum. Vnde an-
tiquitus apud Romanos officia non
33 dabantur petentibus, sed recusan-
tibus. & maxime tempore Impe-
ratoris Alexandri Secundi, vt re-
fert Lampridius in eius vita fol. 303.
vbi loquens de prouidendis offi-
cijs,

cijs, dicebat. *Iniustum, non ambien-*
34 *tem ad Rempublicam esse assumen-*
dum. cui malo prouidendo. Sa-
pientissimus, & æternæ memo-
riæ dignus, Philippus Rex huius
nominis secundus, anno 1588. sta-
tuit. vt refert Bouadilla in sua Poli-
tica tom.1.cap.3. num.69. quod nul-
35 lum officium posset prouideri in per-
sonam existentem in Villa de *Ma-
drid*, ne ob eius præsentiam, impor-
tunis precibus, vel aliàs ad officia
promoueretur. Hoc enim valde de-
bet attendere Rex. quod digniores
36 in virtute, litteris, ætate, & experien-
tia eligat. nam alias ei imputabitur
electio. vt aduertit Ieronymus Gag-
noius in l. contractus. num.46. ff. de
37 Reg. iur. nullamque habere peccati
excusationem, qui non dignos eligit.
imo tutum non esse Regem, non eli-
gendo digniores. & eos cæteris non
anteponendo. vt post Cardinalem, &
Decium, Adria. Lupum, Couar. & alios
38 aduertit pulchrè de eligendis ad Ma-
gistratus Ioannes Matienço in Dialo-
go suo allegato per Ioannem Galle-
go huius supremi Senatus Egregium
39 Doctorem antiquiorem, in respon-
so pro suo Syndicatu. 1.par. num. 21.
faciunt, quæ refert Fontanella tom.1.
decis. 213. a num. 6. maximè num. 8.
& 9. & decis. 221. nu. 25. & decis. 212.
40 num. 12. Præsupositio igitur tanto,
& tam graui onere Regi imposito
circa eligendos Iudices, & Officia-
les. præsumptio pro Rege stat. quod
in eis prouidendis obseruauit, quæ
obseruare tenebatur. vnde arguere
Principem, de mala electione esset
ad instar sacrilegij erga eum, iuxta
41 l.2. C. de crimine sacrile. quam sic
doctissimè interpretatur Mendoça
in disputatio. ad titulum. ff. de pac.
cap. 5. quæst. 2. parum post princi-
pium. vbi ait, quod cum Simacus
Præfectus vrbis dubitasset, de qui-
42 busdam electis ab Imperatore, & pro
ipsis non præsumeret, meruit obiur-
gia à Theodosio, in hæc verba. *Du-
bitari de principali Iudicio non opertet
Sacrilegij enim instar est, an is dig-
nus sit, quem elegit imperator.* Vnde
pro ipsis Iudicibus electis, & Offi-
cialibus, per Regem prouisis, præ-
43 sumendum est. quia si de alijs ma-
lum non est præsumendum, vt cui-
tetur crimen. l. merito, ff. pro so-
cio. l. seruos, ff. de manu. testam. ad-
uertit Burgos de Paz, alios citans.
con.13. num.9. Menoch. de præsump.
lib.5. præsump.1. quanto igitur ma-
44 gis erit præsumendum pro electis,
& deputatis Rege. qui in ingressu
sui Regni, iuramentum præstitit de
benè, & legaliter se habendo, l. 2.
C. de offic. Ciui. & in cap. in præ-
sentia. de renun. Mascar. de proba-
tio. conclus. 1132. num. 2. Menoch.
45 lib. 2. præsump. 85. num. 5. & lib. 5.
præsump. 23. num. 30. adeo quod de
Iudice male iudicante, potius præ-
sumendum sit, per errorem suum.
male iudicasse, quam dolose. Bal. Iass.
& Bouadil. lib.5. cap.1. num.136. maxi-
46 mè in Catalonia, cum etiam vltra iu-
ramentum, quod præstant in ingres-
su sui officij, audiant sententiam ex-
communicationis, quod benè, & in-
47 tegriter se habebunt, in administra-
tione iustitiæ. Iuxta constitutionem,
Ferdinandi Secundi, quæ est prima
Titu. *Electio, y examen dels Doctors*
48 *de la Real Audientia.* ad quam au-
diendam accedunt ad Curiam Ec-
clesiasticam Episcopatus Barcinone,
& in ea Officialis, & Vicarius Ge-
neralis, pro Tribunali sedens in
quadam Cattedra, gradibus à terra
eleuata, ipso nouiter prouiso stan-
te ante eum detecto capite, man-
dat edictum excommunicationis, per
49 Scribam Curiæ, alta, & intelligi-
bili voce publicari, & coram testi-
bus. & in Registris Curiæ conti-
nuatur, & in dorso priuilegij fides fit

per scribam Curiæ Ecclesiasticæ, qui-
50 bus gestis, ingreditur noue prouisus
ad regimen sui officij, & non antea.
Cum igitur, prædicti Officiales, sint
prouisi per Regem, tot præcedenti-
bus circunstantijs, & requisitis, eui-
dens est. quod valor est attendendus,
quando aduersus eos quærela aliqua
51 datur. maximè si secreta sit, & absque
partis instantia. quia frequentius hoc
procedit ex malitia. quia Iudices iu-
dicando, & iustitiam ministrando,
52 lucrantur plures inimicos. Sunt enim
Iudices recti, tanquam scopus ad sa-
gittas calumpniantium c. qualiter, &
quando lo. 2. de accusatio. Teste Diuo
Thoma. 22. q. 7. art. 2. à quibus Iudices
vix liberantur. imò ipsi opprimuntur.
53 sicuti opprimebatur Moyses á filij Is-
raël Exodi. c. 26. & legitur etiam nu-
meri. c. 11. vbi eiecerunt Samuelem
petentem Regem. & lib. 1. Reg. c. 8
quod animaduertens Sapientissimus
Rex Alfonsus, hocque considerans in
l. 2. titu. 28. parti. 7. & in l. 11. titu. 1.
parti. 7. in hæc prorumpit verba.

54 *Los homes que officio tienen maguer
que fagan drecho, no puede ser que no ga-
nen malquirientes, è per ende si les pu-
diessen acusar enuilecerse ya por ay el lu-
gar que tienen, è tantos serian los acusa-
dores que no podrian cumplir lo que eran
tenudos de fazer.*

55 Extantibus igitur tot, & tantis
præsumptionibus pro Iudicibus, ma-
ximè superioribus, valde attenden-
dum est. ne Iudices hominum calum-
nijs præmantur. sicque non est dan-
dus locus quibuscunque quærelis, sed
56 valde debet attēdere Præses, cui offe-
runtur, vt prius secrete examinet an
sint fundatæ. & quo modo. ne honor,
& Iudicis æstimatio detegatur. vnde
fortius erit attendendum in inquisi-
57 tione. quæ aduersus aliquem fit, vt
caute procedatur, & quo secretius fieri
possit. quia fama licet sit bona lædi-
tur quod maximè attendi debet vt 1ō.
derat Carauita Titu. 41. cum fama sit
Thesaurus inæstimabilis. & sicut li-
lium dans suauitatem odoris. vt mul-
tis comprobat Rollan. à Valle post
Bal. con. 97. post n. 49. & duob. se-
quen. volu. 4. neque dandus est locus
58 dum inquisitio fulminatur, quod Re-
gius Senator, à Ciuitate in qua resi-
det, recedat. prout Ioannes Gallego.
in suo allegato responso quem edidit
in sui defensionem in causa visitatio-
nis, quam fecit Don Martinus Claue-
ro Regens in supremo Aragoniæ
Senatu in hoc Principatu deduxit
dicens. quod in hoc Principatu, nun-
quam fuerat obseruatum, quod Offi-
cialis quærelatus exiret. quia assimi-
labatur tale factum, bannimento, &
59 dicebat dictus Gallego vlterius. quod
licet alias, de domo sua possit quis
extrahi propter iustitiam, vt post
Baldum aduertit Decius in l. nemo
de domo. n. 4. ff. de reg. iuris. vbi agi-
tur de sindicādo aliquem, præcipiunt
iura, ne quis excedat. vel vt interpre-
tatur Acurtius, recedat à loco, vbi
officium Regit, atque administrat per
60 tempus præstitutum, quod est quin-
quaginta dierum. de his est Tex. &
Glosa verbo. *Extendere* in dicta l. 1.
& idem disponit authentica ibi posi-
tā, C. vt omnes Iudices, tam ciui. quam
crimi. hoc idem probat Tex. & ibi
glos. verbo. *Præcipimus*, in l. consilia-
rios. C. de assesso. & domesti. vbi resi-
dentiam dicto tempore Textus iniun-
61 git. quod in tenentibus Tabulam no-
minamus. loco Sindicatus appella-
mus, expressè approbat Textus in
constitu. 28. sub titu. de Offic. *de Iutges
de Taula*, vbi expressè cauetur. quod
sindicandus non potest exire à loco
62 seu Ciuitate, vel eius termino, vbi
Iudicium sindicatus exercetur. nisi
iam immineret noua causa ex parte
Iudicis visitati, seu sindicati. videlicet,
63 quod impediret testes deponere, cō-
tra se, aut aliter tergiuersaret Offi-
ciales

ciales visitationis; iuxta tradita per
Boua.in sua Politi.to.2.lib.5.à 1.titu.
De la residentia, y pesquiça secreta,
n.190. quod quidem maximè depen-
det à Iudicis arbitrio, Inspiciétis cir-
cunstantias visitati, iuxta tradita per
Scribentes in c. tam litteris. .§.1. de
testi. c.constiturus de excessi. Præla.
Pute.de sindica. verbo *Accusatus*. c.1.
n.2.& sequen.fol.113.Gramma.con.10
n.11. & sequen. fol.20. idem de Ritu
Magnæ Curiæ lib.2.fol.78. num.12.
Dida.Perez,& alij relati. per dictum
Bouadilla ibidem littera H.

64 Prouisi tamen à Rege, licet in pri-
uilegio habeant clausulam. durante
Nostra libera, & mera voluntate, non
debent ita facile remoueri, nisi ad sit
instissima causa, hæc enim clausula,
65 non ita absolutè,& sicce, est intelli-
genda, provt littera sonat. Sed cum
grano salis.& animaduersione. quini-
mo. imprimis licet aliqui existima-
66 uerint, Iudices habentes prædictam
clausulam in suis priuilegijs, depen-
dere à puro. & mero Regis arbitrio,
& beneplacito,quod nulli legi subest,
67 iuxta Acurtij opinionem. in l. fidei-
commissa, .§. fideicommissum. ver-
bo *Voluerit*, ff.de lega.3. Gaili. Practi.
obserua.lib.2. obserua.60. n.15. Tum
68 quia dicebant, quod voluntas finitur
morte.l.4.ff.loca & sic prouisus, mor-
te prouidentis secuta, non habebat
iurisdictionem, quia deerat voluntas,
á qua eius potestas regulabatur. alij
dicebant. tales nominatos, cum dicta
69 clausula, esse ad Instar Iudicum dele-
gatorum, perindeque eorum iurisdi-
ctionem, morte concedēris expirare.
Contrarium tamen,verius esse attes-
tatur Oliba. ad vsati. Alium namque
c.4.n.49.quia licet appareret. deesse
70 voluntatem Principis, eo moriente.
& sic cessare iurisdictionem Officia-
lis,tamen inquit Olibâ.quod mortuo
71 Principe. electio per eum facta susti-
netur.ministerio,&beneficio legis.ex
traditis per Bar.in l.more maiorum
ff de iuris. omni Iudicū dirêtem.quod
illa clausula, non tribuit iurisdictio-
nem delegatam, & sic non ad nutua-
72 lem voluntatem, referenda est dicta
clausula. solū enim seruit dicta clau-
sula vt ait Oliba, de stimulo ipsi pro-
uiso, vt bene, & fideliter se gerat, in
officij administratione.quia huiusmo-
73 di officia, licet prædictam habeant
clausulam in eorum concessione, ta-
men ordinaria dicuntur.& perpetua,
durante vita eorum,quibus data sunt,
74 vt tradit Boer.decis.149.n.11.ex mē-
te Bal. Alberi. Ludoui. & Bologneti
in 2. interpreta. ad l. Iurisperitos in
princi.ff.de excusa.tuto.vbi Ludoui-
cus Bolognetus ait. hoc idem tenere
glos.in c.fin. verbo *Perpetuas*. in c.
si gratiosæ verbo *Peperna*,de rescrip.
in 6.pluribus exemplis hoc idem cō-
firmat Boer. dicta decis.149. n.19. &
75 20.retulit Cācer.lib.3.varia.c.1.n.99.
vbi atestatur.quod officia de lege sunt
creata,& sic perpetua.nominatio verò
personarum à Rege, de earum perso-
76 na. licet cum illa clausula, quæ regu-
latur ad officia.& sic perpetua debent
esse idest durante eorum vita. Vnde
clausula nominationis, siue referatur
77 ad personam,siue ad officium,semper
est intelligenda,quod sit perpetua.ex
Bologne.con.2.& 3.declarans ibidem
n.125.caput si gratiosæ de rescrip.di-
cens.dispositionem dicti capituli, ha-
bere locum in beneficijs,non verò in
78 officijs.vnde Rex (salua sua clemen-
tia) non debet vti dicta facultate, in
dicto priuilegio contenta, & sic non
debet Officiales à se prouisos,absolu-
te ab officijs amouere.Sed iusta exis-
tente causa.provt refert Calicis in ex-
tra grauato. Curiarum c. 7. pag.64.
confirmans iuris fundamentis,& Do-
ctorum grauissimorum sententijs.ex
79 prædictis simile ad hoc idem resolu-
tiuè tradit Bouadl.in sua Poli.tom.1.
lib.1.c.16.à n.35.vbi ait,quod licet *Al*
Corregidor,

Corregidor, prouidere suum tenẽtem,
ad libitum suæ voluntatis amobilem,
quotiescunq. expedierit seruicio Re-
80 gis, hoc autem non dependet, à cog-
nitione ipsius *Corregidor*, sed Consi-
lio Regis, qui debet iudicare, an sit
iusta causa, quæ ei imputatur, vt amo-
81 ueatur. & hoc videtur esse conforme
iuri communi, iuxta Tex. in auth. de
defenso. Ciuita, §. ius iurandũ. ibi *Non
habent licentiam clarissimæ Prouintiæ,
Iudicem remouendi eum, sed si quid vi-
deatur agere non rectè, nuntiare glorio-
sissimos nostros Præfectos, vt inde ei fiat
iure priuatio.* Vnde prædictam clau-
82 sulam, in priuilegijs appositam, ma-
gis monitorium Iudicibus, vt bene,
fideliter, & integre se gerant in ad-
ministrandis officijs, quam aliquid
aliud importare, attestantur Oliba de
iure fisci. c. 4. n. 49. Bolog. con. 1. &
sic de iure Castellæ est dispositum in
l. 12. tit. 10. parti. 2. & ibi Gregor. Lo-
pez glosa verbo *Mantenerle*. Miet. de
Maio. 4. p. q. 10. n. 5. & 6. per l. 7. tit. 13.
lib. 4. nouæ recopila. Burgos de Paz
con. 21. allegati per Ioseph. Ramon.
con. 35. n. 4. Hunc articulum latè exa-
minauit noster Fõtanella de pac. nup-
tia. tom. 1. claus. 4. glos. 10. ex n. 145.
quem locum ipsemet allegat tom. 1.
decis. 215. n. 2. dicens. antiquitus pro-
uideri cum illa clausula *Durante nostro
beneplacito*. ab aliquibus verò hinc an-
nis prouideri sub hac, *Durante mera,
& libera voluntate*, ex hac tamen clau
sula refert, supremo Regio Aragoniæ
Consilio placere, nunc posse amoueri
Senatores absque cognitione. Salua
tamen Tanctorum virorum authori-
tate durum videtur. quia solent esse
calumniatores. experientia enim nos
docuit. Magnificos Iosephum Dalmau,
& Ieronymum Astor fuisse priuatos,
& postea restitutos. qui non fuissent,
si deliquissent, & sic cautius esset eos
examinare. melius enim est non vul-
nerare, quam post vulneratum curare.

83 Sed licet hodie, iuxta ea quæ praxis
obseruat, mota ex hominum siti, &
cupiditate ad obtinendum officia,
appareat, hoc dubium impertinens,
aut saltim impracticabile non illud
omictam hic. saltem, vt coronidem
imponam huic Regaliæ. An videli-
84 cet, casu quo aliquis fuerit prouisus,
ad aliquod officium, possit se ab eo
excusari. & imprimis sciendum est.
Officia alia esse Regalia, quæ á Rege
85 cõferũtur cũ suo priuilegio, aliá verò
esse, quæ in Ciuitatibus ad extractio-
nem, & sortem eliguntur. Vnde quo
ad ea, diuersimode dicendum est. quia
loquens de officijs Ciuitatum, seu
86 Villarum, in quibus ordinariè ad sor-
tem extrahuntur, dicendum apparet.
posse aliquem se excusare, ex priui-
legio excusationis sibi concesso, seu
alia iusta causa legali. de Primo solum
87 à Principe potest concedi exemptio.
cum sit ius supremæ Regaliæ. iuxta
Textum in l. benè à Zenone. C. de
quadri. præscrip. l. deprecatio. ff. ad le-
gem Rodi. de iac. Petrus Antibulus
88 in tracta. de muneri. Titu. 4. n. 96. in-
ter tracta. diuerso. Doctor. Vnde re-
fert Fontanella tom. 1. decis. 1. n. 15.
& dicit. quod in Catalonia est disposi-
tum ex constitutione 10. Titu. *De la
electio dels Doctors*, &c. ex causis verò
iustis, & legalibus, solent etiam aliqui
se excusare, quos refert dictus Anti-
bolus in dicto tractatu. §. munerum
excusatio. Agitur etiam in titulis. ff. de
voca. & excusa. mune. & in titu. ff. de
89 iure immuni. si verò prouisio fiat à Re-
ge, ad aliquod officium. & ipse se ex-
cusaret ex aliquibus causis leuibus. &
quæ iuxta iuris Regulas non essent
sufficientes, tunc posset talis compel-
li, ad obtinendum. ex l. ius muneris,
90 ff. de mune. & hono. l. curiales, & ibi
Ioan. de Platea. C. de decurio. lib. 10.
l. nullus, & ibi idem Platea eod. titu.
91 Bouadi. in sua Politi tom. 1. lib. 1. c. 15.
n. 13. in fine latius hæc tradit Boua.
dicto

dicto c.15. nu.38. confirmans id ex
multis Iuribus, & Doctorum grauissi-
morum authoritatibus, per eum rela-
tis in additionibus ad dictum nume-
rum littera A. quus videre poterit.
si aliquis sit, qui hæsitet licet hæsitan-
dum nō sit. Sed vt dictum est, & con-
siderat noster Fontanella dicta decis.1.
numero 15. (per vim) non hoc ho-
92 die practicamur. quod homines re-
cusent officia. imò tanquam sitientes
ad aquas, & fontes earum, ad sitim
extinguendum propetantes, nūquam
tandem sitim extingunt, sed semper
in ea existunt. & magis, ac magis bi-
93 bere cupiunt. refert Sixtin. de Rega.
lib.2.c.15. n.29. quod ponderat idem
Bouadilla vbi supra n.37. dicens. hoc
94 malum, iam antiquis tēporibus præ-
mi. quod agnouit Diuus Augustinus.
per dictū Bouadilla allegatus ibidem
in additio littera B. Inde attestatur,
quod Diuus Ambrosius dicebat. quod
huius cupiditatis, homines aliqui
95 affecti, non trepidabant seruos fieri
aliquorum, vt alijs mandarent. potius
eligētes mādare cum periculo, quam
deseruire cum quiete. hos condemp-
nat Diuus Ambrosius dicens. quod
prædicti cogitantes, prædicto modo,
esse mandatores multorum, efficiun-
96 tur serui omnium. maximè his cur-
rentibus temporibus. in quibus, ho-
minum malitia regnat. vnde pruden-
tes expectent, vt sors super eos de sur-
97 sum cadat. sicut cecidit super Ma-
thiam. qui ex ea, meruit connumerari
inter Apostolos. & si de cœlo est, quod
98 ei officium veniat, non deficiet gratia
de sursum. neque hoc casu indigebit
excusatione. quia non tenebitur tre-
pidare, eo quod nō poterit esse timor.
etenim Dominus supponet manum
suam. vtinam in omnibus ita eueniat,
99 vt omnia in laudem Dei omnipoten-
tis cedant.

100 Sed videamus, an si Rex, dederit
alicui castrum, cum termino, nulla
facta mentione de iurisdictione, hoc
casu censeatur iurisdictio concessa. In
101 quo articulo faciunt differētiam Scri-
bētes. dicunt enim, quod si loquamur
de iurisdictione minima, cū hæc insit
naturæ castri, censebitur data. veluti
banni quinque solidorum. & omnis
illa. quam comprehēdunt iura castri.
vt refert Egregius noster Fontanella
102 de pac.nup.to.1.clau.4.glos.10. p.2.
à n.3. si verò loquamur de iurisdi-
ctione ampla, tunc non censebitur
concessa. Sed quidquid sit. si con-
cedatur castrum, cum territorio,
103 censetur data vniuersaliter, omnis iu-
risdictio, l.1. §.cum vrbem, ff.de offi.
Præfec. vrbis. & ibi cōmuniter Scri-
bentes. sequitur Marqui. ad vsati. *Hoc
quod iuris est Sanctorum*. fol.307. pag.1.
col.1. circa medium. verbo *Sed quæro
ponamus*. quod etiam resoluit noster
Fontanella ibidem n.11. ex Barroli
distinctione in l.inter eos in princi.
ff.de adqui. ret. domi. & ex Couar.
Practi.c.r.n.10. & Meno. de præsump.
lib.3 præsump.97. asserendo. quid si
iurisdictio adhæret castro, eo cōcesso
censebitur, & iurisdictio cōcessa. quis
neget iurisdictionem territorio co-
hærere.

104 Creatis autem Officialibus, si de
præcedentia sit disponendum inter
eos, ad Regem, ex sua suprema Rega-
lia, pertinet inter eos disponere. præ-
105 supposito enim, quod de præcedentia.
quæstio oriri potest inter Officiales
absque labe peccati mortalis. ex com-
muni sententia, quam receptam attes-
tatur Mestrillo. de Magistratibus lib.5.
c.4.n.1. fol.129. Tiber. Decia. respō.7
n.2. & 71. lib.3. Bursa. con.143. n.1. &
ex alijs congestis per Castillo Soto-
maior. cōtrouer. quotidia. de vsufruc.
106 to.7.c.41.n.17. hæc cum possit eue-
nire occasione sedendi, seu standi in
locis publicis, ex quo diuersa solent
oriri scandala. cum honoris causæ,
magnæ fiut considerationis affectio-
nis

nis,& grauæ causæ iudicentur. iuxta tradita per Pute.decis.440. to.2.ex quibus, cum dissentiones oriantur,ex
107 maioritate prætensa inter eos , qui eiusdem ordinis sunt, aut dignitatis. aut inter inequales. quia necessario inter prædictos , debet esse controuersia, & dissensio iuxta latissimè relata per Sotomaior dicto c.41.à n.29.
108 Hæ autem differentiæ , necessario debent determinari per Regem,præfigendo vnicuique suum locum . ex pluribus Doctoribus, hanc pro fideli resolutione tradit Sotomaior vbi supra. tradens a dicto n.29.plures modos, in quibus fundari potest opinio diuersorum , prætendentium præcedentiam inter eos.ad quem recurrendum est per eum,qui materiam præcedentiarum scire cupiet.non enim hic
109 est totum illud transcribendum,quod circa præcedentiarum materiam potest inquiri . cum solum intendam agere , quo ad ius Regaliæ Regi cōpetenti, circa dandum præcedentias. hanc etiam præcedētiarum materiam tractat Barbos. in tracta. de exigen. pensio. q.3. nu.20. referens, Madriti fuisse creatum quoddam consilium pro decidendis controuersijs præcedentiarum die 9. Decembris 1625. Obiter tamen aduerto. quod prouisi ad aliqua officia , inter quæ, quo ad præcedentiam,nulla potest considerari diuersitas inter eos . si aliqua controuersia suscitetur, veluti,si du. sint
110 simul eadem die prouisi ad Regiam Audientiam , si vnus fit nominatus prius,& alium,qui secūdo fuit nominatus , obtineat prius priuilegium, tunc qui prius nominatus fuit , præfertur secundo nominato.quia prælatio sumitur à die nominationis.ex l.1. ff.de albo.inscribendo: ibi *Decuriones in albo ita scriptos esse oportet , vt lege*
111 *municipali præcipitur. Sed si lex cessat, tunc dignitates erunt expectandæ,vt scribantur eo ordine quoquiesque bonorum maximo honore in municipio functus. vt puta,quia diuum Iuratum gesserunt,si sic honor præcedat , & inter diuum viralet viratum gesserunt. si sic honor præcedat antiquissimus. quisque prior.deinde hij, qui eorum secundo , post diuum viratum honore in Republica functi sunt post eos qui tertio,& deinceps. Mox hij qui nullo honore functi sant pro vt quisque eorum*
112 *in ordine venit.* quam dispositionem secutus fuit Regius Senatus noster inter magnificos Michaëlem de Salba & de Valleca,& Franciscum Sescases. cum enim prius fuisset nominatus dictus Michaël de Salba. & prius obtinuisset priuilegium dictus Sescases, & sic obtento prius priuilegio per dictum Sescases,ipse prius iurauerat, nilhominus in Regia Audientia iunctis tribus Aulis fuit cōclusum. quod dictus Salba præcedet dictum Sescases. atento fuerat prius electus . non obstante,quod dictus Sescases iam iurasset,& idem fuit obseruatum 18. Ianuarij 1634. quia controuersia exis-
113 tente inter don Iosephum de Iosa, & Vincentium Hortola . quis eorum debebat præcedere,cum ambo eodem die iurassent prætendens dictus Hortola, se esse antiquiorem in ætate, in Aduocatione,& in Doctoratus gradu. quia tamen dictus Don Iosephus de Iosa. erat prius nominatus, fuit conclusum iunctis tribus Aulis,quod ipse precederet dictum Hortola. Si verò æqualiter eligerentur duo Doctores ad duo loca Regiæ Audientiæ , esset
114 præferendus antiquior in gradu. nisi eligeretur aliquis Officialis Regius de inferiori gradu,quia iste esset præferendus iuxta dictam l. 1. ff. de albo inscriben.prædicta declaratio est conformis relatis à Gamma decis. Portuga.1. n.14. Sotomaior. controuer. quotidia.tom.7.c.41.n.29. circa me-
115 dium ex his apparet, quod in officijs æqualibus, & dignitatibus similibus, ille debet præferri , qui prius fuit electus,

electus,& nominatus. vt dicebat Don
Garcia Mestrillo de Magistra. lib. 5.
c.4.á n.2.vsque ad 30. vbi verò adest
inequalitas in officio ; tunc dignior
præcedere debet , nisi Rex expresse,
116 inferiori Magistratui , ex sua mera
gratia præcedentiam daret. quia talis
præcederet.Cum Rex , ex sua supe-
117 riori Regalia, hanc præcedentiam tri-
buere possit. iuxta plura tradita per
Sotomaior. dicto c.41.n.47. Hoc ta-
men non solum in inferiori , verum
etiam,neque in quolibet alio est præ-
sumendum,datam fuisse præcedētiam
118 à Rege nisi ei,cui specialiter conces-
serit,l.2.§.merito.& §.si quis à Prin-
cipe. ff. nequid in loco publico. Me-
noch.lib.2.præsump.9.& 10.quod ex
duabus decisiunibus Senatus Lusita-
niæ confirmat Cabedo decil. 5. 1. p.
119 Prædicta omnia breuiter ; tacitis
nominibus refert noster Egregius
Fontanella decis. 215. tom.1. per to-
tam. vbi duo priuati , postea de mera
Regis gratia fuerunt restituti , cum
clausula quod haberent antiquum
gradum præcedentiæ , qui sine dicta
gratia, vt iuniores essent tractati.
De hac suprema facultate conce-
120 dendi præcedentiam inter Religio-
sos,longam facit narrationem, & re-
solutionem,Patet Magister Petrus del
Campo Ordinis Sancti Augustini, in
Historia,quam scripsit de Hæremitis
dicti Ordinis tom.1. lib.2. c.17. per
totum vbi probat,de rigore iuris.Au-
gustinianos debere præcedere omnes
Mendicantes. ex particularibus verò
rescriptis Summorum Pontificum,ex
eorum absoluta voluntate aliter fuisse
dispositum.
121 Insuper hoc ius supremæ Regaliæ,
concedendi iurisdictionem , adeo ad-
hæret ossibus Regis,quod translata in
personas Ecclesiasticas,veluti quando
fuit concessa Episcopis ; Abbatibus.
cæterisque personis Ecclesiasticis in
suos vassallos , adhuc retinet depen-
dentiam à Rege , à quo emanauit. &
sic,causæ,quæ vertuntur inter vassal-
los Ecclesiæ, sunt iudicandæ secūdum
122 constitutiones. quia Rex in cōcessio-
ne iurisdictionis, solū concessit ordi-
nariam,de qua loquitur Tex.in l.Im-
perium.ff.de iuris.omi.Iudi. non ve-
rò maioriam,& superioritatem.iuxta
123 notata per Couar.Practi.quæstio.c.4.
n.2.post princi.Rollan.cons.1.n.144.
vol.2.Peregri.cons.1. Thesau.cons.1.
quod est post decisionem Patris sui
132. n.12. & 13. quos . & alios refert
Cancer.lib.1.varia. c.12. à n.88. cum
sequen. resoluens. quod à sententijs
laris. in causis vertentibus inter vas-
124 sallos Ecclesiæ. in casu appellationis;
ad solam Regiam Audientiam esse
appellandum.non verò ad Metropo-
litanum.vt latius penes dictum Can-
cer.videri potest.
Est tamen aduertēdum.quod si Rex
125 de nouo concesserit iurisdictionem
alicuius loci , seu termini alicui per-
sonæ, non poterit talis persona præ-
dictam iurisdictionem exercere,quin
prius accedat ad Baiuliā Generalem.
Eo quod in Pragmatica prima sub ti-
tu. 21.lib.1.Pragmaticarum,quæ fuit
facta per Serenissimum Regem Il-
defonsum, in Ciuitate Barcinone die
126 11. Octobris 1423. disponitur, quod
quotiescunq. Rex,faciat aliquas alie-
nationes,seu impignorationes,de re-
bus sui patrimonij,illæ non exequan-
tur , nec totali effectui perducantur,
quin prius instrumentum alienatio-
nis,seu impignorationis præsentetur
Baiulo Generali,à quo executoriales
litteræ obtineantur , ad possessionem
capiendam.Eo quod,si aliqua difficul-
tas interueniat circa alienationem,
127 Baiulus Generalis consulat Regem.
circa dubium occurrens,expresse vl-
terius disponendo. quod si iuxta the-
norem dictæ Pragmaticæ non fiat,
totum id, & quidquid factum fuerit,
sit nullum,nulliusque roboris,& effi-

caciæ

eaciæ quæ Pragmatica fuit cõfitmata alia data Neapoli, die 12. Iunij anni 1444. quæ est secunda, eodem titulo. de quarum validitate nullo modo dubitari potest, cum sint ambæ insertæ in corpore, & volumine constitutionum, & Pragmaticarũ. impedit etiam
128 effectum si esset in Priuilegio concessionis clausula, quod propria authoritate eam capere posset. Cum enim dictæ Pragmaticæ dent formam seruandam in alienationibus rerum Regij patrimonij, si dicta forma non seruatur, prædictæ Pragmaticæ de vento seruirent. quod non est dicẽdum, quæquidem Pragmaticæ fuerunt obseruatæ, & nunc seruantur. provt videri
129 potest in Baiulia Generali in libro priuilegiorum 5. fol.95. circa iurisdictionem loci de Orriols, Vicariæ Gerundæ, in fauorem nobilis Francisci Desbach, & Descallar. Similiter fuit obseruatum de anno 1633. in quo per Regem fuit concessa ad fœudum iurisdictio ciuilis, & criminalis termini Sancti Martialis de Saderra, & termini de Sora nobili Ludouico Descallar. qui obtento priuilegio, illud præsentauit in Baiulia Generali, me in ea existente Fisci Aduocato. & non re-
130 perta difficultate, fuit loco executoriæ data licentia capiendi possessionem, & prius accepit inuestituram à Baiulo Generali die 6. Octobris anni 1633. vt cõstat in Baiulia Generali. lib.5. inuestiturarum, fol.117. sub his verbis *De quibus iurisdictionibus, dictus Don Ludouicus Descallar iam fuit adeptus possessionem, de voluntate, & licentia dicti Baiuli Generalis, de loco de Saderra*.
131 Similia verba sunt contenta in inuestitura loci de Sora eodem libro, fol.122. Prædictis autem Pragmaticis, tanquam de proprio interesse Regis, potest ipse derogare expressè. alias enim, non derogando expressè, non operantur quidquam verba illa: *Quod propria authoritate possit capi possessio*. Quia Princeps secundo disponens, contra id, quod prius disposuerat, nisi deroget expressè, censetur in
132 secunda dispositione deceptus. Iuxta tradita per Codicẽ Fabria. lib.1. tit.12. defini.2. vbi dolosum appellat illum,
133 qui secundum rescriptum obtinuit, si sciebat primum. Codex Fabria. ibidẽ, n.2. certum est autem, dictarum pragmaticarum non posse allegari ignorantiam, cum sint insertæ in volumine constitutionum.

134 Dato igitur pro constanti, quod creatio Officialium est de Regalijs. videndum est, an ipsi creati possent amoueri libere, & absolutè. quam quæstionem latè plures Authores tractant, sed summariè est sciendum, quod licet sint prouisi, cum clausula *Durante beneplacito ac libera nostra mera*
135 *voluntate*, non possunt amoueri sine causæ cognitione, & iusta causa interueniente. maximè in Catalonia, vbi officia sunt creata per curias. iuxta notata per Oliba ad vsa. Alium Nãq.
136 c.4.n.45. cum sequentibus. vbi officia dicuntur perpetua, non obstantibus dictis clausulis, vt pluribus relatis attestatur Cancer.3.to.Vari.c.t.n.99. Eminentissimus noster Fontanella de pac.nup.tom.1.clau.10.1.p. c.14. verbo *Cæterum*, vbi asserit, prouisum cum dicta clausula, non posse amoueri, sine causa, & postea ibidem in Catalonia obseruari attestatur, in clausula *Durante nostra mera, & libera voluntate*,
137 declarans ibidem n.148. quid importent dicta verba. hoc idem sequitur ex traditis per Cancer.3.tom. varia.c.12. de offi.iudi.tabu.n.190. faciunt tradita per Calici. in extragraua.curi.c.7. n.106. ad medium. Oliba ad dictum vsati. Alium Namque.c.4. n.49. Bologne.con.1. & ita in Regno Castellæ dispositum est l.12. titu.10. p.2. & ibi
138 Gregor. Lopez, verbo *Mantenerle*, Mier. de Maiorati.4.p.q.10.n.5. & 6. quæ potius in Catalonia sunt seruanda,

da, in qua nemo sine causæ cognitione priuari potest, constitutio. 1. Titul. *Si contra dret, y vtilitat publica*, refert, & confirmat Iosephus Ramon. consil. 35. num. 4. & Fortius Calicius in extragrauato. Curia, cap. 7. num. 106. verbo *Quarto*

139 *ro circa medium.* Ibi *Aut valt reuocare Officium, quod habet tempus sub intellectum, per quod habet durare beneplacitum, vt in Officijs Gubernationum, & Assessorijs eorum, & in Officijs Batuliæ Generalis, & Magistri Rationalis quæ Officia licet ad beneplacitum concessa, habent tamen tempus subintellectum, de vita eorum, & non possunt reuocari sine causæ cognitione.* Fortiusque confirmatur, ex

140 traditis per Gratianum disceptatio. foren. cap. 167. num. 30. & sequent. vbi ait, quod Princeps non solum, non potest tollere Officium à lege creatum, per eum prouisum, verum neque quando Officium (licet non creatum) est per Regem in commendam datum, ex contractu, nam nec hoc casu potest, sine causæ cognitione illud tollere. Guiller. Benedic. in cap. Rainuntius verbo *Duas habens filias.* à num. 56. Boer. decisio. 149. & alij relati per Xammar de Offic. Iudic. 1. par. quæst. 12. num. 97. cum sequent. & maximè à num. 100. cum alijs. neque priuatio fieri potest, si fieret alio colorato nomine, vel interpretatiuo, quia interpretatio, quæ fit sine causæ cognitione, nil differt à reuocatione, iuxta tradita per Surdum decisio. 202. num. 16. afferentem quod interpretatio debet desumi, ex tota dispositione. ex l. meuia ff. de manu. testa. l. nummis, ff. de lega. 3. Mantic. de coniectu. vltim. volunta. lib. 6. titul. 13. num. 1. dicens, quod quæ sunt in medio, debent iudicari ex extremis, quæ illa comprehendunt num. 4.

141 Prædictæ autem Pragmaticæ in vim constitutionis, & legis censentur factæ, iuxta tradita per Philippum Vinyes in allegato suo opere de conuocatione Curiarum nondum perfecto discut. 8. num. 56. vbi tradit modum cognoscendi, quando Pragmatica habeatur pro lege ordinaria, dicens. recurrendum esse ad tradita per Marquilles, in vsati. *Vna quaque geni.* col. 9. verbo *Sed quæro.* vbi dicit, tunc Pragmaticam, pro lege generali haberi, quando dispositio, & obseruantia dirigitur ad Officiales præsentes, & futuros, quales sunt prædictæ Pragmaticæ prima, & secunda. Titulo de Officio Baiuli Generalis. vt ex inscriptione earum inspicitur. quæ doctrina admirabilis est, & ad institutum, vt eam declarat Baldus in l. leges vt generales. C. de legib. Otom. in §. sed quod Principi insti. de iure natu. genti, & ibi glos. verbo *Edicta.* & non est, tam attendendus modus disponendi, quam effectus ad quem

142 disponitur. Bal. in l. 2. C. commoda. quia ab eo quod naturale est, ex nominis iniunctione, nil est detrahendum. Deci. consil. 164. num. 3. & consil. 180. num. 7. ideoque necessario sequitur, dictas Pragmaticas, tanquam ius commune huius patriæ, non posse nisi in Curijs generalibus alterari.

143 Licet autem Regalia suprema Regis sit, creare Officia, & illa conferre, quibus placuerit; ex Text. in cap. 1. quæ sint Regalia in vsibus fœudorum, verbo *Potestas.* vt attestatur Bal. in cap. 1. si quis dicatur Dux, vel Marchio. num. 1. in fine ipse Bal. in cap. adhuc, num. 2. de pace id tamen. firmam Innocen. in cap. cum Ecclesiarū n. 3. de offi. ord. vbi Bal. n. 19 adeo, quod possit Rex tam exteros, quam

bito. numer. 1. ff. de capti. & post
limi. reuer. Bal. in l. etiam num. 10.
C. de iure doti. & in l. executorem.
num. 28. verbo *Sed quæro de Ciuitatibus confœderatis*, C. de executio. *Rei*
Iudi. Socin. in l. si ex toto in fine,
ff. de leg. 3. & clarius probantur prædicta in l. 2. ff. de iure immuni. dicta
l. non dubito, §. liber. Populus.
l. quæsitum, §. idem respondi, vbi
glos. verbo *Non potest*, ff. de fundo
instruc. Paris. cons. 16. num. 25. lib. 4.
Socin. senior. cons. 286. num. 22.
lib. 3. *Rolland.* à Valle consil. 1.
num. 45. & sequen. lib. 2. Deci. consil. 360. num. 4. & sequen. Gaili. obserua. 54. num. 10. lib. 2. corroboratur, &c.

156 Corroboratur etiam prædicta resolutio, ex obseruantia semper secuta, quæ confirmat ius prædictum. Cinus apud Bal. cons. 4 0 c.
colu. 1. col. 4. Iosephus Ludoui. in commu. conclu. 38. Loaces super opido
de Mula, fol. 4 4 1. Ioannes Andre.
in additio. ad Specula. Titu. de instrumen. editio. §. nunc videndum,
in additio. magna incipiente *De Argentatio*, circa finem. verbo *Sextum*.
Et quod originarij debeant creari
157 Officiales, non solum est conforme constitutionibus Cataloniæ, sed
etiam Iuri communi Codicis, in quo
Imperatores Valentinianus, & Martinianus statuerunt, originarios ad
munera promoueri. l. 2. C. de offici.
158 Præto. ibi *Tres Prætores, qui proprium larem habeant in vrbe, non ex Prouincijs eligantur*. Don Garcia Mestrillo de Magistra. lib. 2. cap. 1. num. 26.
& in Sacra Scriptura legitur Deuteronomio cap. 18. *Prophetam de gente tua*, & sic omnes fere Prouincias,
hunc modum creandi Officiales obseruare arestatur. Cerdan in sua Monarchia cap. 10. Mestrillo de Magistrati, lib. 2. cap. 7. num. 46.

159 Ex prædictis fuit prætensum
in anno 1625. non licuisse Regi (salua sua clemencia) nominare in Vicecancellarium Sacri Supremi Consilij Aragoniæ, personam alienigenam Regnorum illius. pro quo
dubio, diuersæ fuerunt factæ allegationes, pro vtroque Regno. Pro
intentione Regis fuit facta (supra allegata) per don Franciscum
de la Cueua, & Silua. cuius rationes
(licet subtiliter allegatæ) tanquam
nubila à sole fuerunt destructæ, in allegationibus factis pro parte Principatus Cataloniæ per tunc Asses-
160 sores, & per Ludouicum de Casanate, tunc primum Madriti Aduocatum, nunc Fisci Aduocatum in
dicto supremo Aragoniæ Consilio.
alia facta pro *Regno* Aragoniæ.
non defuit alia Iuris allegatio per
Don Matthiam Bayetola Cabanilles eo tempore Aduocatum Sanctæ Inquisitionis in Ciuitate de
Çaragoça, nunc *Regentem* in dicto Supremo. qui omnes vnanimiter prædictam resolutionem verissimam asseuerarunt, ponderando,
quod abdicatio facta à sua *Regia*
161 potestate, facultatis eligendi quoscunque, non erat dicenda odiosa *Regi*, quia principalis intentio
prædictarum constitutionum fuit,
fauorem facere, & disponere in
beneficium, & honorem vassallo-
162 rum. & sic tanquam principalis
intentio disponentium, hæc est attendenda, l. qui exceptionem in principi. & ibi Bar. Bal. & Pau. num. 3.
ff. de condic. in debi. ex quo vulgariter dicitur. quod quando odium
est causa fauoris, dicitur statutum
163 odiosum. quando verò, fauor est
causa odij, tunc statutum dicitur
fauorabile. Ita Bal. cons. 4 3 3 Do-
164 mina Ioanna lib. 3. quem sequitur
Simon de Prætis lib. 1. de inter-

preta. vltima volunta. interpret.
164 2. dub. 4. fol. 12. num. 13. Alexan. Rauden. lib. 1. de analogis cap. 29. numero 29. Ita similiter dicitur. quod licet beneficium
165 Senatus Consulti Velleiani sit valde odiosum creditoribus, quia tamen principaliter fuit inductum fauore mulierum, inde dicitur fa-
166 uorabile. Barbacia in l. 2. in princi. col. 4. ff. de verbor. obligatio. Portolles de consortibus cap. 2. num. 6. Tiraquel. de retract. ligna. in præfatio. num. 56. Molin. de Hispanor. primo. lib. 1. cap. 4. num. 27. & cap. 18. num. 3. Alex. Rauden. de analo. lib. 1. cap. 29. num. 26. cum enim melius sit, vt ille qui præsidere debet, & ius ministra-
167 re, capax sit iurium, iuxta quæ decidere, & terminare quæstiones debet, euidens est. hoc in beneficium vassallorum esse, & publicum. quod maluerunt dicere Imperatores. (& debet Bonus Rex imitari) cuicunque
168 proprio Regio, eorum interesse præferendo, ita Iustinianus in l. 1. in fine. C. de caducis tollendis in illis verbis, *Quod communiter omnibus pro-*
169 *dest, hoc priuatæ nostræ vtilitati præferendum esse censemus, nostrum esse proprium subiectorum commodum Imperialiter existimantes.* Lotarius in cap. 1. de prohi. feudi aliena. per Lotari.
170 in vsi. feudo. & expressè attestatus fuit Rex Ildefonsus in l. 9. Titu. 2. parti. 2. in fine. vbi loquens de Regibus in hæc prorumpit verba: *E deuen otro si guardar siempre mas la pro comunal de su pueblo, que la suya misma, porque el bien, y la riqueza dellos, es como suyo.* Vnde cum ex constitutionibus Reginæ Mariæ consortis, & Locumtenentis Serenissimi Regis Ildefonsi, quam fecit in Curia Barcinone anno 1422. cap. 1. qua disponitur. quod Cancellarius, & Viceecancellarius eligantur nati;
171 & naturales Regnorum Aragoniæ, Valentiæ, Principatus Cataloniæ, seu Maioricarum, & non aliorum Regnorum. sicuti obseruabatur. ex qua obseruantia fuit inductum ius prohibitionis, contra primeuam antiquam Regis liberam facultatem. quæ vera possessio, quasi possessio negatiua dicitur, vt latè tradit Petrus Iacobi. in praxi. cap. de fur-
172 to. num. 2. Mennoch. de arbi. casu. 160. num. 10. Bossi. in practi. crimina. Titu. de Rega. num. 41. Guido Papæ decis. 298. Afflic. dedis. 388. num. 2. Iosephus Ludouic. decis. 106. num. 16. quanto magis, quod Regna prædicta, non se fundant in dicta obseruantia, sed in prohibitione legali, obseruata. Bal. con. 245. lib. 3. Crauera cons. 118. num. 2. & cons. 333. num. 10. Caualcan. decis. 26. tertia parte. & prædicta nominatio de Viceecancellario, semper fuit obseruata, quo-
173 adusque sua Maiestas nominauit licenciatum Garci-Perez de Araciel. de qua electione non potuerunt prædicta Regna conqueri, quia facta nominatione, decessit dictus Araciel. Cum autem eius vxor vidua. instaret ad suos fines prætensos, quod non obstante morte sui viri, expediretur priuilegium, tunc expeditioni illius fuit contradictum pro parte Principatus Cataloniæ, Regni Valentiæ, & Aragoniæ. fueruntque missi legati, siue Embacia-
174 tores, qui longo tempore Madriti residerunt. diuersa memorialia, tam facti, quam iuris, suæ Maiestati obtulerunt. Pro prætensione verò suæ Maiestatis allegationes iuris, & facti fuerunt factæ per licentiatum Don Franciscum de la Cueua, & Sylua, Fisci Aduocatum in supremo Consilio Indiarum. qui colorabat suam intentionem. constituendo

tituendo Vicecancellariam particularem in vnoquoque Regno.& Vicecancellarium totius Coronæ Assistētem Madriti, Præsidem in Supremo Aragoniæ Sacro Consilio,indeq. inferebat.prædictam constitutionē Reginæ Mariæ, & allegata iura Aragoniæ,& Valentiæ loquentia de Vicecācellario,loqui de Vicecācellarijs particularibus vniuscuiusque Regni,seu
176 Prouinciæ,non verò loqui de Vicecācellario Generali, qui præest Supremo Consilio Madriti. cui interpretationi prætēsæ per dictum Don Franciscum de la Cueua,latissimis fundamentis perspicuis, & luce meridiana clarioribus fuit satisfactum.cum memoriali Typis mandato Madriti, penes Ioannem Gonçales,elaborato.per Aduocatum Cōsultorem dictæ legationis, siue Embaxada pro parte Deputatorū Cataloniæ missæ.in quo negocio non fuit resolutio facta.experimur tamen suam Maiestatem non nominasse Vicecancellarium,sed Præsidentē.& sub hoc nomine extat caput Consilij Supremi. Speratur tamen ex magnitudine Regia,quod dignabitur sua Regia Maiestas nominare Vicecācellarium personā naturalem,alterius Regnorum Coronæ, qui ius Regnis prædictis tribuere possit. quæ sit capax iurium totius Coronæ.quod valde fuit consideratū, quando prædicta constitutio,& alia iura disponētia circa electionem Vicecancelarij, fuerūt disposita. faciunt tradita per Thom. Cerdan in suo libro c.15.Blāca in Cōmentarijs ad vitam de Galacica, de Tarba Iustitia de Aragon. Molin. in reperto.verbo *Alienigenæ*,verbo *Tertio*,Burgos de Paz in l.2.Tauri à n.68. naturales enim potius præsumuntur
177 scire iura patriæ,quā plus amāt,quam alienigenæ, & exteri. Mandosius in tracta.de ingratitudine c.27. Mēcha. controuersia Illus. lib.1. c.11.num.31. Plassa de delic.lib.1.c.22.

178 Ex prædicta concessione facta per Reges Episcopis,& alijs Ecclesiasticis dignitatibus,de iurisdictionibus.quas ipsi Episcopi,& cæteri Prælati Ecclesiastici habent in suos vassallos,remāsit penes Regem ius aliud supremum Regaliæ videlicet.quod Episcopi prouisi ad Episcopatum,& cæteri Prælati,ad suas dignitates,non possunt accipere possessionem de suis vassallis, quin prius præsentent bullas Apostolicas suarum prouisionum, in Regia Cancellaria. vbi per Cancellarium. seu Regentem Cancellariam recognoscuntur,an in debita veniāt forma, & an quid in eis contineatur, de quo sit Consulendus Romanus Pontifex. & repertis illis absque difficultate. præstant Sacramentum,& homagium fidelitatis in forma solita. & post præstationem eis conceduntur litteræ executoriales per Cancellariam expeditæ.& registratæ.& cum eis accedunt ad capiendum possessionem iurisdictionis in vassallos. de qua dispositione meminit Oliba de iure fis-
179 ci, ad vsaticum Alium Namque cap.10. per totum.maximè à num.4. satisfaciens dubio, quod oriri poterat apud exteros, qui ignorant ius nostrum patrium circa decidendas contentiones, inter Curiam Ecclesiasticam.& Secularem,in causis quæ oriebantur, ex causa occupationum temporalitatum, quæ solebant per
180 Curiam Secularem prouideri. de quibus loquitur concordia Reginæ Eleonoris, cum Cardinali couenarum, quæ est sita in titu.2. lib.3. pragmati. sub titulo de contentionibus iurisdictionum. In qua expressè disponitur.litteras Regias pro defensione suæ iurisdictionis, & superioritatis procedere, per occu-
181 pationem temporalitatum, contra Ecclesiasticas quascunque personas, perturbantes eam. non verò per amparamentum decimarum, seu

aliorum fructuum mensæ Episcopalis, seu dignitatum, iuxta Pragmaticam Regis Martini dat. Barcinone die 28. Martij 1409. quæ est secunda sub titulo de contentio. de iuris.contra cuius pragmaticæ thenorem, cum aliqui Regij Officiales attentassent,
182 non solum temporalitates occupare, sed etiã fructus, & redditus, inde hoc grauiter ferens Rex Ferdinãdus Primus, cum sua Pragmatica data Barcinone 20. Iunij 1413. quæ est tertia dicti tituli, condolens de procedimẽtis prædictis, omnia illa nulliter facta fuisse declarat. & quatenus de facto processerunt reuocauit, iuxta quarum
183 temporalitatum occupationem, specialius fuit prouisum, cum Pragmatica Regis Ildefonsi Quarti, cum suo Priuilegio, quod est caput quartum sub titulo. Dat. in Monasterio Sancti Cucufatis die 11. Septembris 1418.
184 Reges enim Aragonum Comites Barcinone valde Ecclesijs, & earum bonis prospexerunt. vt est videre in volumine nostratum constitutionum, & Pragmaticarum, sub titulis de Sacrosancta Ecclesia. De conten. iuris.
185 Prædicta autem dispositio ex suprema Regalia emanauit. nec Ecclesiastici subditi Regi in exercicio suarum iurisdictionum in vassallos, prætende-
186 rent possunt à subordinatione Regia esse exẽptos. licet enim ipsi Ecclesiastici. iurisdictionem tẽporalem in suos vassallos habeant, illam tamen possident sub Regia superioritate. & sic
187 ex hac ocasione fit, quod Episcopi genuflexo præstant Sacramentum fidelitatis Regi, vt refert Oliba vbi supra n.5. ex Luca de Pena in l. euictiones. C. de decur. lib. 12. vnde Acur. in glos. fina. in l. 1. C. de Silenciarijs dicebat. quod nullus tenebatur flẽctere genua nisi coram Papa, Imperatore, & Rege. idem Platea (allegatus ab Oliba) in l. 1. C. de domest. & protecto.
188 De prædictis executorialibus fit mentio in constitutione 2. sub titulo *Que los estrangers no pugan obtenir benefici en Cathalunya.* Quod cum fuisset dispositum in cõstitutione prima eiusdem tituli, postea loquens de prouisis
189 ad Commandas Sancti Ioannis dicit, quod si Commendatores prouisi sint alienigenæ, & non Catalani, non eis dentur per suam Maiestatem, seu Locumtenentem illius executorialia, & quod si de facto eis dentur pro nullis habeantur de his executorialibus loquitur constitutio tertia, eiusdem Tituli, & constitutio quarta.

Sed fuit magna dubitatio. an Rex
190 posset impedire executionem bullarum Apostolicarum in fauorem alienigenarum, quam quæstionem refert Cancer. 3. tom. variar. c. 14. de manuten. n. 61. resoluens ex Quintiliano, Mando. in tracta. de moni. q. 13. n. 3. ex Portules ad Molin. in §. alienigena. quod dato, quod valeat statutum
191 seculare, ne liceat alienigenis habere beneficia Ecclesiastica ob expressum, vel tacitum Summorum Pontificum consensum. de quo loquitur cum suis circunstantijs Oliba ad vsati. Alium Namque c. 14. a n. 59. nam tale statutum ob bonum publicum fieri potest Thesau. decis. 131. n. 3. & 7. accepisseq; ocasionem faciendi tale statutũ, causa
192 vitandi scandala. sicuti in alijs negocijs fit. veluti sequestrationis fructuũ beneficiorũ, ne partes veniant ad arma. Bossi. in titu. de Principe. n. 212.
193 & ante eum præcensit Felin. in c. 3. de præscrip. Rebuff. in cõcordia Franciæ Rubri. de Regu. de Prælatis nominum facien. super glos. verbo *Manibus nostris*, & in Regno Frãciæ, hoc idem obseruari atestatur Benedic. in
194 cap. Raynuntius verbo *Et vxorem, nomine Adalasium.* 2. & de Regno Castellæ simile statutum habente refert Didacus Sahagun in repititione c. eam te n. 24. cum sequen. de rescrip. ex l. 14. cũ sequen. & l. 34. Titu. 3. libri. compila

compila, nec est monstruum tale sta-
turum. quinimo Thomas Cerdan in
suo veriloquio *En reglas de razon de*
Estado,c.4..§.2.mihi, pag.46. in fine
in glos. Marginali allegat Tex. in c.
Monasterium 16.q.7.dicens.ibi statui
quod præbendæ Ecclesiasticæ proui-
deantur cũ oppositione in personam
Regnicolam,lõga cõmentatione non
solum, quo ad nostrum Priucipatum
Cataloniæ, verum etiam ad Franciæ
Regnum receptum esse, ex pluribus
refert Oliba ad dictum vsati. Alium
Namque, c. 13. per totum maximè,
à n.51.cum sequen. Mar.Anto.varia.
resolu.lib.1.resolu.91.n.2.quo statuto
195 facto,non dubium quod poterit Rex
ex suprema Regalia recognoscere
bullas, & casu quo eas in fauorẽ alie-
nigenarum prouisas reperiet,impedi-
re possessionem, non solum tempo-
ralitatum iurisdictionis in vassallos,
sed etiam poterit impedire quo ad
perceptionem aliorũ fructuum. quia
in possessoris causa vitandi scandala
196 Princeps secularis est capax cogni-
tionis.Codex Fabri.lib.3.titu.1.de Iu-
dicijs.defini.8.Petrus Anto. à Petra de
potesta.Princi.c.6.n.85.cum sequen.
nõ obstãte.quod Guido Papæ decis.1.
in priuci.asserat, in possessorio pos-
se Iudicem seculare cognoscere.attes-
tatur tamẽ n.3.quod in illa Curia Pe-
197 demon. non tractatur articulus inter
dicti adipiscendæ possessionis,cum sit
mere iurisdictionis Ecclesiasticæ.cum
magis habeat connexitatem cum pe-
titorio, quam cum possessorio. & ibi
additiones Ranchini.idem Guido Pa-
pæ decis. 71. & 85. vbi de interdicto
recuperandæ. tamen cum in Catalo-
198 nia,& Hispauia ex Authoribus supra
relatis receptum sit prædictum statu-
tum,ne alienigenæ habeant beneficia.
inde aduitandum scandala,solet Prin-
ceps secularis impedire executionem
litterarum Apostolicarum, circa pro-
uisionem beneficiorum Ecclesiastico-
199 rum,in fauorem alienigenarum. Pro
prædictis allego.doctrinam Panor.in
c. si proponente 42.de rescrip. n, 3.
iuncta glos.in dicto c.verbo *Si de Ver-*
ta illius sit oriundus. dicens quod alie-
nigena Impetrãs beneficia à Summo
Pontifice non faciens mentionem sui
originis, committit surreptionem in
impetratione gratiæ. eo quod in du-
200 bio Papa intendit prouidere cuicunq;
in propria patria. iuxta Tex. in l. in
Ecclesijs.& ibi glos.C.de Episcop. &
Cleri. faciunt notata. in toto Titu,
C.de Cleri.Peregri. faciunt additio-
201 nes ad Panor.vbi supra,Tex.in c. bo-
næ lo.2.de postula.præla. §.nec obstat
verbo *Quia verò*. vbi Summus Ponti-
202 fex ait.non esse eligẽdos exteros,vbi
tuta conscientia,naturales eligi pos-
sunt. Nec velle naturalibus præficere
alienigenas.quare doctis, & inspectis
bullis, vicio surreptionis affectis, po-
203 test Rex ex sua suprema Regalia de-
tinere possessionem capi, earum vir-
tute.cum alias turbaretur quis in suo
Regno,& Principatu. debent tamen
Iudices seculares quibus cognitio, &
examen bullarũ pertinet, caute pro-
cedere, & attentissimè,ne iurisdictio
Põtificia non solum, non ledatur,ve-
204 rum etiam, ne in controuersiam de-
ducatur.solent enim mali exitus pro-
uenire propter contemptum rerum
Ecclesiasticarũ, vt experimur nostris
205 temporibus. quod maximè commen-
dat doctissimus ille vir. Didacus Co-
uar.Practi.quæst.c.35.n.5. valde com-
mendans attendentiam in modo pro-
206 cedendi. sed quod statim orto dubio
Consulatur Romanus Pontifex.Spe-
rando certissimè Summum Christi
Vicarium, & Ecclesiæ Sanctæ Caput,
& Rectorem, de prædictis certiorem
factũ adhibiturum remedia, quæ sint
saluti vtriusque Reipublicæ Spiritua-
lis,& Tẽporalis præstantissima.quam
207 doctrinam sequendo in hoc Supremo
Cataloniæ Senatu, iam fuit decisum
dic 21.

die 21. April. 1520. ad relationem Vincentij Orrit declarando, quod extraneus, qui obtinuerat beneficium Ecclesiasticum, non poterat intrare possessionem illius nisi, obtentis Regijs executorialibus, quæ eidem fuerunt denegata.

208 Ad supremam etiam Regaliam creandi Officiales, potest considerari, & tribui, quod tradit Mieres ad consti. Reginæ Mariæ incipiente *Primerament*, quæ est Tertia in Titulo de offic. Cancellarij num. finali, vbi asserit, posse Regem creare plures Cancellarios, & Regentes Regiam Cancellariam in habitu, non in actu exercitij, ita quod gaudeant nominati eo titulo ad honores tantum, & sic vnus solus exercebit officium, quod secutus fuit Oliba ad vsati. Alium Namque c.4.n.39. latè tradens, vnde in domo Regia officium Cancellarij traxerit originem, dicens ex Palatinatu, vt ibi est videre.

SVMMARI.

Regaliæ Cataloniæ, ex quibus iuribus emanauerint, n.1.

Vsatici Cataloniæ antiquitus non erant redacti in scriptis, n.2.

Vsatici Cataloniæ quãdo fuerint in scriptis redacti, n.3.

Vsatici Cataloniæ recepti erant per totum Principatum, n.4.

Vsaticus Iudicium in Curia datum refertur, n.5.

Vsaticus Iudicium in Curia datum, & Vsaticus Iudicia an conforment, n.6.

Vsaticus Iudicium in Curia datum quo modo disponat, n.7.

Vsaticus Iudicia Curiæ qualiter disponat, num.8.

Iudicium quid significet, n.9.

Iudicium in Vsatico sumitur pro sententia, n.10.

Iudicium sumptum pro sententia, cuius Curiæ dicatur, n.11.

Curiæ Generales quo tempore non celebrantur, n.12.

Vsatici quo anno fuerunt redacti inscriptis, n.13.

Curiæ Generales quo tempore inceperint, num.14.

Curiæ Generales primæ, Vbi celebratæ fuerunt, n.15.

Vsaticus Iudicium in Curia datum, qualiter intelligatur, n.16.

Sententiæ Verbum in Vsati. Iudicium in Curia datam, quo modo intelligatur, num.17.

Sententia in Curijs, qualiter fienda, n.18.

Vsati. Iudicium in Curia datum, quare positus in titulo De celebrar Corts, *num.19.*

Curia prima, & reductio Vsaticorum in scriptis simul facta, n.20.

Iudicia Curiæ, quot modis in Curijs fiebant, n.21.

Iudicia Curiæ solent nominari constitutiones, n.22.

Contradicentes cõstitutionibus, delinquunt in Vsati. Iudicium in Curia, n.23.

Rex Alfonsus quomodo processit contra aduersantes constitutionibus, n.24.

Constitutionum, & Vsaticorum obseruantia, publicè interest, n.25.

Vsaticus Iudicium in Curia, &c. habet locum circa disposita in Curijs, n.26.

Sententia habilitatorum Curiarum, qualiter fienda, n.27.

Sententiæ Iudicum grauaminum qualiter, fiant, n.28.

Sententia lata per Iudices nominatos per Regem, & Curiam, an sit dicti Vsatici, num.29.

Sententia quando dicatur Iudicium Curiæ, n.30.

Sententia Visitatoris Regiorum Officialium an sit Iudicium in Curia, n.31.

Visitatoris Officialium Regiorum actus, censentur Iudicia Curiæ, n.32.

Sententiæ omnes recognoscuntur à Rege, ex sua Regalia suprema, n.33.

Rex quando cognoscat de Valore sententiarum, n.34.

Sententia

Cap. 36. De Regalia Vsatici Iudicium in Curia datum.

1 IN Hoc Cathaloniæ Principatu, sunt etiā *Regaliæ* quędam, quæ oriuntur ex diuersis vsaticis, quia in
2 Catalonia obseruabātur, qui in scriptis non erant redacti, quousque Comes Don *Raymundus* Berengarius, nuncupatus Antiquior,
3 in scriptis redigi mandauit, vt refert Philipus Vinyes in allegato tractatu de cōuocatione Curiarum, discursu 2. in

in principio. vbi attestatur ideo vsa-
4 ticos Barcinone appellatos fuisse,
quia in Curijs celebratis Barcino-
ne per dictum Comitem, fuerunt
in scriptis redacti, quia antiquitus
per totam Cataloniam obseruaban-
tur. ex his, primus vsaticus est con-
stitutus in titulo de celebratione Cu-
riarum, qui incipit *Iudicium in Curia*
datum, quo cauetur. quod Iudicia pro
5 lata in Curia, ad vnguem seruentur.
cuius materia latè in hoc capite tra-
ctabitur.
6 Hunc vsaticum coniunxit dictus
Philipus Vinyes vbi supra, n.23. cum
vsatico *Iudicia curiæ*. asserēs, hos duos
vsaticos idem statuere. videlicet, quod
Iudicia Principis, seu sentētiæ, ab om-
nibus seruentur, & nemo sit, qui illis
contradicat. ex causis, & rationibus
contētis, & expressis in eodē vsatico.
Ponderat verò dictus Vinyes diffe-
7 rētiam inter hos duos vsaticos, dicēs.
In vsatico *Iudicia* inuitatur subditi ad
obseruātiam sentētiæ, gratis, & amo-
re, inducti ad bonum publicum resul-
8 tans. In vsatico verò Iudicium in Cu-
ria datum, inuitatur ob pœnam, quæ
in eo ponitur, vt ibi latè dictus Vi-
nyes. pro quo est præsuponēdū. quod
licet nomen *Iudicium*, varias habeat
9 significationes, vt attestatur Guiller-
mus de Vallesica. ad hunc vsaticum.
tamē hoc verbum. in nostro casu, su-
mitur pro sentētia lata in Curia. Pe-
guer. in sua praxi. c.17. n.13. hoc idē
attestatur Vinyes vbi supra n. 23. re-
10 fert etiam, n.36. non defuisse Autho-
res antiquos Catalanos, qui asserebāt.
prædictū vsaticum esse intelligēdum,
de sentētijs latis per Iudices assiden-
tes Regis, & suos Consiliarios. & ita
attestatur. hoc censisse Iacobū de Mon-
11 te Iudaico, Guillermū de Vallesica,
Petrū Ferrer, & Iacobum Marquilles.
statuēdo pro certo. quod Iudicia illa,
de Curia particulari Regia loquebā-
tur. habendo pro cōstanti, eo tempore
12 non celebrari Curias generales. & sic
non cōuocatis Curijs generalibus per
dictum Comitem Raymudum Beren-
garium, non potuisse sub nomine Cu-
13 riæ, comprehendi Curias generales.
quem errorem comprobat manifestè
dictus Philipus Vinyes, n.37. asserens.
dictum Comitem Raymundum Be-
14 rengarium anno 1163. (quo tempore
vsatici in scriptis fuerūt redacti,) ce-
lebrasse Curias generales. vt attesta-
tur n.9. dicens. fuisse celebratas in
15 Ecclesia Catredali Ciuitatis Barcino-
ne. referens hoc idem asserere Zurita
lib.1. Annalium c.16. ibi *Mandò jun-*
tar el Conde todos los Prelados, y Barones
de Cataluña, y celebrò Cortes generales
al Principado, en las quales assistieron
vn Legado Apostolico llamado Hugo.
Inde Calicius ex dictis in extragra-
uaro. Curia dubio 7. verbo *Centesimo*
16 *quinquagesimo. quinto.* & in Margarita
fisci. dubio 8. n. 22. & 29. referens opi-
nionem præcitatorum Doctorum, ad
dictum vsaticum Iudicium in Curia
datum asserit, debere intelligi de sen-
17 tentijs latis per Regem, de consilio
suorum Consiliariorum, & de senten-
tijs latis, in Curijs generalibus. licet
ipsi magis plaudeat, quod dispositio
dicti vsatici loquatur, de sententijs
18 latis in Curijs generalibus. quod sane
magis videtur adaptatum verbis dicti
vsatici, vbi asserit. quod sentētiæ fiunt
cum consilio, & assensu Principum,
Episcoporum, Abbatum, Comitum,
Vicecomitum, & aliorum, in Curijs
19 generalibus interuenientium. Cali.
in extragraua. Curia, mihi pag.49.
verbo *Centesimo quinquagesimo quinto.*
quæ verba non possunt adaptari sen-
tentijs latis per Regem, & eius ordi-
narios Consiliarios. & hoc magis.
quadrat menti dicti vsatici. cum iux-
20 ta illius thenorem, cōpilatores consti-
tutionum, illum. sub titulo de conuo-
catione Curiarum constituerunt. ex
quibus infertur malè Guillermum
de

de Vallesica, in hoc vsati.in fine dixisse, non posse intelligi, de Iudicijs in Curijs factis, eo quod asserat tempore vsaticorum non esse Curias generales, quod dictum remanet conturatum ex dictis, cum Curiæ celebratæ essent per dictum Comitem in anno 1163. in quo vsatici in scriptis fuerunt redacti vt supra dictum est.

21 Hæc autem Iudicia, quæ fiunt in generalibus Curijs, multipliciter solent fieri, quæ ad quinque modos reduxit dictus Philipus Vinyes discur.2. quos hic recensere decreui, cum nullibi apud Catalanos Authores, non solum declaratum, sed nec tactum inveni.

22 Primus modus est. quando aliquid in Curijs generalibus disponitur in vim constitutionis, quia cum constitutiones fiant per Regem, & Curiam, inde dicuntur Iudicia Curiæ, quæ præcissæ sunt seruandæ. Alias contrafacientes constitutionibus, incurrerent in hoc vsatico. & fieret processus contra eos. iuxta quem Serenissimus Rex Alfonsus Quartus, processit ex hoc vsatico contra aliquos Prælatos. & Milites, qui post Curias anni 1421. contradixerunt obseruationi constitutionum, loquentium de censualibus, dicentes. quod dictæ cōstitutiones, erant à notorio præiudiciales suis iurisdictionibus ordinarijs. contra quos fuit processum in vim dict. vsatici, eo quod publicè interest vsaticorum, & constitutionum obseruantia. iuxta diuersas constitutiones sitas in titulo obseruá. constitu.

23

24

25

26 Secundus modus est. quando suscitato debato in Curia, inter habentes interesse, fit declaratio super eo. quia talis declaratio, vt Iudicium Curiæ, est obseruandum.

27 Tertius modus est. quādo fertur declaratio per Habilitatores, per Curiā nominatos, videlicet pro parte Regis, & Curiæ, super habilitatione personarum, ad Curias intrare volētium.

28 Quartus modus est. quando per Iudices nominatos per Regem, & Curiam, in causis grauaminum, profertur sententia, quia obseruantia illius, in forma est fienda, cum sit Iudicium Curiæ prolatum à Iudicibus, per eam electis.

29 Quintus modus est. quādo in aliquo particulari casu Rex, & Brachia, nominauerint Iudices, in aliquo dubio particulari suscitato vt in causis vniuersalibus cognoscant, pronuncient sententiam, & declarent. quia eorum

30 sententiæ, cum à facultate, & potestate per Curias generales eis tributa procedant, sunt Iudicia, siue sententiæ eorum, tanquam in Curia factæ, reputantur, & habentur, quem casum declarat dictus Vinyes vbi supra n. 48.

31 in sentētia, quæ proferetur per visitatores nominatos in Curijs anni 1547. & anni 1564. & anni 1599. quorum sententijs, contrafacientes, incidunt in pœnam dicti vsatici Iudicium in Curia datum. Prædicta enim Iudicia

32 Curiæ omnino esse seruanda, nec ab eis appellare, seu recurrere alicui licet, attestatur Vinyes vbi supra n. 49. & 50. attestatur etiam, quod si apareret de notorio grauamine, seu iniustitia sententiæ, latæ per supra nomina-

33 tos Iudices, à Curia electos, tunc Rex, ex sua suprema iurisdictione, & potestate, posset de dicto grauamine cognoscere, & de nouo disponere, provt in Curijs anni 1626. congre-

34 gatis in Ciuitate Barcinone fuit determinatum in deliberatione, quam fecerant habilitatores Curiæ contra Syndicos Ciuitatis Barcinone. quæ per suam Maiestatem fuit reuocata in

35 summa igitur est. quod licet isti vsatici loquantur de sententijs latis in Curijs generalibus, ex obseruantia in concusse obseruata, comprehēdunt etiam sententias latas in Regia Audiētia, quia cum ex generalibus constitutionibus

stitutionibus dispositum sit.sententias in ea latas,debitæ executioni esse demandandas, ideo locum habent isti vsatici in eis, & sic fuit semper obseruatum, & concordant in hoc omnes Scribentes.

36 Forma autem procedendi in hoc processu, traditur à Don Ludouico à Peguera in sua praxi. c.17. vbi latè de modo,quo concipitur,& formatur processus contra eos, qui incidunt in hunc vsaticum, contraueniendo Regijs sententijs. pœnes quem videre poterit. qui ex Regalia huius vsatici agere velit.

Igitur. vt locus sit declarationi huius Regaliæ,requiritur. vt sit lata sententia in Regia Audientia.& sit facta prouisio decreti executionis illius. aut quod sententia sit träsacta in rem
37
38 iudicatam.debent etiam esse registratæ litteræ executoriales in Regio Registro Regiæ Cancellariæ.& sigillo Regio munitæ. iuxta tradita per Peguer. dicto c.17. n.5. vbi attestatur,quod ad hoc, vt locus sit declarationi huius vsatici contra aliquem,
39 debet iste talis ita esse in dolo,vt nullam habeat excusationē. quod etiam tradit noster Fontanella (qui nil intactum reliquit) de pac.nuptia.tom.1. clausul.4. glos.17. à num.88. vbi refert.quod sententia lata contra Col-
40 legium, seu Vniuersitatem, ligat omnes de Collegio.seu Vniuersitate. contra quos semper obstat exceptio rei iudicatæ,etiā si in causa non interuenerint.quoad hoc,vt ciuili actione
41 teneantur. iuxta tradita per Cancer. 3 tom. variar. c.17. à n.40. cum sequentibus. quia si criminaliter,in vim huius Regaliæ sit procedēdum, tunc non sufficit sentētiam in sui fauorem
42 habere,sed cōtra eos, qui in causa nō interuenerunt, ita debet procedi. vt prius eis fiat inspectio, & exhibitio de dicta sententia, & de executorialibus illius legitimè expeditis, & de prædictis tradenda est copia authentica,vt ex Bar. in l. quod te. num. 15.
43 ff.si certum petatur.& ex Surdo.consil.22.n.12.& 13. & in decis.440.n.11. & 13. Afflic.decis.316.n.3.& sic declaratum attestatur Fontanella de pac. nuptia. tom.1.claus.4. glos.16.n.90. alias enim non potest procedi contra eos in vim huius vsatici.& sic Regalia non habet locum, prout in simili casu, per Regiam Audientiam fuisse decisum die 17.Maij 1611.refert idem Fōtanella vbi supra n.90.iuxta quam doctrinam fuisse in Regia Audientia decisum attestatur Don Ludouicus à Peguera tom.1.decis.71. in fine faciunt tradita per Cancer.3.tom.varia.c.17.n.48. & ibidem nu.441. vbi
44 mouet quoddam dubium an Regalia in vim huius vsatici habeat locum, in casu, quo præcedente priuilegio continente pœnam, in casu quo ei contra fiat, lata postea sententia, ad obseruationem dicti priuilegij, an possit agi ex Regalia, eo quod contrauenlunt sententiæ. vel, an agatur aduersus contrafacientem, ad executionem pœnæ,in priuilegio contētæ. Inclinans se. quod potest agi ex Regalia propter rationes per eum allegatas á n.441. vsque ad n.458.inclusiue.

45 Prædictam igitur Regaliam in vim huius vsatici,non habere locū in prouisionibus mere interlocutorijs attestatur Iosephus Ramon.consi.60. n.2. ex Marqui.ad hunc vsa.fol.231.col.8. verbo *Quæro secundo*.

46 Neque locum habet Regalia hæc si lata fuerit sententia in Audientia Gubernatoris procedentis Vice Regia,& ita fuit declaratū die 20.Octobris 1593. in Aula Regentis Regiam Cancellariam. Sed sub pœnis mandatur in decreto executionis.quod dictę sententiæ obtemperetur. & casu quo
47 ei non obediant,fit executio pro pœna,& sic fuit practicatū, in causa quæ vertebatur.

vertebatur, ad relationem Magnifici
Guillermi Sunyer. inter Parochianos
Sancti Iusti. Desuern ex vna, & Sin-
gulares Parochiæ Sancti Felicis de
Lobregar. qui contra fecerant senten-
tiæ latæ in fauorem Rectoris. super
solutione decimarũ dicto Rectori de-
48 bitarum. & idem erit dicẽdum de sen-
tentijs latis in Baiulia Generali. quia
pro executione earum, nõ poterit ad
Fisci instantiam agere in vim Rega-
liæ. Sed cominatione mulctarum.
49 Differt autem hæc Regalia ab alijs,
quæ declarantur in vim aliorum vsa-
ticorum, in hoc. quia Regaliæ, quæ
fiunt in vim eorum, videlicet *Simili
modo, Authoritate, & rogatu, & Mone-
ta*, declarantur cõtra casum, & factum,
50 non attendendo principaliter ad per-
sonas delinquentium. Regalia verò
quæ declaratur in vim huius vsatici,
51 dirigitur principaliter in personas,
quæ contraueniunt iudicio, seu sen-
tentiæ. vt refert Don Ludoui. à Pe-
guer. in sua praxi. c. 17. n. 6. Philipus
Vinyes vbi supra n. 56. vnum tamen
dicendum existimo, in casu huius Re-
galiæ. quod licet dictum sit, non ha-
52 bere locum in prouisionibus interlo-
cutorijs, quod hoc sit intelligendum
in meris interlocutorijs, etiam habẽ-
tibus vim definitiuæ iuxta tradita per
Cancer. 3. tom. vari. c. 14. de manuten-
tione n. 13. cum seque. secus verò esse,
53 si prouisio interlocutoria fiat in causa
articuli possessorij summarissimi
vulgo dicti *Interim*. quia facta proui-
sione in dicto articulo. licet permitta-
54 tur ab ea supplicari iuxta tradita per
Ioseph. Ludoui. decis. Perusi. 20. n. 11.
rela. à Cancer. dicto c. 14. n. 36. non ta-
men admittitur quo ad effectum sus-
55 pensiuum, sed deuolutiuum. quia cum
dicta prouisio fiat aduitandum scan-
dala. trahit secum executionem. vt ex
mente Petri Gregorij in tracta. de
56 apella. lib. 2. c. 5. n. 4. & Ioã. Gutier. Ca-
noni. quæstio. lib. 1. c. 34. n. 104. & ex
alijs, refert Cancer. à n. 38. dicens. hãc
sententiam, secutam fuisse Regiam
Audientiam, huius Principatus. & sic
57 credo pro constanti. quod locus esset
declarationi huius Regaliæ, contra
eos, qui cõtrafecerũt prouisioni factæ
in dicto summarissimo possessorio
declarato.
58 In epilogo huius Regaliæ, dictus
Philipus Vinyes. attestatur. vsaticos
omnes. fuisse factos à prędicto Comite
Raymundo Beregario, ad mitigandũ
pœnas, quas imposuerant leges Go-
ticæ æqualiter inter personas. nullam
constituendo differentiam inter eas.
cum realiter esset differentia. cum in
59 Catalonia essent Comites, Vicecomi-
tes, Nobiles, (qui olim nominabantur
Condors, ex traditis ab Andrea Bosch
in suo libro *Dels titols de honor*. lib. 3.
cap. 3. §. 5. & existebant dicti Nobiles
inter Vicecomites, & Barones. post
dictos Condors erant Barones. vnde
60 pœnæ erant commensurandæ delicto
respectu personarum, secundum ea-
rum qualitatem. iuxta Tex. l. mores.
9. §. fina. l. respiciẽdum. 11. l. iam facta.
16. ff. de pœnis.
61 Hæc Regalia est de Superioribus
Principis. & sic soli adheret ei, vt di-
cit Calici. in extragrauato. Curia.
pag. 49. verbo *Centesimo quinquagesi-
mo quinto*. §. primus intellectus. ibi
Et tunc est speciale in Principe. & in
62 fine vbi loquens de secundo intelle-
ctu dicti vsatici nempe quando sen-
tentia fit in Audientia Principis, in
finalibus verbis dicit, *Et etiam secun-
dum hanc lecturam, est speciale in Prin-
cipe*. ex quibus infertur, hanc Re-
galiam non esse concessibilem,
& consequenter, nec præscriptibi-
lem.
Sed quæri potest. an ex hac Re-
63 galia procedi possit, contra eum, qui
verbaliter contrafacit senrẽtiæ, an ve-
ro, necessario requiratur, vt locus sit
Regaliæ. quod fiat cõtrafactio realis.

Pro cuius dubij resolutione, præsu-
ponendum est. quod tradit Socar. ad
cosuetudinem primam Cathaloniæ
64 n.12. vbi ait. contradictionem esse, fa-
cere aliquod contrarium eius, quod
fieri debebat. referens hoc idem tene-
re Bal. in l. si quis maior. C. de transac.
65 quo supposito, dicēdum est. quod non
sufficiet verbalis contradictio, sed
quod requiritur Realis. iuxta Tex. in
l. 2. C. de iure emphi. vbi pœna amis-
sionis ipsius rei emphyteuticæ, tunc
locum habebit, quando emphyteuta
cum effectu recusauerit pensiones sol-
uere, iuxta glosam verbo *Præstiterit*.
Est, & alia ratio, quæ desumitur, pō-
66 derando tradita per Calici. ad vsati-
cum si quis contradixerit. vbi ex pē-
dendo verbum *Contradixerit*, asserit.
quod de verbali contradictione, est
intelligendum. cum dictio illa *Contra-
dicere* verbalem actionem denotet.
verbum. enim *Dicere*. ab ore prolatio-
67 nem significat, non verò factum. & sic
qui solum contradicit recognoscere
dominum, dicto vsatico contrauenit,
vnde sufficiet, verbaliter fieri. quod
secus esset, si dispositio vsatici ad fa-
ctum referretur. Tum, quia quoties
68 agitur de hac Regalia, nō legitur ali-
cubi, de contradicentibus sententiæ,
sed de contrafacientibus sententiam.
facere autem opus significat, non ver-
69 bo, vt notatur in vocabulario. verbo
Facio dicens. quod ad opus externum
refertur, idest, ad factū. & in hoc dif-
fert verbum *Facio*, à verbo *Ago*. quia
70 verbum *Ago agis*. solum tractatū ver-
balem significat, iuxta vocabularium
verbo *Ago*, quotiescunque verò, adest
71 alicuius verbi propria significatio, ab
ea non est recedendum l. 1. §. si is qui
nauem verbo *Igitur in re dubia*, ff. de
exercito. actio. quod desumitur, ex tra
ditis per Ludo. à Pegu. in praxi. c. 17.
per totum. vbi Regaliā habere locum
attestatur, aduersus resistentes senten-
tiæ, & dispositioni illius.

72 Si verò contradictio verbalis sola,
impediret executionem setētiæ, tunc
existimo, locū esse Regaliæ. quia cum
præcipuè attendatur; quod sententia
exequatur, quocunq; modo executio
impediatur, locus erit Regaliæ. iuxta
tradita per Calici. ad dictum vsati. si
quis contradixerit n. 3. vbi declarādo
quando vassallus dicatur contradicere
senjori accipere potestatem, ait. quod
73 tunc dicatur contradicere, quando
verbo, vel opere, talia facit, quod do-
minus, non possit potestatem accipe-
re. quia non refert, an verbis, vel facto
cōtradictionem fecerit, vt in l. certam
ff. si certū petat. l. nō codicillum, C. de
testamen. ex quibus concludendum
venit. quod, si contradictio verbalis
74 esset sufficiens ad impediendū execu-
tionem sententiæ, tali casu locus esset
Regaliæ. Cum effectus principalis se-
quatur contradicendo impediendo il-
lum. vt respectu donationis attestatur
noster Fonta. de pac. nup. tō. 1. clau. 4.
glos. 21. p. 2. n. 65.
Hæc autem contradictio seu con-
trafactio debet esse clara, & manifesta,
75 non verò turbida, & dubia. prout res-
pectu contrafactionis ad constitutio-
nes refert Egregius noster Fontane-
lla tom. 1. decis. 256. n. 19.

SVMMARIVM.

*Regalia capiendi bona, à contrahenti-
bus incestas nuptias, in quo cōsistat,
num. 1.*
*Nuptiæ antiquitus, inter certas personas
erant prohibitæ, n. 2.*
*Vxores binas habere, antiquitus erat pro-
hibitum, n. 3.*
*Recedere à marito: vxori an esset permis-
sum, n. 4.*
*Liberta à marito quando recedere lice-
bat, n. 5.*
Liberta an committeret adulterium, n. 6.
*Matrimonium cum liberta, an, & quo
tempore durabat, n. 7.*

Nuptiæ

Cap. 37. De Regalia capiendi bona à contrahentibus incestas nuptias.

1 
IVS huius Regaliæ, secundum Romanorum antiquam obseruantiam, consistebat in captione bonorum, à contracontrahentibus incestas
2 nuptias. Eo quod nuptiæ inter certas personas erant prohibitæ. de quibus in titu. C. de inces. nup. quæ dispositio diuersis modis consistebat. iuxta tradita per Afflic. in tracta. de fœudis titu. quæ sint Regalia, §. bona contra-
3 hentium incestas nuptias. Erat enim prohibitum binas habere vxores, l.1. §. fina. l. quid ergo. §.1. ff. de his qui no-
4 ta. infamia. tum, & erat prohibitum

liberatæ nuptæ domino, ab ipso discedere, & alio maritare ex l.1.C.eod, nisi ex consensu, vel permissu. ipsius hoc faceret. vt in l.fina.ff.de repudijs, quia secundum ius antiquum, liberta solum poterat, à domino marito rece-
5 dere, quoad recessum, quo durante,
non dicebatur adulterium committere, etiam si turpem quæstum sui
6 corporis faceret. l. penul. ff.de adulterijs, durabat tamen matrimonium quo ad hoc, quod ei non licebat, alteri nubere. l. 1. §. fina. ff. vnde vir,
7 & vxor. l. matrimonij. l. in eo iure, ff. eodem l. penul. ff. de diuor. erant
8 enim nuptiæ prohibitæ inter dominum, & ancillam. ex l.2. C. eodem, eo quod cum partus sequeretur matris statum, principio institu. de pa-
9 tria potestate. ne filius nasceretur seruus ex patre libero, prohibitum fuerant, dominum nubere stante ea
10 in seruitute. Similiter erant nuptiæ prohibitæ, inter vxorem fratris, seu cum duabus sororibus, l. fratris.
11 5. C. eodem, has enim, & similes nuptias, ius aborruerat, pœnas diuersas aduersus eas contrahentes, imponendo. quarum prima erat, quod ad
12 inuicem, maritus, & vxor, ex tali matrimonio, nil possent lucrari. l. qui contra. 4. C. de inces. nup. quod non solum erat intelligendum de eo, quod datum erat post nuptias con-
13 tractas, verum etiam de eo, quod ante eas fuerat datum. iuxta Tex. in dicta l. qui contra. ibi *Siue ante nuptias*, quod dicebatur datum propter nuptias, vt ibi glos. verbo *Donatum*, adeo quod: ab eis tanquam ab indig-
14 nis, quod datum fuerat, auferretur. & à Fisco vindicari. fuit sancitum, quod non ita absolutè sumendum erat. vt declarat Acur. in dicta l. verbo, *Fisco vindicari*, dicens, prædictam pœnam locum habere, eo casu, quo
15 vterque ex coniugibus scienter, nuptias contraxerant. nam si alter ex eis esset ignarus, tunc quod datum erat, remaneret pœnes donatarium, l. fina. ff. de lega. 1. l. cum hic status, §. fina, ff. de dona. inter virum, & vxorem, error verò debebat consistere in fa-
16 cto, non in iure, vt declarat Acur. ibidem, verbo *Errore acerrimo*. Errorem verò in facto interuenisse præ-
17 sumitur. si palam, & publicè fuerunt nuptiæ celebratæ. iuxta Tex. in l. fina. ff. de ritu nuptia. Sed hoc
18 casu antequam hæreditas per Fiscum auferetur, requirebatur, quod sententia declaratoria præcederet. iuxta
19 tradita per Boer. decis. 264. num. 10. cum sequen. quod ante eum præcensit Afflic. in tracta. de Regalijs. §. bona contrahen. inces. num. 2. Sixtinus de Regali. lib. 2. cap. 19. num. 44. Gaili. de pace pubb. lib. 2. cap. 3. num. 15. Minsinge. obser. 77. nu. 3. centu. 4.

20 Contrahentibus igitur similes nuptias, permissum erat, retinere bona durante eorum vita, l. si quis incesti. C. eod. filios tamen tales. neque vxo-
21 rem habere credant, eo quod, ius tale matrimonium non esse, declarauit. vt in authentica quibus modis, natura efficientur sui. §. fina.

22 Prohibuit etiam ius. quod ad inuicem nil sibi donare possent. neque in testamentis relinquere. quod si fecerint, totum illud Fisco pertineret. Talis autem, contrahens similes nuptias,
23 filijs ex priori matrimonio, cognatis & agnatis. vel donare, vel legare poterat. nisi consilium præstiterint, ad tales nuptias contrahendum. quia tali casu in totum excludebantur.

24 Pœna autem contrahentium incestas nuptias imposita fuit in authentica. incestas. C. de inces. nup. quarum prima fuit, confiscationis bonorum. qua omnia bona Fisco applicantur.
25 ex qua iuris dispositione ius hoc succedendi, Fisco competens, Regalia appellatur. & sic inter Rega-
26 lia connumeratur à Roscentaulo. tom. 1.

tom.1 de fœudis,c.5.de Rega.conc.58.
tradit.& sequitur Peregr.de iure fisci
27 lib.5. tit.1.à n.12. vbi limitat, in casu,
quo ipsi contrahētes incestas nuptias,
filios legitimos habuerint. quia hoc
casu,filijs applicatur hæreditas, quæ
28 patri aufertur, cum onere alendi pa-
trem.dicta authen.incestas.§.1. C.de
incest.nup.

29 Vt autem aliquis incidat in pœnas
dictæ authenticæ, requiritur. (vt di-
ctum est) quod scierint,eas esse inces-
tuosas,qui contrahebant,tempore ce-
lebrationis,secus verò,si scierint con-
tractis illis.quia vt dicit Peregr. vbi
30 supra n.13. lex punit contractum, se-
cundum Felin. in c.examinata col.4.
extra de iudicijs, glos. in Clemen.1.
de cōsanguini.& affini,Felin.in c.exa-
minata col.4.ex de iudicijs,Couar.de
sponsa.2.p.c.6.§.8.Afflic.de Regali.
§.bona contrahentium n.4.Duenyas,
in Regu.150.incipiente contrahentes
matrimonium.limita.1.vbi plures re-
censet.

31 Prædicta autem locum habebant in
contrahētibus incestas nuptias de iure
ciuili, inter gradus affinitatis,secun-
dum computationem graduum, quæ
fit de iure ciuili. quia est differentia
32 in computatione, quæ fit secundum
ius Canonicum, & secundum ius ci-
uile, vt dixi in meis varijs resolutio.
33 c.2.n.257. Prædictam autem pœnam
appositam, contrahentibus incestas
noptias,locum etiam habere,in com-
mitente strupum incestuosum attesta-
tur Roscen. de feud. c.5. de Regali.
concl.58.n.2.dicens,plures Authores
hanc fuisse secutos sententiam,quos re-
34 fert in additionibus littera B. licet
contrariam teneant alij,relati ibidem
littera C. inter quos est Afflic.in di-
cto tracta.de Rega.§.contrahentium
bona n.3.Igitur pœna,quæ ex incestis
35 nuptijs imponitur,est confiscatio om-
nium bonorum, in quam ipso facto
cadit ille,qui tales,nuptias contraxit.

Codex Fabri.eod,titu.defini.1. Iulius
Clarus. §.incestus. latissimè hæc ma-
teria tractatur à Codice Fabri.eodem
titu.per totū. & sic ius Regaliæ con-
36 sistit in hoc,quod est capere bona ab
eo,qui tales nuptias contraxit,ita Co-
dex Fabri.defini.1. ibi. *Non eo minus,*
37 *memoriam eius damnosus bonaq; vniuer-*
sa tanquam amissa iam, & publicata illi
qui hæredem se putabat, adimi oportet.
Pœna autem prædicta, licet à iure sit
imposita,ante executionem venit de-
claranda,vt supra tetigimus,ex Boer.
decis.264.à n.10.& maximè, n.12.

38 Sed quidquid sit de iure communi,
quod dicta pœna Fisco applicetur. In
Catalonia tamen hanc Regaliam,seu
eius exercicium practicari non posse
39 credo,absq.dubio.quia cum abdicatio
hæreditatis fiat in pœnam,& hæc ap-
plicetur Fisco,habetur pro vera con-
40 fiscatione. quæ in Catalonia non ha-
bet locum,nisi in duobus casibus, vi-
delicet. in crimine læsæ Maiestatis
diuinæ,quod est Heresis.aut in primo
capite læsæ Maiestatis humanæ. in
41 alijs verò casibus, & in alijs delictis,
etiam atrocissimis,prohibita est con-
fiscatio in hoc Principatu.& per con-
42 sequens. ius Fisco competens cessat.
& sic, ius auferendi, solum competit
substitutis,vel habentibus ius vniuer-
sale defuncti, actione iniuriarum. fa-
43 ciunt tradita per Don Ludouic.à Pe-
goer.decis.36. n.11. vbi ait. quod per
dictam cōstitutionem,est sublata ge-
44 neralis confiscatio bonorum , nisi in
dictis duobus casibus.Cancer. 3.tom.
varia.c.30.n.90.quod præcensit Calli-
ci.in Margari.fisci.dubi.6. n.21. vbi
45 loquens de damnatis ad mortem,
(quo casu de iure communi bona Fis-
co applicantur) ait,quod procedebat
de iure Romanorum. de iure verò
consuetudinario Cataloniæ non con-
fiscantur, sed successoribus applican-
tur.sequitur Fontanella to.1.decis. 94.
à num. 17.

SVMMARI.

Vndecupli

Vndecupli pœna quare sublata in Catalonia, n. 52.
Pœna duplici in Catalonia nemo puniri potest, n. 53.
Regalia huius Vsatici an locum habeat pro venientibus ad Reginam, n. 54.
Regalia huius Vsatici qualiter fiat, n. 55.
Regaliæ olim facile prouidebantur, n. 56.
Regalia hodie qualiter prouideātur, n. 57.
Laudamentum Curiæ pro quibus Officialibus prouideatur, n. 58.
Regalia quibus Officialibus prosit, n. 59.
Officialis quis vere dicatur, n. 60.
Officialis quid facere debeat, vt dicatur Officialis, n. 61.
Officialis quando reputetur particularis persona, n. 62.
Comissarij prouisi de Camera, non sunt Officiales, n. 63.
Pœnæ Regaliarum recuperantur via executiua vti debita fiscalia, n. 64.
Executio pœnarum cessat comparente reo intra Regios carceres, n. 65.
Regalia vsatici authoritate, & rogatus, est de superioribus, n. 66.

Cap. 31. De Regalia Vsatici authoritate, & rogatu.



1 EST, & de iure Cataloniæ, sub titulo de iure fisci, & eius Regaliarum, situs, & constitutus vsaticus quidam, qui incipit *Authoritate, & Rogatu*, quo cauetur, quod euntes, & redeuntes ad po-
2 testatem, idest ad Regem, seu eius Curiam, sint securi, sub pœnis in eodem vsatico contentis, refert Iacob. Cali. in Margarita fisci dubio 6. mihi pag. 76. num. 70. tractat de hac securitate Belluga in Speculo Princ. Rubri. 21. de Guidatico venientium ad Curias, ex cuius vsatici dispositione, solet ad
3 fisci instantiam formari processus, in Regia Audientia contra eos, qui contra faciunt dicto vsatico, vt ex infra dicendis, ad eius declarationem apparebit.

4 Hunc vsaticum conformem esse alio vsatico incipienti *Cunctis temporibus*, infra eodem titulo, attestantur Iacobus de Monte Iudaico, ad hunc vsaticum, in principio Don Ludoui. à Peguera in sua praxi. c. 14. vbi etiam di-
5 cit, similem huius vsatici dispositionem contineri in c. incipienti, *Aquesta es la pau*, & in §. *Axi mateix*, Regis Petri Primi in Curia Barcinone anni 1198. sub titulo de pace, & treuga. idem voluit Iacobus de Monte Iudaico ad hunc vsaticum dicens,
6 Hunc vsaticum, maximè ex tollere Principis potestatem, quæ non solum prospicit Regi, sed etiam suis inferioribus, & subditis, qui pro eius mandato, sub tutela, & securitate eius cōstituuntur.

7 Omnes igitur homines eundo, & redeundo ad Curiam, sub securitate Regis sunt, tam masculi, quam fœminæ, quia omnes comprehendūtur sub illo verbo *Homines*, quia hoc verbum
8 prolatum à lege, omnes comprehendit in casu, omnibus expectante, quo casu masculinū solet, & fœmeninum
9 comprehendere, non vi conceptionis verbi. Sed virtute idētitatis rationis, vt ex Dino in l. 1. ff. de verbo. signific. & per Cinum in l. quicunque, C. de seruis fugitiuis refert Iacobus de Mōte Iudai, ad hūc vsaticum, n. 1, Peguer. dicto c. 14. n. 2. verbo *Extenditur primo*.

10 Hæc autem securitas, primo conceditur deseruientibus, & habitantibus in domo Regia, seu Palacio, seu Curia, seu in eodem Ciuitate, seu Villa, seu Loco vbi residet Rex, seu Cu-
11 ria, iuxta tradita per Iacobum de Mōte Iudai. ad dictum vsaticum. & hoc videtur etiam innuere dicta constitutio sub titulo de pace, & treuga, sub
12 illis verbis, *Qui a la Cort vindran*, & in dicto

dicto vsatico , *Cunctis temporibus* :
ibi *Apud nos manentes*; quia,hi dicun-
tur stare in aliquo loco , qui in co-
habitant,& detinentur.quod declarat
13 Peguera vbisupra dicés, hanc staticá
esse intelligendá de illis,qui stát pro
negotijs Curiæ,nó de illis,qui veniũt
14 gratia deambulãdi. quia eũ hi nó ve-
niant caussa negociationis,& contem-
platione Curiarũ, non dicuntur gau-
dere prædictis gratijs,& prærogatiuis.
vt asserit Iacob. de Monte Iudaico in
dicto vsatico. Hoc probans argumẽto
Tex. in c.præsenti de præben. lib.6.
argumento etiam Tex.in l.non vere,
ff. ex quibus causis maiores.

Ex hoc vsatico , in vim Regaliæ,
15 solent procedere ad Fisci instantiam,
contra offendentes Regios Officia-
les.quia dicuntur esse sub protectio-
ne Regis,dum officiantur, & exercẽt
16 mandata Regis, vt infra dicam. Sed
sciendum est,quod ad hoc vt proce-
datur in vim Regaliç ex hoc vsatico,
17 est necessarium , quod euntes ad Cu-
rias, & redeuntes ab eis,vadant recta
via,non diuertendo se,nec eundo per
semitas,seu extraordinarias vias. neq.
nimia crastinando,& properando, vt
18 ex mente Iacobi de Móte Iudaico ad
istum vsaticum n.2.refert Peguer.vbi
supra. qui probat hanc resolutionem
argumẽto,l.penul.C.de nauicu.lib.11
eo quod debet fieri legitima dierum
19 connumeratio temporis,quo possunt
ire,& redire.probandus verò est dies
recessus per testes,seu legitima docu-
menta.quia non sufficit probare per
20 iuramentum partis, vt tradit Iacobus
de Monte Iudaico, n.1. verbo *Sed hic
quæro* . & vt directè quis teneatur ad
pœná huius vsatici,requiritur. quod
21 sciant,Itinerantes ad Curias ire.quia
cum sit ignorans, non videtur esse in
dolo,& sine dolo, nó dicitur,aliquem
22 deliquisse.l.in lege, ff.ad legem Cor-
ne.de sica.& qui non deliquit,non est
pœna aliqua plectẽdus.l.sancimus.C.
23 de pœnis.in princ.Sed quæri poterit,
quo modo hęc sciẽtia poterit probari.
dico.sufficere, quod Curia sit conuo-
cata.& quod ille,qui proficiscitur, sit
24 persona , quæ Curias ingredi possit.
quia eo quod Curiæ sunt conuocatæ,
& personæ sunt ex euntibus , & re-
25 deuntibus , præsumptio iuris pro eis
stat. & licet Iacobus de Mõte Iudaico
ad hunc vsaticum n.3.dicat.cautè pro-
cedere cum,qui ante quá à sua domo
26 recedat, notificat Vicarico suum iter
ad Curias , vt inimicis illius notum
faciat Vicarius , tamen hæc scientia,
solum noceret illis , cui facta fuisset
notificatio,non verò exteris.

27 Et licet , ex dispositione dictorum
vsaticorum securitas pro Curijs,eun-
do , & redeundo sufficere appareret,
tamen ad maiorem securitaté eorum,
28 ab anno 1481. Serenissimi Reges so-
liti sunt, mandare, quod publicetur,
quoddam edictum generale,quod per
Regem expeditur,in loco vbi resider.
& transmittitur Excellentissimo eius
Locumtenenti Generali , seu eo defi-
29 ciente,Expectabili Gubernatori , vt
ipsi illud publicare faciant, prout re-
fertur à Philipo Vinyes in suo tracta-
tu de conuo.Curi.discursu 8.n.22.vbi
30 n.39.asserit.quod dictum edictum ha-
buit principium à constitutione vn-
decima Curiarum Barcinonæ, cele-
bratarum per Serenissimum Regem
Ferdinandum anno 1481. quæ hodie
est constitutio septima sub titulo *Del
dret del Fisch* , quod quidem edictum
generale dicitur ; ex allegatis per di-
31 ctum Vinyes à n.62.cum sequen. vbi
n.173.probat,prædictũ edictum oriri
ex viceribus Curiarum , & constitu-
tionum. Ex quibus infercbat n.182.
quod publicato hoc edicto,Regia Cu-
32 ria procedit cõtra omnes,& quoscũq.
delinquentes, tam intra Cataloniam,
quá Comitatus Rossilionis,& Cerita-
niæ,siue sint iurisdictionis Regiæ, si-
ue Baronis delinquentes puniendo.

Et

Et licet videatur, vsaticum *simili*
33 *modo*, esse consonum huic vsatico *Authoritate, & rogatu*, cum ambo loquantur de obseruantia pacis, & treugæ. tamen inter se differentiam esse attestatur Philip. Vinyes vbi supra n. 186. & Guiller. de Vallesica ad dictum vsaticum dicens. quod vsaticus hic *Au-*
34 *thoritate, & rogatu*, loquitur de treuga data per legem. vsaticus verò *Simili modo*, de treuga data per Regem ex particulari rescripto, seu priuilegio. quod soli Regi, licet in Catalonia ex constitutione 13. Regis Iacobi Secundi.
35 Curiarum anni 1311. quæ hodie est constitutio 3. sub titulo de *Saluaguardas*, ibi *Que sie ajustat aqui*. de quibus caput separatum. factum est supra cap. 20.

36 In vim huius vsatici, formatur etiam Regaliæ processus, in vim laudamenti Curiæ. Contra eos, qui faciunt resistentiam Officialibus Regijs. æstimando iniuriam, & dapnum, vna cum vndecuplo, ocasione resiste-
37 tiæ. & sic fit executio contra bona. & personas delinquentium. cuius praxim, & modū tradit Dō Ludou. à Peguera in sua praxi. c. 14. mihi pag. 99 & sic oblata per Fisci Procuratorem
38 supplicatione narrādo factū, æstimādo iniuriā iu certa quātitate, data informatione, & ea recepta, fit prouisio per
39 Iudicem, qua prouidetur. quod pro dicta quantitate decernatur executio contra personam, & bona resistentis. & ita vidi practicari, in causa laudamenti Curiæ, in Regia Audientia prouisi, cōtra Bartholomeum Bosser, & Michaëlem Planes mercatores, ob inualidam per eos factam resistentiam
40 contra Nobilem Ioannē de Iunyent, & de Eril. Regentem Vicariam Barcinone. & similiter fuit practicatum in anno 1633. contra Nobilem Iosephum de Vilanoua, de Perpinyà. causa resistentiæ per eum factæ Subvicario Rossilionis. laudamentum hoc Curiæ modum confiscationis appellauit Fontanella tom. 1. decis. 94. n. 19.

41 Est tamen aduertēdum, quod si ille, contra quē decernitur executio. comparet in Regia Audientia, & mittat se intra Regios carceres, tunc est supercedendum in dicta executione. & non progreditur in ea ad vlteriora, quia eum procedatur contra eum ad puniendum, & executionem pœnæ.
42 cessat executio pro quantitate iniuriæ. nequis pœna pecuniaria. & corporali plectatur. contra cōstitutionem quartam Titul. *Dels bens dels condemp-*
43 *nats*. ex declaratione facta Regaliæ, in vim huius vsatici oriebatur. quod delinquentes in eo, tres pœnas habebant. Primam acuydamenti Potestatis. Secundam quod malum, per trāsgressorem lustentum, non emendabatur. Tertiam, quod Trāsgressor erat obligatus ad restitutionem rerum vna cum vndeclupo. iuxta dispositionem eiusdem vsatici.

44 In summa igitur. quotiescunq. ille, contra quem est factus processus laudamenti Curiæ comparuerit in Regia Audientia, & se inmiserit intra Regios Carceres, etiam si cepta fuerit executio in bonis, debet cessare executio iuxta coustitutionem finalem Titul. *Del dret del Fisch, y ses Regalias*.

45 Prædictæ autem pœnæ nō seruantur. Sed sunt sublatæ. quia licet ex dicto vsatico practicetur Regalia, verum pœnæ iu desuetudinem abierūt. vt attestatur Don Ludouicus à Peguera dicto c. 14. n. 2. §. quinto adeo
46 circa medium. vbi attestatur, quod hodie non dicuntur acuydati Regis. nisi dampnum datum euntibus. & redeuntibus ad Regem, seu Curiam, habeāt qualitates, comprehensas in constitutione Regis Ferdinandi Secundi, in secunda Curia Barcinone anni 1503.
47 quæ est constitut. 1. sub titu. *Quant sie licit à algu venjarse sens Iutge*, contra quam delinquentes. dicuntur *Acuydati Regis*.

Est

Est tamen aduertendum. quod licet delinquentes contra dictam constitutionem dicantur *Acuydats*, idest segregati à Principis gratia, iuxta tradita per Iacobum de Monte Iudai-
48 co vbi supra n.4.non tamen pro talibus habédi sunt, quousque voce præconia, vitute declarationis factæ in Regia Audieutia, fuerint publicati.vt refert Dō Ludouicus à Peguera dicto c.14. §.quinto, circa medium. Micaël
49 Ferrer 3.p.obser.c.422.n.8.vbi declarat verba dictæ cōstitutionis, & similium, in quibus disponitur. quod habeantur pro delinquentibus. nam adhuc requiritur Iudicis declaratio. Faciunt tradita per Alex. Moneta. de distributionibus quotidianis 3. p. q.7.n.72.Surdu. decif.25.n.9.Hieroni. Gonçalez ad Regulam 8.Cancella.glos.56.n.126.Leo decif. Valēti.62.
50 n.29. vnde apparet, requiri declarationem contra eos, qui damnum inferunt, vt pro acuydatis reputentur. quo modo autem fulminetur processus, & procedatur in casu prædictæ constitutionis *c o n instigant*. vide Don Ludoui.à Peguer.in sua praxi.crimi. num. 21.

Est etiam subblata alla pœna, quæ
51 ab vsatico imponebatur.videlicet.restitutio vndecupli, dampni dati.dissentiunt tamen Scribentes, indagando causam, ex qua fuit subblata. quia aliqui existimarunt, ne pœna saperet cōfiscationem, cum hæc vt dictum est
52 sit subblata in Catalonia. Don Ludoui.à Pegue.dicto c.14. pag. mihi 94. col.1. asserit, hanc pœnam subblatam
53 esse. ne quis duplici pœna puniatur. cum hoc etiam de iure Cataloniæ sit prohibitum. ex constitutione Regis Ferdinandi Secundi in prima Curia Barcinonæ anni 1481. quæ est constitutio 4. sub titulo *Dels bens dels condempnats*.

54 Hanc etiam Regaliam ex hoc vsatico, non formari cōtra eos, qui ofendunt venientes ad Curias cōtēplatione Dominæ Reginæ quod refert DōLudo.à Pegue. d. c.14. verbo *Tertio limita*.ex mēte Iacobi de Vallesica, hoc idē tenentis in principio dicti vsatici.

55 Debet etiam Relator, qui prædictā Regaliam est prouidendus. quod recepta informatione illius, faciat relationem in Regia Audientia, & facto verbo iuxta formā, & modum quem refert Peguera dicto c.14.in fine iux-
56 ta c.10.Curiarum anni 1599.quo(subblata facilitate, qua antiquitus solebant prouideri Regaliæ)fuit dispositum.quod à cætero eo tunc.non pro-
57 uideantur, nisi recepta informatione, & constito de delicto, & delinquentibus, contra quos fiet prouisio capturæ, vt in cæteris alijs casibus.

58 Est etiā aduertendum in declaratione huius Regaliæ. quando prouidebitur ob resistentiam factam alicui Officiali Regio. quod debet prius, & ante omnia constare. quod resistentia, &
59 iniuria, facta fuerit officianti in actu. vel causa ipsius officij. & quod sit verè Officialis. docendo de sua creatione, & præstatione iuramenti, & homagij.
60 & quód audierit sententiam excommunicationis. alias enim, non dicitur verus Officialis iuxta cōstitutiones c. 8. 9. & 11. Titulo *De offici de Veguer, Sotveguer*, &c. vt attestatur Oliba de actio 1.p.lib.3.c.4.n.26.vbi ait. quod
61 Officialis, qui in Catalonia se ingerit officio antequam prædicta fecerit, quod habetur tanquam priuata per-
62 sona. vnde Regalia hæc non potest declarari cōtra eos, qui se opponunt Comissarijs, quos appellāt, *Comissaris*
63 *de Cambra*. quia cum hi non sint creati iuxta constitutiones. nec fecerint prædicta, non reputantur veri Officiales Regij ordinarij. & sic eos non comprehendit huius vsatici Regalia.

64 Proceditur etiam declarata Regalia, quo ad laudamētum Curiæ, & executionem pœnarum, via executiua pro

pro quantitate declarata, pro iniuria, & deshonore, tanquam pro debitis Fiscalibus, vt tradit Iacobus de Monte Iudaico ad hunc vsati.n.5. Iacobus de Vallesica ibidem. quoadusque compareat ille, contra quem proceditur, quia comparendo cessat executio. & causa tractatur per defensiones sicut cæteræ criminales. quoadusque perueniat ad sententiam definitiuam, vel compositionem.

66 Hæc autem Regalia est de superioribus. & à Rege non potest separari, & sic, non poterit præscribi iuxta tradita in c. 42. vbi laté de præscriptione Regaliarum.

S V M M A R I V M.

R*Egalia* V*satici* Princeps Namque *refertur, n.1.*

V*saticus* Princeps Namque, *multos infudare fecit, n.2.*

V*satici* Princeps Namq. *dispositio, n.3.*

V*satici* PrincepsNamque *refertur praxis, n.4.*

Vassalli recusantes seruire tempore belli, ad quid teneantur, n.5.

Regalia *Vsatici* Painceps Namque, *in quo consistat, n.6.*

Rex quando possit vti hoc Vsatico, n.7.

Regalia Vsatici Princeps Namque, *est de superioribus, n.8.*

Barones non possunt iuuari à Vassallis, ex hoc Vsatico, n.9.

Principis *nomine quis cōprehēdatur, n.10*

Princeps Viuente Rege nil ordinat, n.11.

Prælati Ecclesiæ an nominentur Principes, n.12.

Principis nomen in hoc Vsatico, qualiter accipiatur, n.13.

Primogenitus an comprehendatur hoc Vsatico, n.14.

Sucursus in casu oppressionis, est de iure naturali, n.15.

Vim vi repellere licet, n.16.

Homines adinuicem teneantur se iuuare in casu necessitatis, n.17.

Cognatio inter omnes reperitur, habito respectu ad Adam, n.18.

Vassalli an teneantur iuuare suos dominos, n.19.

Membra omnia, capiti deseruiunt, n.20.

Vsaticus Princeps Namque, *quæ requirat ad executionem, n.21.*

Vsaticus Princeps Namque, *fuit publicatus anno 1637. n.22.*

Deputati se opposuerunt dictæ publicationi, num.23.

Dubium Vsatici Princeps Namque, *fuit declaratum in Regia Audientia, n.24.*

Vsaticus Princeps Namque, *fuit publicatus per Regem Ferdinandum Secundum, n.25.*

Vsaticus Princeps Namque, *quando locum habeat, n.26.*

Vsatici Princeps Namque, *conuocatio, quanto tempore duret, n.27.*

Curiarum tempore, an locum habeat Vsaticus Pcinceps Namque, *n.28.*

Pax, & treuga apponitur per Regem tempore Curiarum, & belli, n.29.

Præconitzata pace, Rex cognoscit de omnibus delinquentibus, n.30.

Præconia pacis, & treugæ, vbi tractetur, num. 31.

Præconia pacis, & treugæ, an fiant per Locumtenentem Generalem. n.32.

Præconia generalia quando fieri possint. num.33.

Præconiorum generalium validitas vbi tractetur, n.34.

Vassallos, non teneri expectare adiuuare Regem, existere in bello, n.35.

Belli timor obligat Vassallos iuuare Regem, n.36.

Vassalli quando teneantur præstare sucursum domino, n.37.

Vsaticus Princeps Namque, *an habeat locum in tota Catalonia, n.38.*

Vassalli tempore belli, an teneantur exire à Catalonia, n.39.

Feudatarij differant à Vassallis, in præstatione seruicij, n. 40.

Bellum defensiuum, differt à bello offensiuo, n.41.

Sucursus

Priuilegium

Causa

Cap. 39. Regalia Vsatici Princeps Namque. vbi de obligatione vassallorum iuuandi Principem.



1 VNA ex superioribus Regalijs, quæ Rex habet in Catalonia, est, ex dispositione vsatici *Princeps Namque*, qui est Tertius in ordine in volumine constitutionum
2 sub titulo de iure fisci. cuius intelligentia nos maximopere opressos habuit tribus ab hinc annis. in quibus Francigenæ inuaserunt hunc Principatum cuius vsatici dispositio, hoc
3 continet. videlicet. Si Princeps aliquo casu opressus steterit, vel ipse suos inimicos habuerit opressos, vel ipse Princeps audierit, aliquem Regem venire ad debellandum secum,
4 tunc certiores faciet suos vassallos, quod ad se properent. & hoc faciet, aut per litteras, aut per nuncios, aut alio modo asueto conuocandi gentes, vel cum *Farons*. & sic monebit omnes homines, tam æquestres, quam pedestres, qui legitimam ætatem
5 bellandi habent: etsi forsan prædicti homines, post quam moniti fuerint, non venient adiuuandum, quo citius poterint, omnia quæ pro Rege tenent, perdant. & illi qui pro eo non tenent aliquid, ipsi Regi enmendent damnum, quod ex suo fallimento euenerit, & deshonorem, cum *Haneve*, & Sacramento proprijs manibus interposito. eo quod nullus debet
6 esse homo, qui in tali opresione, Principi non assistat. Hæc est dispositio dicti vsatici. ex qua Regula generalis, quæ desumitur, hæc est. quod tempore opresionis Regis, tenentur vassalli illi asidere, quando con-
7 uocati fuerint per Regem, ipso existente castramentato. vel timente de Regis sui inimici obsidione. & in hoc consistit Regalia.

8 Hunc vsaticum esse de Superioribus Regalijs, & de gemmis ipsius Regis Coronæ, satis ex eius dispositione apparet, vt attestatur Marquil. ad hunc vsati. nota. 2. & 3. hoc idem dicit Iacobus de Monte Iudaico, ad hunc vsatic. Mieres ad constitutio. Reg. Petri Tertij in Curia Perpiniani pag. 383. in noua impresio. sub Rubri. declarationis huius vsatici *Princeps Namque*. ex quibus, imper-
9 tinenter animaduertebat Marquilles in notabili 8. quod si aliquis Rex veniret cõtra Baronem, quod ipse Baro. non posset se iuuare ex dicto vsatico.
10 eo quod prius dixisset idem Marquilles, quod sub nomine *Principis*. solum comprehendebatur Comes Barcinone, qui hodie est Serenissimus Rex.

vsatici, publicatur, duret dum bellum
existit. vel si fiat pro cōuocatione Cu-
riarum, duret, durantibus eousq. &
quo, Curiæ porrogatæ fuerint, vltra
28 duos menses, expletis illis cesset edi-
ctum, similiter finita Curia cesset,
quod si Curia iterum conuocetur, po-
terit etiam de nouo fieri edictum. pro
obseruātia dicti vsatici *Princeps Nam-*
29 *que*, sciendumque est, quod tempore
belli, & conuocationis Curiarum, so-
let Rex subditos Cataloniæ, & Comi-
tatum Rossilionis, & Ceritaniæ, sub
pace, & treuga sua ponere, edicta pu-
30 blicando, & eorum causa violatores
pacis, & treugæ ad suum tribunal tra-
hit, & de illis, etiam si vassalli Baro-
nis sint cognoscit. etiam si delicta sint
31 commissa extra Vicariam vbi Rex
residet, & de his præconijs, & edi-
ctis, quæ per Regem fiunt locuntur
constitu. 7. titu. de iure fisci. quæqui-
dem præconia possunt fieri per Lo-
32 cumtenentem Generalem. licet ali-
qui existimauerint, solum per Re-
gem fieri posse, non verò per Lo
cumtenentes. provt afirmatiuè latè
tradit Philipus Vinyes in dicto tra-
ctatu de conuocatio. Curia. discur. 8.
33 num. 19. cum sequen. vbi latè de ma-
teria præconiorum generalium, de
eorum valore, & cæteris circunstan-
34 tijs requisitis qatenus ad eorū obser-
uantiam, si obuiant, vel contrarian-
tur constitutionibus, pœnes quem
videri poterunt vbi latissimè omnia
examinantur.
Sed aduertendum est, iuxta tradi-
35 ta per Bal. in l. 2. ff. loca, quod vas-
salli conuocati per Regem, non de-
bent expectare, quod Rex existat in
36 actu necessitatis, sed quod sit consti-
tutus in iusto timore inuasionis, &
offensæ.
37 Hunc verò sucursum, tenentur
vassalli præstare Regi intra totam
Cathaloniam, loquendo generali-
38 ter de toto Principatu. quia extra
Principatum, homines vocatos vir-
tute huius vsatici non teneri iter
agere, declarauit Serenissimus Rex
Petrus, cum eius prouisione data
Barcinone 14. Calendas Augusti
1347. vt legitur in Regio Archi-
39 uo in libro intitulato in Gratia-
rum. 14. Regis Petri, de anno 1346.
& 1347. fol. 124. & tradit Mieres
(salua Regis clementia) ad constitu-
tion. Regis Ildefonsi Curia. Barcino.
cap. 4. mihi pag. 522. in nouissi.
num. 41. nam respectu fœudatario-
40 rum, alio iure vtimur. quod de-
clarat ibidem Marquill. notabili. 14.
quod fit in bello defensiuo. confir-
41 mans ex. cap. 39. commemoratio
Petri Alberi. vbi loquendo de su-
cursu, quem debent indistinctè præ-
stare omnes homines Regi, ait, in
42 illis verbis. *Car lo Rey appella aquells*
perque lo Regne no sie subiugat. qui-
bus verbis satis innuere videtur,
Regem attendere ad defensionem,
non verò ad offensam, omnes au-
tem homines, tam vassalli Baronum
43 quam Ecclesiæ, tenentur hoc iuua-
men præstare. vt ex practicis, &
obseruatione tradit Don Ludoui. à
Peguera dicta decis. 57. à num. 9.
Marquilles ad hunc vsatic. nota. 15.
Anto. Oliba ad vsatic. *Alium Nam-*
que cap. 8. num. 11. & sequen. ex-
pressè hoc idem attestatur. Ioann.
Garcia de Hispano. nobili glos. 2.
in princi. num. 39. & licet iste vsa-
44 ticus declaret, tunc vassallos tene-
ri præstare suum iuuamen Regi,
quando fuerint vocati, fidelitas ta-
men Cathalanorum, non expectat
conuocationem, quando casus immi-
net. neque expectat præsentiam Re-
gis, Sed cum assistentia sui Locum-
tenentis Generalis, obuiam inimicis
45 facit, pro vt euenit in anno 1573.
existente Locumtenente Generali
Don Ferdinando de Toledo Priori
Maiori Ordinis Sācti Ioannis in Reg-

no Castellæ, inuadentibus francigenis
hunc Principatum. idem iam antea
euenerat in anno 1570. existēte Lo-
cumtenēte Generali Principe de Me-
lito. idem euenit de anno 1553. exis-
46 tente Locumtenente Generali Mar-
chione de Agullar, & anno 1597.
existente Locumtenentem Generali
Duce de Feria. accedentibus Franci-
genis, ad Comitatum Rossilionis,
conuocatis Catalanis, solum cum lit-
teris ordinarijs, omnes accesserunt.
quia viderunt à notorio periculum
imminere. Catalani enim ad defensio-
nem Principatus, hucusque nullo alio
47 indiguerunt auxilio à cæteris Hispa-
niæ Regniculis, quod valde est consi-
derandum, maximè ab illis, qui Supe-
rioribus assistunt ordinibus, & iterum
dico. quod maximopere, considerari
debet. cum horum factum toti Hispa-
niæ prosit. Ostium enim est hic Prin-
cipatus ad totam Hispaniam. Quando
48 verò, dispositio huius vsatici, est in
executionem deducenda, debet fieri
conuocatio, in personam Regis. non
49 alterius. quia cum ex dispositione di-
cti vsatici, sit electa Regis persona, vt
ex verbis illius apparet, quæ ponde-
rat, & rectè Don Ludoui. à Peguer.
dicta decis. 57. à n. 16. cum sequē, ideo
quotiescunque fieret conuocatio alte-
50 rius nomine, nullius esset valoris. quia
actus, qui fit cōtra legem. habetur pro
infecto. l. non dubium, C. de legibus.
c. imperiali 25. q. 2. Mier. 1. p. cola. 6.
pag. 384. in nouis. n. 2. secūdum quam
praxim, dignatus est serenissimus Rex
51 Ildefonsus in anno 1431. demēse Ma-
ij, in Curijs per eū celebratis in Ci-
uitatē Barcinone, reuocare conuoca-
tionē factā virtute dicti vsatici, exis-
tente ipso extra Principatum. prout
legitur reuocatio in archiuo Regio,
in libro intitulato exerciciū Curiarū
1. Reg. Ildefon. de anno 1419. vsque
ad 36. fol. 133. idem fecit Serenissimus
Rex Petrus in anno 1347. de mense
52 Augusti reuocando conuocationem
à se factam, virtute huius vsatici, per
mediam personam Infantis Don Ia-
cobi sui fratris. cum conuocatio esset
53 contra thenorem dicti vsatici. & licet
aliqui existiment, in casu iustæ absen-
tiæ, vel legitimæ occupationis, posse
Regem, alicui de sua familia commit-
tere cōuocationem dicti vsatici, huic
tamen cōmissioni, fuit contra dictum
per Principatū, veluti in anno 1477.
in quo Regina Dona Ioana, Regina
Ciciliæ, filiæ Regis Ioannis. cum spe-
54 ciali facultate, conuocauit in exerci-
tu, contra francigenas inuadentes
Cataloniam, in parte vulgo dicta *Del
Ampurda*, & existente magna contra-
dictione, pro parte Curiæ Generalis,
tunc conuocatæ, ipso Rege Ioanne
continuando dictas Curias, ab anno
1475. vsque ad 1479. dictus Serenis-
simus Rex Ioannes, reuocauit conuo-
55 cationem factam, & omnia inde pro-
cedimenta per dictam Reginam. eius
filiam, & Procuratricem, vt legitur in
processu dictarum Curiarum, fol. 205.
Sed meo iudicio prædicta reuoca-
56 tio potius arguit mentem Regis. per
dictam reuocationem; noluisse decla-
rare nullam, dictam conuocationem
factam per dictam Reginam, ex de-
fectu potestatis. Sed voluisse eam re-
uocare, quatenus de facto processerat.
57 arguendo inde. Ius supremæ faculta-
tis, in Rege manere. neque eam in
58 casu necessitatis, à se abdicasse. vt ap-
paret, ex verbis formalibus quæ à
processu transcripsi, & sunt sequen-
59 tia. *Sa Magestat reuoca, ea per reuocada
ala dita cōuocatio, en virtut del dit Vsat-
ge per la dita senyora Reyna feta, è tots
actes, è anentaments, preconitzacions,
lletres, è altres coses, per la dita conuoca-
tio subseguides. Axi que per dita conuoca-
tio, è present acte de reuocatio sie adquirit,
è engendrat en esdeuenidor algun dret,
o prejudici en proprietat, è possessio a les
Regalies, ò prehemineneies del senyor Rey.*
ne

ne axi pot, a la Cort, ò Brassos, Estaments
de Vsatges, Constitucions, Vsos, y Costums.
60 Ex prædictis igitur verbis, clare
constat. Regem supremum ius Rega-
liæ, sibi competens, conuocandi per
alium, non posse alicui committere.
61 & in hoc consistit ius supremum hu-
ius Regaliæ. cæterum executionem
illius, post factam conuocationem, be-
ne posse Regem committere in casu
62 magnæ infirmitatis, seu iustæ absen-
tiæ. veluti, quod esset occupatus in
exceptione, & cõseruatione aliorum
Regnorum suorum. posse tamen per
63 vxorem, seu filios connocationem fa-
cere. quia ex iusta absentia, potest in
casu non permisso delegatio fieri. ex
64 l. nullus, qui nexu. C. de decurio. lib. 10
§. iubemus. in auth. de colatio. & in
§. nulla in auth. de defenso. Cinita.
Peguer. dicta decis. 57. n. 21. cui facul-
65 tati credendum est, in casu legitimè
necessitatis noluisse abrogare ex di-
cta reuocatione, sed solum reuocasse
quatenus de facto processit.
66 Certum est enim, casus necessita-
tis, non contineri sub lege prohiben-
te actum fieri. l. 1. ff. de excusatio. tuto.
l. vt gradatim. ff. de mune. & honori.
67 c. si quis propter necessitatem ex. de
fur. c. quod non est licitum de reg.
iur. in 6. Ludo. Roma. con. 394. faciũt
notata per Steph. Gratia. discepta. fo-
ren. tom. 3. c. 534. à n. 48. Capel. Tolo-
sa. decis. 157. n. 2. Osascus decis. Pede-
mon. 68. à n. 26. Surd, decis. 254. n. 29.
68 & quæ in casu necessitatis congelsit
Bouadi. in sua Politi. tom. 2. lib. 3. c. 4.
à n. 65. quam resolutionem præcensit
69 Don Ludoui. à Pegur. dicta decis. 57.
n. 18. ex alio fundamento, quam alle-
gatæ necessitatis, dicens. quod cum
vsaticus non loquatur in casu neces-
70 sitatis, vel infirmitatis Regis, quod
eius obseruantia, debet regulari ad
dispositionem iuris communis. vt at-
testatur, Marquil. hic, pag. 202. col. 1.
verbo *Quæro maximè iuris Canonici*.
ex dispositione Curiarum anni 1599.
71 c. 40. ius autem Canonicum à dispo-
sitione, & obseruatione iuris infirmos
excipit. c. si ęgrotus. 5. q. 3. c. Episcopus
ad Sinodum. c. placuit. 18. distinc. plu-
ribus alijs fundamentis corroborat
dictus Peguera hoc dictũ, dicẽs n. 20.
72 debere constare de graui infirmitate,
ex relatione medicorum. quia infir-
mitas debet esse eius qualitatis, quæ
sit impedimentum eam habenti. quo
73 minus suis rebus superesse non pos-
sit. ex l. quæsitum, ff. de re iudica. Pe-
guer. dicta decis. 57. n. 20. & licet Mar-
quilles in dicto vsatico. notabili 18.
hoc dubium tractet, & adductis ratio-
nibus supradictis, dicat. hoc dubium
indigere declaratione fiẽda iuxta mo-
dum per eum traditum. verum, cum
74 ex supra dictis, deficiente constitu-
tione, regulandus sit casus. ex disposi-
tione iuris communis existimo. in ca-
su necessitatis, & infirmitatis posse
Regem, executionem committere
alicui ex suo sanguine. vel eius Lo-
cumtenenti, & Capitaneo Generali.
75 Hæc autẽ. quæ de necessitatis tem-
pore dicta sunt, magis disputationis
gratia tradita censentur, quam vrgẽ-
tis euentus. Nam experientia, quæ
cunctorum mater est, satis omnes do-
cuit. tẽpore necessitatis in hoc Prin-
76 cipatu, non esse necessarium, quod pu-
blicentur præconia, nec expediantur
litteræ. quia peruento rumore certo.
de inuasione Inimicorum, obuiam eis
exeunt omnes Catalani. vt ex relatis
exemplis, satis manifestum appatet.
77 Quando verò Rex conuocauerit
Principatum, virtute huius vsatici.
non debet (salua sua clementia) ho-
mines extra Cataloniam ducere. vt
fuit declaratum per Serenissimum
Regem Petrum. cum eius prouisione
78 14. calen. August. 1347. vt constat in
Regio Archiuo in libro intitulato.
Gratia. Reg. Petri 14. de anno 1346.
1347. fol. 124. vbi videas,

Hæc

79 Hæc autem conuocatio, & prosecutio congregandi homines, in vim huius vsatici, non est iudicialis, sed extraiudicialis. quia cũ magna fuisset altercatio, circa modum conuocandi, & congregandi gentes, tempore Regis Petri anno 1361. eo quod Franci-
80 genæ, volebant inuadere hunc Principatum, & cupiens dictus Rex procedere in vim huius vsatici, congregauit varios Iuris Doctores, & ab eis suscitauit, quo modo ad praxim esset deducendus dictus vsaticus. quibus
81 iũctis.certam, & perpetuam formam stabilierunt, congregandi gentes. resoluendo, etraiudicialiter esse procedendum, in executione illius. quam formam in diuersis libris in Regio Archiuo reconditis continuare fecerunt. & inter alios est registrata in Regestro vsatici *Princeps Namque*, de tempore Regis Petri de anno 1361. vsque 1369, fol.1. vbi legitur, hanc connocationem,& declarationem factam fuisse die 20. Augusti 1461. formam autem dictatum litterarum, hic inserete decreui, quæ est thenoris sequentis.

82 *En Pere per la gratia de Deu,&c. Als Duchs, Marquesos, Comtes, Vescomtes, Barons, Caualers, Homens de Paratge, Ciutadans, Homens de Vilas, en tots los Poblats de Catalunya, ara sien vassalls de Barons, ara sien vassalls de Iglesia, ò vassalls de qualsevols altres personas. Per quant hauem entes de personas dignas de fe, que venen grans companyas de gent de apeu, y de cauall, contra nosaltres pera inuadir nostra terra, volent entrar en Rosellò, y en aquest cas en virtut del vsatge* Princeps Namque, *sien tingats tots à socorrernos, y ajudarnos* (posant lletra, y dispositio del vsatge cõcion) *manam à tots, sots las penas de dit vsatge, que acudian a las parts de Rossellò à ajudarnos*, pro secuntur litteræ. Ex quarum litterarum thenore cons-
83 tat. iudicialiter non procedi ad denuntiationem, nec receptionem informationis, sed solum motus causa est, quia sic Rex de prædictis est informatus, & certior factus de dicta prætensa inuasione. Prædictis igitur litteris sic expeditis per nuncios mittuntur ad Barones, Vicarios, Ciuita-
84 tes, & Villas, & mandatum Sagionibus, & Porterijs deferentibus dictas litteras, quod in ingressu territorij, siue villæ, aut loci, inmitant ipsi sonum *Via fora Princeps Namq.* & quod publicent edicta quibus præcipitur, quod omnes homines accedant ad loca assignata. iuxta quam ordinationem fuit obseruatum. quotiescunque euenit similis casus.

85 Hæc conuocatio fuit facta de anno 1361. eo quod properabat exercitus, licet non sub disciplina alicuius soberani Regis, sed Nobilis Iacobi de Mompeller spoliati à Regno Maioricarum, & Comitatum Rossilionis, & Ceritaniæ. & ex eo, quod Rex non præherat dicto exercitui. Nobilis Don Bernardus de Cabrera, & alij
86 sibi associati, se excusarũt eundi. prætendendo. quod dispositio dicti vsatici solum habebat locum, quãdo exercitus properabat sub Militia alicuius
87 Regis. non verò quando gentes exteræ, veniebant sub Militia alterius non Regis, seu Potestatis. qua cõtrouersia existente die 14. Decemb. 1361. fuit facta solemnis declaratio. quæ est in dicto processu, fol. 46. de qua mẽtionem facit Marquilles ibidem notabili 16. in & cum qua fuit declara-
88 tum, quod iste vsaticus *Princeps Namque*, habet etiam locum licet in exercitu non præsit Rex, seu Princeps. sed sufficere. quod inimicus, qui aduentat, sit eius conditionis, quod timorem inmitat in animum Regis. &
89 quod appareat Regi, quod indiget auxilio, relinquendo eidem Regi soli, declarationem huius necessitatis, absque concursu alicuius personæ. quod

90 quod quidem iuridicum est. cum soli
Regi expectet decernere ea, quæ suã
personam tangunt. vnde in executio-
nem dictæ conuocationis, nullæ pro-
91 uisiones iuridicæ, registratæ reperiũ-
tur. est tamen sciendum. quod licet
non fiat inuasio per inimicos, in to-
tum Principatum, sed in parte illius,
poterit inmitti iste vsaticus. cum hoc
tamen discrimine; seu moderamine.
92 quod non erit cõuocãdus totus Prin-
cipatus, sed sufficient gentes conuici-
næ illius districtus, vbi est rumor ini-
micorum. prout fuit declaratum per
93 Serenissimum Regem Petrum in an-
no 1356. in quo de mense Augusti,
Galileæ Genuenses inuadebant partes
94 maritimas Gerundæ. vt refert Mar-
quilles notabili 17. hoc idem refert
Marquilles, pag. 201. verbo *Quæro ter-
tio*, & Guiller. de Vallesica. ibidem, n. 2
sed notat Marquilles, fol. 202. verbo
Quæro duodecimo, quod hoc casu tenẽ-
95 tur ire personæ exemptæ, etiam vir-
tute priuilegij, non faciendi hostem
nec caualcatam, nec contribuendi ad
redẽptionem. quia cum practica hu-
96 ius vsatici, sit in fauorem Regis; pri-
uilegium concessum franquitatis, non
intelligitur in eius odium concessum,
cum priuilegium nõ retorqueatur in
odium concedentis. quia in generali
sermone, non comprehẽditur perso-
97 na loquentis. l. inquisitio. C. de solu-
tio. iuncta glos. 1. l. qui insulam. §. fina.
ff. de Senato. facit Tex. & ibi Scriben-
98 tes in c. petitio 31. ex. de iure iuran. vbi
iuramentum non comprehendit per-
sonam loquentis de rebus alienis, in
proprio facto. notat tamen dictus
Marquilles post dictum notabile 17.
in 2. quæstione, quam inserit ibi pag.
201. col. 1. vnum. quod si bellum exis-
99 teret intra magnates huius Principa-
tus, veluti Comitem de Foix, vel Co-
mitem Cardonæ. (quos dictus Mar-
quilles nominat) tunc non haberet
locum iste vsaticus.

100 Sed cum certum tempus, non sit
ex hoc vsatico stabilitum, intra quod
comparere teneatur, videndum est
quod tempus indulgeatur conuoca-
tis, ad comparendum in loco destina-
to, & hoc arbitrio Regis, seu eius Lo-
101 cumtenentis erit taxandum. qui ha-
bito respectu ad loci distantiam, &
alia requisita, arbitretur, quãtum tem-
poris sit concedendum. argumento
l. aut certe. ff. de oper. liber. vbi liber-
tis congruum tempus præfinitur, vt
operas edãt. & quæstum faciant, vnde
102 ali possint, & habere dispositum. & si-
militer, & in Reis obligatis, ad com-
parendum, certum tempus postquam
fuerint requisiti indultum à iure fuit
iuxta l. 1. & toto titulo. & vtrobique
Accur. ff. de requiren. Reis Marqui-
103 lles ibidem pag. 2. fol. 201. col. 2. ver-
bo *Quæro quarto*. faciunt tradita per
Socar. ad consuetud. Catalo. c. 7. quan-
do debet, & quando non debet reddi
potestas num. 23. vbi ait, quod quando
104 non est præfinitum tempus, ad faciẽ-
dum seruicium, quod arbitrio iudi-
cantis, est præfigendum, licet autem
dictum sit omnes homines debere
occurrere adiuuamen præstandum.
105 Tamen hoc, cum distinctione, est ac-
cipiendum videlicet. quod vnus de
qualibet familia, & domo. & sic pra-
cticatum fuisse refert Marquilles ad
106 hunc vsati. fol. 201. pag. 2. col. 1. ver-
bo *Quæro quinto*, vnde dicebat. quod si
pater habet filium non emancipatum,
107 sed in sua potestate. cum in iure pro
vna, eademque persona reputetur. si
pater ad exercitum vadit, filius non
108 tenebitur ire. quod probat Marquilles
ex l. 1. C. de honor. & mune. non con-
tinuandis inter patrem, & filium
lib. 10. dicens. quod verbum illud *Om-*
109 *nes*, debet intelligi iuridice. & sic ser-
uari attestatur, nisi esset vrgens ne-
cessitas. quia ea extante, indistincte
110 omnes tenentur ire. mulieres verò
non tenentur ire, propter eius inha-
bilitatem

111 bilitatem in armorum exercicio,plu-
ribus relatis, refert Don Ludouicus
á Peguera dicta decis.57. n.24. cum
sequentibus.nec minores viginti an-
112 norum,quia licet controuersum esset,
an teneantur ire maiores quatuorde-
cim annorum, vt refert Marquilles,
fol.102. pag.col.1. verbo *Quæro qua
ætate*.dicit tamen verius esse. non te-
neri minores viginti annorum, pro-
113 perare ad exercitum,quod etiam tra-
dit Guillerm. de Vallesica, ad vsati.
Bataya.n.26. nec etiam homines,qui
ex defectu naturali impediuntur ar-
114 ma gestare, quales sunt claudi, vel
morbosi.l.3.§.ad idem,ff.de re milit.
l.commeatus eod.titu. l.si cui.§.fina.
ff.ex quib.caus.maio.Peguer. ibidem
115 n.23. excusantur etiam Senes. qui ad
dictam conuocationem non tenentur
ire.quia Senex,ad bellum inutilis re-
putatur. Sed difficilè apparet, regu-
116 lam certam statui posse, cum videa-
mus, diuersa gesta hominum, in ma-
turissima ætate, prout inter alia re-
117 fert Bouadilla in sua Politica tom.1.
lib.1.c.7. n.16. dicens *Masinissam*, in
ætate nonaginta annorum,equitando
currere sine stragula, siue *Cella,sed en
pelo, siue en cerro*. vt Hispanæ loquar,
& de alijs senibus. in qua ætate vere
118 senex quis dicatur. tractat Marquill.
in vsati. *Senex*, & in hoc eodem vsa-
tico. & controuersam opinionem,
circa ætatem sexaginta vsque ad sep-
tuaginta annorum, Peguer. dicta de-
cis.57.n.31. resoluens in fine. ætatem
robustam esse intelligendam, iuxta
119 tradita per Iacobum de Vallesica. in
vsati. *Senex*.& in vsati.alij.vbi ætatem
sexaginta annorum iudicant pro le-
gitima senectute.licet Marquilles vbi
supra,septuaginta annorum velit esse
ætatem excusationis.sexaginta tamen
postea asserit sufficere, ibidem verbo
Quæro.ita glos.in vsati. *Ex si quis*, n.1.
pœnes Iacobum de Monte Iudaico,
fol.110. quamuis. Tex.in l.manifesti
120 iuris 3. C. qui ætate, vel professione
se excusant lib.10.ætas quinquaginta
quinque annorum, sufficiet ad excu-
sandum aliquem à munere personali.
certam verò regulam non dari, ait
Marquilles vbi supra col.2. Infirmi
etiam non tenentur ire,dum existunt
121 in infirmitate,nec valitudinarij. sunt
autem isti,qui continuo aliquo mor-
bo sunt affecti. veluti. Etici, Thisici,
vel qui morbo laborant volgariter
122 appellato de *Asma*, ò *de Sant Pau*.
Marquilles vbi supra. Pauperes etiam
qui non habent in bonis,non tenen-
123 tur ire, ne fame pereant. vt latè de
effectibus paupertatis aliqua retulit
Peguer.dicta decis.57.n.32.nisi Prin-
124 ceps eis præstaret alimenta,quia tunc
non excusarentur propter paoperta-
tem.& ei debent tunc operas præsta-
re.argumento l.suo victu, ff.de oper.
125 liberto.resoluens ibidem n.34. cleri-
cos non teneri ad præstandum dictum
auxilium.vt latè per eum ibidem.Mi-
126 nores etiam viginti annorum attes-
tatur Marquilles dicto fol.101.pag.2.
127 verbo *Quæro septimo*.Iurisperiti etiam.
qui aduocationis officio funguntur
non tenentur ire.quia hi ab omnibus
oneribus personalibus sunt exempti
l.sancimus.C.de aduo.diuer. Iudicio.
Ex verbis ipsius vsatici infertur.
quod non debent expectare,quod iste
vsaticus publicetur,vt gētes tenean-
tur obuiam ire, vbi Princeps sit ob-
sessus, idest vallatus, & circunductus.
vt interpretatur Marquilles ad hunc
vsati.fol.202.col.2. circa finem,vt in-
129 sinuant illa verba *Serà asitiat*. si verò
timetur, vel rumor percipiatur, de
aduentu Regis inimici, vt insinuant
verba huius vsatici, ibi, *O oyrà algun
Rey, ò Princep venir*.ex quibus satis vi-
deatur, timorem aduentus sufficere,
vt omnes vadant adiuuandum Prin-
130 cipem,cum armis.quo casu requiritur
conuocatio. nec obstant prima verba
vsatici.ibi *Lo Princep si per qualque cas*

serà

ferâ assistat. quia hæc aponuntur ca-
su quo ex obrupto, & inopinate, fue-
131 rit circunductus. nam hoc casu suffi-
cit sciencia oppressionis, vt vadant
sine conuocatione, vt proximè di-
ctum est.
132 Et licet delatio armorum sit pro-
hibita.ex l.vni.C.vt armo.vsus lib.11.
iuncta glos.verbo *Mouendorum*, intel-
ligendo de portu eorum. tum, & ex
generalibus constitutionibus huius
Principatus, suo titulo de prohibitio
de armes,cum armorum prohibitio
133 sit de Regalijs, iuxta tradita per Pe-
regrin.de iure fisci.titu.1. à num.14.
cum sequen.Farina.de indicijs.& tor-
tu.q.52. licet in Catalonia in totum
non sit prohibita armorum delatio,
134 sed aliquorum,iuxta tradita per Don
Ludouic. à Peguera tom.1. decis.56.
vbi etiam loquitur iuxta thenorem
huius vsatici.tamẽ videtur se adstrin-
gere ad arma prohibita. non verò ad
reprobata. Sed experientia nos docuit
135 hoc anno 1638. in quo est bellum in
dictum contra Francigenas, ratione
fortalicij de Leucata, quibus tempo-
ribus, milites publicè deferebant
instrumenta tormentaria manualia,
vulgo dicta *Pistoles*.& sic quotiescũq.
136 iste vsaticus deduceretur in executio-
nem,dico. quod permissum est omni-
bus hominibus, quæcunque arma ha-
bere in domibus suis, & ea portare,
quia hoc tempore, permissio Regis
existit,propter publicam vtilitatem,
& necessitatem. Hæc resolutio pro-
batur argumento ex l.si tamen, ff.ad
Macedonia.videlicet. hanc consuetu-
137 dinem cum Principis tolerantia, esse
veram interpretem huius vsatici. vt
ex mente constitutionis Iacobi Se-
cundi c.29. in Curia Gerundæ anni
1321. quæ est constitutio 4. sub titu.
obseruat.constitu.& ex constitutione
Regis Ioannis Secundi c.53.in Curia
Montisoni,ann. 1470. quæ est cons-
titutio.9. eod. titu. & ex constitu.10.
eod.titu.probat Pegue.dicta decis.56.
num.4. nulla enim melior est inter-
138 pretatio quam illa, quæ ex obseruan-
tia inducitur. vt ex diuersis authori-
tatibus refert Egregius Fontanella
tom.1. decis.85. n.25. vnde clare di-
cendum est.dicta arma reprobata, eo
tempore libere per eos, qui bello
assistunt, portari posse, deuiq. & reti-
nere. absque in cursu alicuius pœnæ
quia posterior consuetudo, derogat
139 prioribus secundum Angel. in l. de
quibus.ff.de legibus. quia nullum ius
est impositum,quin cõsuetudine non
140 possit murari.secundum Bal. de pro-
hibi.feudi aliena.per Federi.§.præ-
terea. maximè accedente Principis
tolerantia. iuxta tradita per Marqui.
ad hunc vsati.fol.203. in princi.col.2.
& in fine cum sequen. vbi refert de-
cisionem Serenissimi Regis Arago-
num.Prædicta autem cõuocatio, non
141 solum potest fieri pro defensione to-
tius Principatus, verum etiam,& par-
tis illius. licet in contrarium obstare
videatur glos.in Cano. de forma 22.
q.2.quam interpretatur Don Ludoui.
à Peguera dicta decis.56.n.8.referens
diuersos casus,in quibus,dum inuasio
142 fiebat in parte Principatus, obuiam
fecerunt gentes illius. Sed hoc casu
quo fit inuasio alicuius partis Princi-
patus, pro defensione illius, sufficit,
quod circumuicini properent ad iu-
uamen præstandum, si eorum nume-
rus est sufficiens. quo casu, si vicini
non sufficiunt, necessario omnes ire
debent.Marqui.ad hunc vsati.fol.201.
pag.1.col.2.circa finem.
143 Licet autem hoc seruicium, quod
Principatus Cataloniæ tenetur præs-
tare Regi, sit personalissimum, cum
omnes personaliter teneantur acce-
dere,& non possint de iure communi
redimi pecunia ipsa opera,iuxta iura,
quæ allegat ad hoc institutum Don
144 Ludouicus à Peguera dicta decis.56.
n.14. in principio. tamen attestatur
de

de mente Ioannis de Socarrats in c.si
145 aliquis dominus à n.87. cum sequen-
tibus , quod in Catalonia fuit execu-
tio huius vsatici redacta cum pecunia.
non tamen posse Regem (salua sua
clementia) obligare Principatum ad
luendum cum pecunia prædictam
146 obligationem.ad quam redemptionem
perspexisse videtur caput 89.consue-
tudinum Barcinone vulgo dictarum,
Del recognouerunt Proceres,vbi eximit
septuagenarios, & mulieres ab obli-
gatione eundi ad bellum,disponens.
quod si forsan talis obligatio fuerit
147 pecunia redempta. eo casu, illi (qui
excusati erant) teneantur pro sua par-
te contribuere.ex quo apparet, quod
excusantur prædicti a præstatione ser-
uicij personalis,non verò pecuniarij
si pecunia redimatur. quia pecunia à
quolibet præstari potest.

Est etiam aduertendum, ex dispo-
148 sitione huius vsatici. quo ad obliga-
tionem ex eo inductam adiuuandi
omnes in bello Regem. quod licet
fœudatarij essent liberi ab omni ser-
uicio,eo quod in inuestitura,fœudum
sit concessum francum , & liberum
à quolibet seruicio,tamen in casu in-
minentis belli, talis fœudatarius non
esset liber ab omni obligatione iu-
149 uandi.quia licet non teneatur ratione
fœudi,tenetur tamen ex hoc vsatico,
tanquam vassallus. iuxta notata per
Antoni.Monacum.in tracta. de recta.
fœuda. interpreta.c.57. parti.9. n.14.
vbi ait. quod stante inminente cir-
150 cunstantia grauissimi periculi, etiam
si fœudum sit francum, & liberum ab
omni seruicio, possunt cogi vassalli
ad contribuendum. quia tali tempore
151 imminentis periculi, omnia priuile-
gia, & immunitates conquiescunt. ex
Iass. in l. si ex toto.8. n.7. de lega.1.
Thesau. decis.168. n.15.

152 In vltimis tandem verbis dicti vsa-
tici disponitur.quod si ille,qui potuit
Principi auxilium præstare , fallie-
rit, & non fecerit, quod facere pote-
rat,pœna amissionis omnium bono-
rum. quæ pro Rege tenet afficiatur.
& qui honorem per Regem non ha-
153 buerit,enmendet illi fallimentum, &
deshonorem, quem ei fecit, cum Sa-
cramento,& suo hauere,manibus suis
proprijs iurādo.Sed quid nomine *Ha-*
uere , comprehendatur ? Calicius in
Margarita fisci dubio 7. in Rubri.de
154 pœna confiscationis bonorum, & ha-
uere.n.2.se remittit ad dictum Baldi.
additionibus ad Specula.2.p.Titu.de
senten. verbo quid includatur nomi-
ne *Hauere*. Sed nunquam inueni tale
dictum in Baldo. licet valde insuda-
uerim. Sed dictum vocabulum barba-
rum reputo,non Latinum.quia neque
155 in vocabulario , neque in Calepino
illud inueni . Sed iuxta contextu-
156 ram dicti Calicij,& Marquilles dico.
quod significat totum patrimonium
illius qui falliuit. ex prædictis igitur
verbis vsatici euidenter apparet,eum
157 qui falliuit duplici pœna puniti. Pri-
ma in amissione omnium bonorum,
quæ habet sub dominio Regis. quan-
do verò nil habet sub dominio Re-
gis,de alijs bonis debet facere enmē-
dam, idest hauere.& cum iuramento
proprijs manibus præstationē,vt dictū
est.quid autem sit enmendam facere,
158 cum hauere,declarat Iacobus de Mō-
te Iudaico. ad hunc vsaticum dicens.

Quod ille,qui fallierit,tenetur iu-
rare se pro deshonore facto , teneri
in tanta certa quantitate , & non in
plus . quod idem attestatur in vsati.
camini,& stratæ in fine vbi ait. quod
159 pœna hæc vsaticorum est vndecupli,
quæ est subrogata in locum quadru-
pli, quæ de iure digestorum obserua-
batur.& in vsati, *Ex Magnatibus* circa
medium. Sed melius in hoc vsatico,
160 vbi ait,quod prius debet fieri taxatio
per Iudicem, qui iudicialiter taxabit
enmendam fiendam.quia si prius non
fieret taxatio , esset in manu iurantis
æstimare

æstimare in nihilo deshonorem fa-
ctum. quod maximè est attẽdendum,
161 quia si pro alijs vsaticis, qui respiciũt
personas particularium, æstimatio fit
in duplo, vt ait Iacobus de Monte Iu-
daico in fine, quanto maioris æstima-
tionis ratio habenda erit, de desho-
nore fact. Principi. Iacob. de Monte
Iudaico ad vsatl. Camini. in fine Mar-
qui. hic fol. 204. col. 2. circa medium.
Sed licet Marq. ad hunc vsaticum
162 pag. 204. col. 2. circa finem videatur
esse in opinione, quod Rex teneatur
iuramentum præstare, ex illis verbis
Iuxta quod quæro si non habet in ære quantum Princeps iurauerit, quibus ver-
bis videtur innuere, iuramẽtum per
Principem esse præstandum.
Sed meo iudicio iuramentum à vas-
163 sallo fallente seruicium, est præstan-
dum, si verba rectè perpendantur
dicti vsatici, quæ diriguntur ad fallen-
tem. cum in dicto vsatico legãtur hæc
verba formalia: *Enmendet illi fallimentum, & deshonorem quam ei fecit, cum hauere, & sacramento manibus proprijs*
164 *iurando*. quæ verba si ad Principem
referuntur, sensum dicti vsatici ter-
giuersarentur. & sic sunt intelligen-
da, quod dictum iuramentum debeat
præstari per vassallum fallentem ser-
165 uicium. nec mirum, secundum decla-
rationem Marq. in hoc vsati. fol. 204.
pag. 2. col. 1. circa medium. qui decla-
rat dictum superius, dicens. quod casu
quo, iurans æstimaret iniuriam in mi-
nima quantitate, reduceretur valor ad
iustũ valorem arbitrio boni viri, ex
166 l. ementis. C. de contra. emp. & l. fina.
ff. de lega. 2. quælibet enim dispositio
absolutè facta, regulatur à boni viri
arbitrio. quæ materia latè traditur à
doctissimo Menochio de arbitra. lib. 1.
q. 6. cum sequen. vsque od quæst. 17.
167 Sed resolutio dicti Marquilles non
sequatur. cum per Iudicis declaratio-
nem æstimatio fiat, quæ loco pœnæ
succedit.

168 Pœna vero declarata, si vassallus in
bonis non habeat, in corpore lui non
potest. ex resolutis per Marquil. dicta
pag. 204. col. 2. in fine verbo *Et si quæras*
169 *ras* licet Mier. ad consti. Regis Ilde-
fonsi in Curia Barcinone col. 11. pag.
221. in noua impressi. à n. 58. contra-
170 rium prætendat. quod non habens in
ære, luat in corpore. Tamen cum ex
supradictis appareat, quod æstimatio
admittitur in pecunia, ea deficiente,
171 per remedium cessionis ei succurre-
retur. Don Ludouicus à Peguera to. 1.
decis. 6. per totam. de hoc iuramento
prædicto præstando, quod loco pœnę
imponitur, meminit Anto. Oliba de
actio. to. 1. lib. 3. §. pœnales n. 103. Cali-
ci. in Margari. fisci. dubio 8. casu 184.
qui in septimo dubio. Rubri. de pœ-
na, quod quis iuret Principi. pag. 94.
attestatur, hoc iuramẽtum in quatuor
172 vsatis habere locum. videlicet in vsa-
tico. *Camini. & stratæ*. in vsatico *Princeps Namque*, in vsatico *Authoritate, & rogatu*. & in vsatico *Ex magnatibus*.
expressè dicens. quod iuramentum
hoc, per vassallum est præstandum. &
173 dicit dictus Calicius ibidem, quod
dictum iuramẽtũ, non potest præstari
iuxta vsaticorum dispositionem, sed
174 quod iuret pro quinque solidis, cum
eorum augmento. ex quibus verbis
potest inferri. quod talis fallitus in
seruicio, potest comparere coram Re-
175 ge, dando supplicationem, in ea nar-
rando factum, firmando ius, & de iu-
re pro quinque solidis, vel duplo iu-
rando se maluisse, de suis proprijs
bonis tantam certam quantitatem
amisisse, quam talem deshonorem
Regi fecisse, promitendo eidem de
Iudicio sisti, & iudicatum soluendo.
176 per quam comparationem, dictus vas-
sallus purgat contumatiam fallimen-
ti. & postea, quando fuerit condem-
pnatus, soluet quantitatem taxatam
cum sententia, pro deshonore quem
fecit.

177 Sed nunquid hæc pœna pecu-
niaria, casu quo condempnatus non
habeat vnde soluat, posit in corpo-
ralem commutari, licet aliquid supra
dictum sit, iuxta tradita per Don Lu-
douicum à Peguera tom. 1. decis. 6.
num. 14. dicendum est, posse lui in
corporalem. quia quoties pœna pe-
cuniaria est Fisco applicanda, si pe-
cunia non extat, luitur in corporali.
quod confirmat ex Couar. variar. re-
solu. cap. 1. num. 8. verbo *Hæc commu-
nicatio*, quãto magis vt dicebat dictus
178 Peguera ibidem num. 10. quod pœna
decendens ex iniuria. conuertitur si
pecuniaria est, in corporalẽ, ex Ioan.
Fabro. §. fina. insti. de actio. num. 4.
Angel. ibidem num. 5. sequitur Boeri.
decis. 349. num. 8. Innocen. in cap.
Odoardus de solutio. verbo *Si autem
quis conueniatur actione iniuriarum.*
179 De pœnis autem vsaticorum multa
esse inmutata ratione constitutionum
post dictos vsaticos factarum, attesta-
tur Anto. Oliba ad dictum §. pœna-
les tom. 1. lib. 3. num. 141. prout antea
declarauerat eodem §. num. 10. dicens
180 quod correctæ sunt pœnæ per consti-
tutiones posteriores, vbi expresse
corriguntur, non verò aliàs.
181 In hac autem cõuocatione, quæ fit in
vim huius vsatici non comprehen-
duntur fœudatarij, tanquam fœuda-
tarij. quia contra eos tempore belli,
aliter proceditur. circa quem mo-
dum variæ fuerunt factæ diligentiæ
in Archiuo Regio inspiciendo mo-
dos, qui antiquitus fuerunt obseruati.
182 iuxta quos, referam praxim quam
obseruauimus in Baiulia Generali, in
hostili inuasione quã fecerunt Fran-
cigenæ de anno 1639. in hoc Princi-
patu Cataloniæ, Comitatibus Rossi-
183 lionis, & Ceritaniæ. non iustificando
aliquid in iure. cum fœudorum quæs-
tiones tractentur à Doctoribus, qui
plenos de illis fecerunt tractatus. hic
enim solum referam modum, quo ad
factum præstandi seruicium Regi à
fœudatarijs, vt à cætero inuenitur
clare. quod nullibi circa formam re-
peri notatum.
184 Prædictam igitur inuasionem ti-
mens Serenissimus Rex Philippus
Quartus. cum suis litteris monitoria-
libus expeditis in villa de Madrid,
die 7. Augusti 1638. directis omnibus
Cataloniæ Fœudatarijs. eos monebat,
quoties opus esset eorum auxilio, seu
iuuamine, eo quod ad sui auditũ per-
uenerat. quod gentes Christianissimi
Regis Fraciæ. in numero copiosissi-
mo, minabatur inuadere Comitatus
Rossilionis, & Ceritaniæ. & totũ Ca-
taloniæ Principatum. quibus litteris
transmissis ad Excelentissimũ Comi-
tẽ de Santa Coloma Locumtenentem
Generalẽ, qui tunc erat Don Dalma-
tius de Queralt. iunctis tribus Aulis
(ex quibus conflatur integrum Re-
gium Supremum Cataloniæ Consi-
lium) dictas litteras in dicto Consi-
lio proposuit. consulens qua forma
ad earum executionem, esset proce-
dendum.
185 Super quo negocio, longissimo ha-
bito colloquio, & mature cõliderato,
tanquam rem patrimonialem Regis,
ad Baiuliæ Generalis Regium Con-
silium pertinere, deliberatum fuit in
dicta Regia Audientia. & sic remise-
runt deliberationem, & totum nego-
cium Admo. Illustri Baiulo Generali
ad hoc, vt in suo Tribunali procede-
retur, ea forma, qua de iure proce-
dendum erat.
186 Qua remissione facta ex delibera-
tione Regiæ Audientiæ, in Regio
Consilio Baiuliæ Generalis per dis-
cretum Fracĩscum Aquiles Notarium
publicum Barcinone, Fiscique Patri-
monialem Procuratorem, fuit oblata
supplicatio, per meque dicti Fisci Pa-
trimonialis Aduocatum ordinata te-
noris sequentis.

MOLT ILLVSTRE SENYOR.



OS Feudataris del present Principat de Catalunya, que tenen feus del Rey, ab lletres patents, y ab crides publiques son estats conuocats, y amonestats pera que comparegueffen en la present Ciutat de Barcelona deuant lo Excellentissim Comte de Santa Coloma son Lloctinent, y Capita General, lo dia de dotse del mes de Setembre proxim passat à effecte de prestar, y fer lo seruey à que son obligats per les causes, y rahons en dites lletres, y crides presentades, y publicades. Apres essent estada admesa la comparitio de alguns Feudataris que compareguerén, y acusada la contumatia als que no compareguerén, si, & in quantum, & saluis Fisci Iuribus, foren publicades altres crides, ab les quals attenent, que alguns de dits Feudataris tenen seruey cert, y destinat en sos feus, inuestidures, y conuenienties, y que altres no tenen en elles lo seruey tatxat, ni designat, fos manat als qui tenen seruey cert, que comparegueffen dins dèu dies, pera fer, y prestar dit seruey, y los que nol tenen expressat pera demanar sels assenyale, y arbitre lo que deuen fer, y hauent comparegut alguns de dits Feudataris los sie estada admesa la comparitio, y als que no han comparegut los es estada acusada la contumatia, si, & in quantum saluis Fisci Iuribus, com de tot lo sobredit consta ab los actes que se exhibexen, vt inferantur, seu consuantur, è jat sie pugues lo Procurador Fiscal de la Ballia General, sens altre solemnitat instar sos procehit contra los Feudataris, axi que no han comparegut, com contra los que han comparagut, per no hauer cōparegut ab ses armes, y caualls, com estan obligats per apprehétio de Postats, è impositio de ampara Real, y altres remeys de justitia, volents empero benignament contra los tals, y los altres, y pera que ab summaria cognitio de causa sie declarat lo seruey aprestatio, del qual cada hu de dits Feudataris està obligat, axi per tenor de sa conuenientia, y de les inuestitures de sos feus, com per vsatges, y constitutions escrites de Catalunya, y altrament de justitia comparexent deuant de V. S. lo Procurador Fiscal de la Ballia General, suplica sie de son seruey manar prefigir à cada hu de dits Feudataris vn competent termini, dintre del qual amostrèn ses conuenienties, è Inuestitures, y lo valor de sos feus, ohintlos en lo que deduhir, y allegar voldran, puga V. S. in Iudicio summarissimo attento imminenti belli periculo pro nunc, & donec aliter fit prouisum in ordinario Iudicio, y se fassa altra prouisio, y arbitrar, y tatxar, y designar lo seruey, deuen fer per raho de sos feus à sa Magestat, en la ocasio present, y que pera dit effecte sien despatxades lletras oportunes, y en tot ferli ministrada justitia los drets Fiscals, sempre salues. Protestant particularment, que no enten per aquests procehiments prejudicarse en manera alguna, a la via executiua que per raho de la retardatio, ò denegatio de seruey li competeix lo Offici.

Altissimus.

Don Acacius de Ripoll.
Fisci Aduo. B. G. C.

Oblata dicta supplicatione in Consilio R. B. G. fuit decretatio sequens facta comissa fuit dicta supplicatio per Adm. Illus. Baiulū Generalē Magn. Ioan. Paulo Xammar Regio Consil. alteri ex Magni. Assess. Reg. Cōsiliarijs vt super supplicatis debite prouideat per quā in calce comissionis fuit facta prouisio sequens.

188 *Recepta dictis die, & anno inserantur, seu consuantur producta, & præfigit ad effectum petitum cuicunque Fœudatariorum quindecim dies à præsentatione dictarum litterarum, quæ expediantur. Xammar.* Cuius prouisionis vigore fuerunt expeditæ Regiæ litteræ, prout sequuntur sigillatæ in dorso earum cum sigillo maiori dictæ Baiuliæ, cum reliquis solemnitatibus. & vnicuique in dorso earum, iuxta sigillum apponabatur illius nomen, cui dirigebantur, sub hac forma. *Nobili Micaeli de Rocaberti pro fœudo decimarum de Lerona, & alijs.* quæ reperiuntur registrata in Baiulia Generali in Regestro communi 23. fol. 74. litterarum tenor est.



OS Domnus Lodouicus de Monsuar Miles Ordinis, & Militiæ de Calatrana Sacræ Catolicæ, & Regiæ Maiestatis Consiliarius, & pro eadem Baiulus Generalis, & Procurator Regiorum Fœudorum Cathaloniæ dilectis, & fidelibus Regijs vniuersis, & singulis Fœudatarijs Regis in præsenti Principatu Cataloniæ, & eorum cuilibet, salutem, & dilectionem. Noueritis quod comparens coram Nobis, imò in Regio Consilio Baiuliæ Generalis Cataloniæ Fisci Procurator dicti Officij B. Generalis Cataloniæ quandam die datæ præsentium obtulit, & præsentauit papiri supplicationis scedulam tenoris sequentis. Molt Illustre senyor, los Feudataris del present Principat de Catalunya que tenen Feus per la Magestat del Rey, ab lletres patents, y ab crides publiques son estats conuocats, y amonestats, pera que comparegu essen en la present Ciutat de Barcelona, deuant lo Excelentissim Comte de Santa Coloma, Loctinent, y Capità General de sa Magestat, lo dia dels dotze de Setembre proxim passat, à effecte de prestar, y fer lo seruey á q̃ son obligats, per las causas, y rahons en ditas lletras, y crides presentades, y publicades: Apres essent estada admesa la cōparitio de alguns de dits Feudataris que cōparagueren, y acusada la contumatia als que no cōparegueren, si, & in quantum, & saluis Fisci Regij iuribus, foren publicades altres crides, ab les quals attenent, que alguns de dits Feudataris tenen seruey destinat en dites inuestitures, y conuenienties, y que altres no tenen en elles lo seruey expressat, y designat, fou manat als qui tenen seruey cert, que comparaguessen dins deu dies, pera fer, y præstar lo dit seruey, y los qui nol tenen expressat, pera demanar sels assenyalas, y arbitras lo que deuē fer. y hauent cōparegut alguns de dits Feudataris los es estada admesa la cōparitio, y als qui no han cōparegut los es estada acusada la contumatia, si, & in quantum saluis Fisci Iuribus, com de tot lo sobredit consta ab los actes que se exhibexen, vt inserantur seu consuantur, é jat sia pogues lo Procurador Fiscal de la Ballia General sens altra solēnitat instar fos prouehit cōtra los Feudataris, axi q̃ no hàn cōparagut com contra los que han comparegut per no hauer cōparegut ab ses armes y cauallš, com estan obligats, per apprehētio de Potestats, è apositio de ampares Reals, y altres remeys de justitia, volents empero benignament hauerse cōtra los dits, y los altres pera que ab summaria cognitio de causa sie declarat lo seruey à prestatio del qual cada hu de dits Feudataris està obligat, axi per tenor de la conueniencia, y de las inuestiduras de sos feus, com per vsatges, y consuetuts escrites de Catalunya, y altrament de justitia, Compareix deuant de V. S. lo Procurador Fiscal de la Ballia General, y suplica sia de son seruey manat prefigir à cada hu de dits Feudataris vn compe tent termini, dintre del qual amostren ses conuenienties, è inuestidures, y lo valor de son feu, y obintius en lo que allegar, y deduhir voldran, pugue V. S. in iuditio summario, & pro nunc, & donce in ordinario se fasse

altra

altra prouisio, y declaratio, arbitrar, taxar, y designar lo seruey deuen fer per raho de sos feus à sa Magestat en la ocasio present, y q per dit effecte sien despatxades lletres oportunes. y en tot feta justitia iuribus fisci semper saluis, y particularment protesta, que no enten per estos procehiments prejudicarse en maneta alguna a la via exequutiua, que per taho de la retardatio, o denegatio de dit setuey licompeteix, y que la present causa sia comesa à algun Magnifich Real Conseiler Assessor, qui omni meliori modo justitia ministre. lo offici, &c. Altissimus, &c. *Don Acacius de Ripoll Fisci Aduocatus B. G. Cathaloniæ.* Quia siquidem papiri supplicationis sceduia sic vt præmittitur oblata, & præsentata incontinenti illam commisimus Magnifico, & dilecto Consiliario Regio Ioanni Paulo Xammat V.I.D. Domicello Barchinone domiciliato, & alteri ex Magnificis Assessoribus Regij Consilij B.G. Cathaloniæ. per quem in pede seu calse ipsius suplicationis fuit prouisum. *Recepta dictis die, & anno inserantur seu consuantur producta. & præfigit ad effectum petitum cuique dictorum fœudatariorum dies quindecim à die præsentationis litterarum, quæ expediantur vt petitur. Xammar.* Ea propter dictam prouisionem insequentes tenore præsentium ex parte dictæ S.C. & Regiæ Maiestatis, & auctoritate dicti nostri officij qu o fungimur in hac parte vobis, & cuilibet vestrum insolidum dicimus, & mandamus quatenus infra dies quindecim à die præsentationis præsentium in antea cõtinue numerandos vobis, & cuilibet vestrum facien. compareatis, & seu quilibet vestrum compareat, & ostendat omnes conuenientias, & inuestituras, & valorem suorum fœudorum ad effectum, & prout in supradicta supplicatione extitit supplicatum, alias si prædicta facere recusaueritis, vel quilibet vestrum recusauerit (quod nõ credimus) procedetur, & procedi mãdabimus ad vlteriora prout iuris fuerit, vestri absentia, & cuiuslibet vestrum insolidum in aliquo non obstante, verum contumatia exhigente. Dat. Barcinone in officio B. G. Cathaloniæ, die quinta mensis Octobris, Anno à Natiuitate Domini Millesimo sexcentesimo trigesimo octauo.

Don Luis de Monsuar.

Vt. Don Acacius de Ripoll Fisci Adu. B.G. Cathaloniæ.

Vt. Xammar.

Scriba mai. B.G. Cathaloniæ. Antichus Seruat.

In com. offic. B.G. Cathaloniæ xxiij. fol. lxxiij.

190 Prædictis igitur litteris præsentatis, inter alios, Nobilibus Don Michaëli de Rocaberti, & Tagamanent, Don Petro Aymerich, & de Cruilles, per eos fuit suscitata cõtrouersia contra Fisci Procuratorem Baiuliæ Generalis Cataloniæ, & oblata fuit quædam scriptura Admod. Illustri Baiulo Generali, mihi tãquam Fisci Aduocato, & Magnifico Ioanni Paulo Xãmar Relatori, requirẽdo, quod asimilibus mandatis cessaremus, & facta reuocaremus, tanquam facta contra expressas Constitutiones Cataloniæ. & signanter contra Constitutionem tertiam, Titulo *de Fœus, y Postats*, alias si reuocare recusaremus, firmaretur dubium in Regia Audientia iuxta

191 formam constitutionis *Poch valdrie*, Titu. de obser. consti. cuius ocasione, fuit dubium firmatum, ad relationem Admo. Reuerendi Cancellarij, coram quo, fuit per me tanquam Fisci Aduocatum fabricatus processus allegas prædictam constitutionem tertiam Titu. *De fem, y posseß*, quæ fuit facta de anno 1283. tempore Regis Petri Secundi non esse in vsu. imò potius, esse abrogatam, per aliam constitutionem Reginæ Mariæ, quæ est prima sub titulo *De Offici de Batlle Generàl*, in anno 1422. qua disponitur. quod
192 Baiulus Generalis exerceat à cætero omnem iurisdictionem, quam exercebat tempore Serenissimi Regis Petri Tertij, qui regnauit ab anno 1335. vsq. ad annum 1387. iuxta Coronicam Serenissimorum Regum, positam in Principio cōstitutionum Cataloniæ. Vnde cum quæstio dubij suscitari versaretur in facto; nempe in probatione iurisdictionis, quam exercebat Baiulus Generalis tempore quo Regnabat Serenissimus Rex Petrus Tertius, de quo loquitur prædicta constitutio Reginæ Mariæ, fuerunt per me exhibita instrumenta sequentia.

193 Primo Pragmaticam Regis Petri Tertij 16. Calē. Maij 1344. abstractam de libro recondito in Archiuo Baiuliæ Generalis intitulato. *Registrum Petri Çacosta*. fol. 108. aliam 4. Idus Iulij 1347. fol. 108. aliam 5. Octobris 1344. fol. 109. aliam 10. Calend. Nouembris 1349. fol. 107. quintam etiam exhibui Pragmaticam, dat. 4. Idus Nouemb. 1347. clausam per Raphaelem Domenech Regentem Regium Archiuum. produxi etiam diuersa alia instrumenta, abstracta à diuersis libris, & Regestris reconditis, in Archiuo Baiuliæ Generalis.

Produxi etiam alia instrumenta, reperta in Officio Magistri Rationalis domus, & Curiæ Regiæ. quæquidem in maxima consideratione fuerunt habita. facto itaque processu coram dicto Admo. Reuerendo Cancellario interuenietibus Magnificis Regiæ Audientiæ Doctoribus, & Magnifico Philippo Vinyes Fisci Patrimonialis Aduocato. (cum Fisci Aduocatus Baiuliæ Generalis non habeat votum in Regia Audientia.) prædictum dubium, fuit declaratum in fauorem Baiuliæ Generalis, & contra fœudatarios sub his verbis.

PROVISIO IN CAVSA DVBII.

194 DIE Iouis tertia mensis Februarij anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo trigesimo nono. Visa supplicatione oblata, &c. Attenta supplicatione præsentata per Nobiles, & Magnificos Don Ludouicum de Monsuar, Baiulū Generalem, Don Acacium de Ripoll Fisci Patrimonialis in B.G.C. Aduocatum, Ioannem Paulum Xammar Regios Consiliarios in dicta B.G.C. die 26. Octobris 1638. constat, per eosdem fuisse deductum. quod dum procederetur in Consistorio Baiuliæ Generalis Cataloniæ, instante Fisci Procuratore illlus, contra fœudatarios Regios huius Principatus Cataloniæ, ad effectum. quod in Iudicio summario, pro tunc, & donec in ordinario alias esset preuisum, & declaratum, designaretur, & arbitraretur seruicium, quod fieri, & præstari debebat, per vnumquemque ex fœdatarijs Regi, pro fœudis, quæ pro eo tenent, occurrente casu iminentis belli. fuit per eosdem fœudatarios præsentata requisitio, die 21. prædictorum mensis, & anni, prætendendo, taxationem seruicij prædicti,

non

non posse fieri, seu explicari in Consistorio Baiuliæ Generalis Cataloniæ, sed tantum per Iudices de Paribus Curiæ, iuxta Constitutionem 56. Curiarum celebratarum in Ciuitate Barcinone per Serenissimum Regem Petrum Secundum huius nominis, anno millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, quæ hodie est Constitutio tertia, sub titulo de Feus, y Postats, in noua compilatione, per quam fuit dispositũ. quod in omnibus, fœudalibus causis, quæ moueri contigent inter Regem ex vna, & Barones, & Milites ex alia, & e conuerso, terminandæ essent, per Iudices de Paribus Curiæ. ideoque fuisse petitum per Feudatarios, Baiulum prædictum Generalem, Assessores, & Aduocatum Fiscalẽ cessare debere á procedimentis, & causa in suo Consistorio factis. eaque, cassare, & reuocare, aut firmare dubium iuxta Constitutionem de la obseruansa. Ideoque dictum Baiulum Generalem Assessorem, & Aduocatum Fiscalem dubium firmasse, vt fieret declaratio iuxta dispositionem dictæ Constitutionis. prætendendo, non fuisse per procedimenta per eos facta contra Fœudatarios, Constitutioni prædictæ Serenissimi Regis Petri contrafactum. Sed imò esse Iudices competentes in eisdem, in executionem generalium commissionum, super causis fœudalibus, tempore Serenissimi Regis Petri expeditarum. quæ per Constitutionem Serenissimæ Reginæ Mariæ consortis. & Locumtenentis Generalis Serenissimi Ildefonsi Regis Aragonum Comitis Barcinone in Curijs celebratis anno 1422. Barcinone confirmatæ fuerunt. & ex commissionibus factis per Serenissimum Regem Petrum Tertium huius nominis Francisco Çaçala Baiulo Generali Cataloniæ 4. Idus Decẽb. 1340. & Petro Çacosta Baiulo Generali Cataloniæ, 4. Idus 1347. & 10. Calendas Nouembris 1349. constat eundem Serenissimum Regem Petrum ordinasse, & deputasse eosdem Çaçala, & Çacosta respectiuè, ad cognoscendum sine litè, & vt melius, & expedientius fecissent de controuersijs, quæ tunc essent motæ, vel de cætero mouendæ forent, super fœudis Principatus Cataloniæ, & dependentibus, & emergentibus ex eisdem, cum clausulis, amplissimis, & signanter. quod sine strepitu, & figura Iudicij, sola iuris, & facti veritate attenta, omissis quibuslibet solemnitatibus de rigore Iuris scripti, vel alijs introductis, ius partis non absorbentibus, procedere valerent. fuisseque iniunctum vniuersis. & singulis Fœudatarijs ex debito Fisci, quo Regi obstricti erant, & tenebantur, vt tam in dando potestates fœudorum, quam in amparis, & firmis fiendis, quam etiam in omnibus, & quibuscunque, in quibus illi procederent, & procedere vellent, respondere, & obedirent, seu obedire, & respondere facerent dictis Çaçala, & Çacosta, sicuti Regi facere tenebantur, ac si ab eodem vice qualibet, essent littera. oriè, & personaliter requisiti. Constat Serenissimum Regem Petrum, suis cum litteris, expeditis 16. Calendas Maij 1341. Ordinarijs Cataloniæ directis, de-larasse viam, per quam solitum erat procere in causis fœudalibus per Baiulum Generalem Cataloniæ. Attenta natura ipsarum causarum, & formam remissionis expeditæ esse debitam, & ordinariam, & ex pluribus instrumentis, & actu in processu insertis dictos Çaçala, & Çacosta. In vim dictarum comissionum, contra Feudatarios Regios Principatus Cataloniæ processisse. Rursus constat, post Constitutionem Reginæ Mariæ æditam in Curijs anno 1422. celebratis, in qua sancitum fuit, & ordinatum, Baiulum Generalem Cataloniæ posse, & debere vti illa omnimoda iurisdictione, qua solitus erat vti, tempore Regis Petri Tertij, & iuxta principales commissiones sui Officij, per Serenissimum Regem Ildefonsum fuisse factas, in omnibus causis fœudalibus similes commissiones Galcerando de Requesens Baiulo Generali Cataloniæ anno 1430.

anno 1430. & Ioanni de Corbaria Baiulo etiam Generali Cataloniæ, 9. Nouébris 1442. cum clausulis, & verbis contentis, & expressis in commissionibus, antea per Serenissimum Regem Petrum vt præhabetur, factis Çaçala, & Çacosta Baiulis Generalibus Cataloniæ ex quibus constat Baiulum Generalem Cataloniæ, Assessores, & Aduocatum Fiscalem Baiuliæ Generalis, contra Fœudatarios Cataloniæ, ad instantiam Fisci Procuratoris Consistorium illud iu Iudicem eligentes processisse, & procedere iuxta terminos dictarum commissionum, & provt de tempore Regis Petri Tertij, soliti erant procedere in omnibus causis fœudalibus, sub quarum Generalitate, designationes, & taxationes seruicij, pro fœudis Regi præstari debiti, maximè occurrente bello comprehendantur. Hijs, & alijs meritis processus attentis, & allat. præstito prius iuramento per omnes Doctores Regiæ Audientiæ iuxta formam Constitutionis *De la obseruansa*, pronunciat, sentenciat, & declarat. Pet procedimenta facta in Consistorio Baiuliæ Generalis per Nebiles Magnificos Don Ludouicū de Monsuar, Don Acacium de Ripoll Aduocatum Fiscalé, Ioannē Paulum Xammat Assessorē Baiuliæ Generalis contra Fœudatarios Regios huius Principatus Cataloniæ de quibus dictus Iacobus Saones, Ioannes Baptista Baiò Procuratores plurium fœudatariorum, fuerunt conquæsti non fuisse, nec esse contrafactum Constitutioni tertiæ Serenissimi Regis Petri Curiarū anni 1283. in Titulo *De Feus, y Posiats*, collocatæ, nec alijs Iuribus Patriæ, concessa copia intimetur.

Don Franciscus de Erill Cancellarius.

195 Facta dicta declaratione, & intimata Fœudatarijs, ad quorum instantium fuerat dictum dubium firmatum, aliud quæsierunt obstaculum, & induxerunt quod Lodouicus de Masdouellas, Domicellus, tanquam nouus contradictor, offerret nouam supplicationem, provt obtulit. In Regio Consilio B.G.C. in & cum qua petebat. quod per Admodum Illustrem Baiulum Generalem, nominarentur Iudices de paribus Curiæ, qua supplicatione oblata, & perspecta. fuit resolutum. quod fieret responsio dicto de Masdouelles. quod non erat locus nominatione prædictorum Iudicum. Sed quod per Magnificos Assessores Regios Consiliarios ius erat ministrandum.

196 Non satisfactus dictus de Masdouelles, de responsione prædicta, obtulit nouam requisitionem prætendens. quod cum in supradicta dubij declaratione, non erat facta mentio de Iudicibus de paribus Curiæ, quod firmaretur nouum dubium, in forma præcedenti. Repulsam fuit passus. dicendo non esse locum, cum iam fuerit decisum.

197 Non contentus de hac repulsa, accessit ad Regiam Audientiam, prætendens, nouum dubium firmari. vbi repulsam etiam habuit. ex quibus postea prosecutæ fuerunt in Regio Consilio Baiuliæ Generalis omnes causæ, taxando seruicia respectiuè fœudis.

198 Prædicto verò dubio firmato, aquieuerunt in Baiulia Generali, quousque fuit facta supra dicta dubij declaratio. qua facta, & intimata, lapsis postea quindecim diebus, computatis à die præsentationis factæ vnicuique fœudatario, iuxta relationem Portarij. Per Fisci Procuratorem fulminato processu vnicuique fœudatario, pro vnoquoque

vnoquoque fœudo, oblata scedula per Fisci Procuratorem, reproducta fuerunt omnia procedimenta, (acusata contumatia contra non comparêtes) fuit petitũ, quod taxaretur seruicium iuxta fœudi valorem, seu conuenientiam, in qua taxatione sequens ordo fuit seruatus; videlicet, quod si ex tenore inuestituræ cõstabat, de expresso seruicio bello acommodato, fuit taxatum seruicium cum prouisione iuxta expressionem inuestituræ, qualiter fuit prouisum in processu vertenti inter Fisci Procuratorem, & Franciscum Bru Ciuem Honoratum Barci-
200 none, ratione partis decimæ, quam percipit in Parochia de Gurb Episcopatus Vicen. quod seruiret cum medio mulo, iuxta tenorem inuestituræ; & similiter in causa vertenti inter dictum Fisci Procuratorem, & Nobilem Micaelem de Cardona Ciuitatis Gerundæ pro fœudo castri de Fornells, qui fuit condempnatus pro seruicio fœudi, ad præstandum hospicium Regi. Baiulo Generali, & suis Officialibus tempore belli, iuxta concessionem, in fœudum dicti castri de Fornells.

Si verò seruicium nõ erat taxatum
201 tunc fuit prouisum, quod seruissent personaliter cum equo, & armis (si ætate sexaginta annorum, seu intra infirmitate non erant impediti.) proprijs expensis si verò impediti erant, seu sexagenarij, aut minores viginti annorum seruirent per substitutos,
202 proprijs tamen expensis: quod fuit indistincte obseruatum, in omnibus fœudis, de quibus non fuit probata per possessores eorum modicitas valoris.

Fuerunt tamen aliqui, qui docue-
203 runt de modicitate valoris suorum fœudorum, non accedentium ad valorem decem sextariorum tritici iuxta doctrinam Ioannis de Socarrats in consuetudine. *Si aliquis dominus vult* *ire*. n. 118. verbo *Quid igitur est in casu nostro*, fol. 253. in his fuit facta similiter prouisio, quod seruirent per se,
204 aut substitutos in casu iustæ excusationis personalis, cum expensione tertiæ partis fructuum ipsius fœudi, cæteræ verò expensæ a Rege prestarentur. licet autem hæc prouisio sic fuisset facta, omnes proprijs expensis pro tunc seruierunt, non expectato quod Rex eis succursum præstaret pro duabus partibus expensarum, quod dotissimum fuit.

205 Multi accesserunt ad seruicia præstanda, ad quem effectum, per excellentissimum Locumtenentem, & Capitaneum Generalem, fuit facta lustratio die 30. Augusti 1639. in villa de Figueres de qua fuit factum publicum instrumentum clausumque per Paulum Oller Scribam Regium Mãdati, quod fuit ad me transmissum.
206 ad hoc, vt contra Fœudatarios non comparentes, procederem per appositionem amparæ Realis, prout fuit prouisum contra omnes, qui non interuenerunt in dicta lustratione facta 30. Augusti 1639. prout est videre in diuersis processibus dictorũ Fœudatariorum in Baiulia Generali recon-
207 ditis; qui ibi videri poterunt. durante bello, fuit facta alia Fœudatariorum lustratio, per dictum Excellẽtissimum Locumtenentem Generalem in villa de Caner diebus 14. & 15. mensis Octobris 1639. in qua defecerunt aliqui Fœudatarij, cõtra quos etiam fuit processum, per viam amparæ Realis, eo quod dereliquerant vexillum Regium, ad cuius amparæ appositionem sic fuit prosecutum.

208 Fisci Procurator obtulit scedulam deducendo, fallitum fuisse seruicium per N. vt constabat ex instrumento lustrationis, quod exhibebat, & sic ob fallimentum seruicij, petebat ampa-
209 ram Realem apponi, qua deductione facta, comparuerunt aliqui deducentes.

tes. se, vel suos substitutos, tempore
lustrationis infirmos extare, alios de-
functos esse, petebant dilationem ad
probandum, quibus cōcedebatur ter-
minus decem dierum. Probata autem
210 morte, seu infirmitate, non fuit appo-
sita ampara Realis. Sed præfixus ter-
minus, ad continuandum seruicium.
contra eos verò, qui nullam iustam
causam absentiæ habebant in secun-
da lustratione, fuit ampara Realis ap-
posita in fœudis. veluti contra Nobi-
lem Bernardum de Çalba, in fœudo
211 cuiusdam Caualleriæ. quod habebat
in villa Vilafranca del Panades, &
contra Nobilem Albiniam de Pons
pro fœudo de Armentera, & contra
Iosephum de Pons in fœudo de Mon-
sonis, & de la Foradada. & licet aliqui
Fœudatarij se excusassent, quod ipsi
alias habeant residentiam in alio lo-
co, veluti Don Guillermus de Ar-
mengol, & Prado, pro suo fœudo
læsdę de Monells censuum, & reddi-
tuum illius loci, qui tanquam Castla-
212 nus residebat in çastro de Bellaguar-
da, eo quod sit custos illius tanquam
de sue patrimonio. Consultus dictus
Excellentissimus Locumtenens, &
Capitaneus Generalis, responsione ab
eo habita, quod non erat considerabi-
lis dicta excusatio, eo quod teneba-
213 tur pro fœudo dictæ læsdæ mittere
substitutum, quod nō fecerat. & quod
excusatione prædicta non obstante,
mitteretur ampara Realis, prout fuit
posita. de qua dictus Don Guillermus
valde fuit, valde conquestus fuit. Sed
tenebatur considerare, quod sua resi-
dentia solum eum excusabat à perso-
nali seruicio. non verò liberabat eum,
quin teneretur mittere substitutum.
fuit etiam conquestus, quod in appo-
sitione amparæ Realis, & in taxatio-
ne seruicij fuerat commissus excessus
cum fuisset taxatum plenum serui-
cium. probato per eum iusto valorē
læsdæ, quod non excedebat in fructi-
bus, valorem decem librarum, singu-
lis annis. Sed debebat aduertere, ante-
quam conquereretur. quod in inuesti-
tura per eum adepta, confessus fuerat,
se tenere in fœudum vltra læsdam,
census, redditus, & alia iura. prout os-
tendi eidem Don Guillermo de Ar-
mēgol, & Prado inuestituram in cuius
obiectionem allegauit prædictā con-
fessionem factā fuisse per suum Pro-
curatorem, qui errorem commisserat,
confirendo census, & alia iura, qui
per eum recipiuntur in dicto termi-
no de Monells, & à me perquisito,
cui successerat ipse Don Guillermus
in fœudo respōso ab eo accepto, quod
succedebat Nobili Elisabeti de Sinest-
terra, inuestigata in Archiuo Baiuliæ
Generalis inuestitura accepta, per
dictam Nobilem Elisabetam de Sines-
terra, eam reperimus factam, eisdem-
met verbis, quibus factam per dictum
Don Guillermum, dixit, se aquiesce-
re; nescio intus quid, retuli hæc vt
sit exemplar multis conquerentibus
de procedimentis Baiuliæ, quæ ardua
pluribus visa fuerunt de nostris tem-
poribus. (de quibus non minus mi-
rabar ego.) nec mirum, cum onus sit
graue, & maius apparebat, cum nun-
quam tale fuerit practicatum, de ho-
minum memoria. considerent quæso
obligationes quibus Fœudatarij do-
minis suis tenentur, & videant si in
casu occurrenti possint se liberare ab
illis.

S V M M A R I V M.

Regaliæ sunt viæ publicæ, n.1.
Viæ publicæ quare Regaliæ, n.2.
Via publica quæ dicatur, n.3.
Viæ publicæ quotuplices sint, n.4.
Viæ publicæ qualiter appellentur, n.5.
Viæ publicæ, aut priuatæ qualiter cognos-
cantur, n.6.
Viæ quare nominantur publicæ, n.7.
Regaliæ viarum quare dicatur, n.8.

Via

Viæ quæ faciunt Regaliam quales sint, num.9.
Regales viæ quæ dicantur, n.10.
Viæ Regales sunt sub protectione Regis, num.11.
Camini, an sint de territorio, num. 12. & num.24.
Regalia ex vsatico camini quando locum habeat, n.13.
Viæ publicæ quare sint de Regalibus, num.14.
Camini an sint de Regalijs, n.15.
Camini, an cedant territorio, n.16.
Barones, an puniant delinquentes in vijs regalibus, n.17.
Viæ publicæ quo ad proprietatem, cuius sint, n.18.
Viæ publicæ quo ad protectionem sunt Regis, n.19.
Camini quo ad punitionem, subsunt Regi, num.20.
Barones quousque cognoscant de delictis commissis in vijs Regalibus, n.21.
Barones, an cognoscant de delictis viarum Regiarum, n.22.
Regalia vsatici camini, & stratæ non debet allegari coram Barone, n.23.
Viæ, an computentur in territorio, n.24.
Baro habens merum Imperium an, & quousque cognoscat de delictis commissis in caminis Regalibus, n.25.
Vassallus an possit opponere de Regalia contra dominum, n.26.
Baro qualiter puniat vassallum delinquentem in suo territorio, n 27.
Inhibitio requiritur, ne Baro cognoscat de delictis commissis in vijs Regalibus, existentibus intra suum territorium, n.28.
Exceptio de iure tertij an locum habeat, num.29.
Exceptio de iure tertij, quando locum habeat, n.30.
Exceptiones ortæ ex Regalijs, soli Fisco competunt, n.31.
Processus Regaliæ camini, & stratæ solum instatur ad Fisci instantiam, num.32.
Fiscus Regius solum potest agere ex Regalia vsatici camini, & stratæ, n.33.
Interesse particulare, vel publicum, an sit in consideratione, n.34.
Vias Regales solum facit Rex, n.35.
Viæ quæ comprehenduntur in Regalia, quæ sint, n.36.
Regales viæ quæ propriè dicantur, n.37.
Viæ Regales in cuius patrimonio sint, num.38.
Territorij concessio quid comprehendat, num.39.
Iurisdictio viarum Regiarum an censeatur data in generali concessione, n.40.
Vsaticus Camini, & stratæ quibus constitutionibus sit conformis, n.41.
Viæ Regiæ sunt sub protectione Regis, num.42.
Securitas viarum, an comprehendat vias intra Ciuitates, & Villas n.43.
Milites an comprehendantur sub vsatico Camini, n 44.
Guerreiare inter milites olim permittebatur, n.45.
Diffidamenta inter Milites quo tempore subblata fuere, n.46.
Milites delinquentes in vijs regalibus, quandò puniantur, n.47.
Milites comprehenduntur sub Regalijs, num.48.
Priuilegium Militum in Catalonia refertur, n.49.
Milites in Catalonia, an puniri possint sine partis instantia, n.50.
Fiscus Regius an sit legitima instantia contra milites, n.51.
Milites delinquentes contra Regalias, puniuntur sine partis instantia, n.52.
Vsaticus Camini, *quam securitatem præstet, n.53.*
Vsaticus Camini *comprehendit personas Ecclesiasticas, n.54.*
Vsaticus Camini, *an comprehendat iniurias sine damno, n.55.*
Vsaticus Camini, *an comprehendat iniurias iudiciales, n.56.*
Debitor, an possit capi in camino Regali, num.57.

Iniurians

Iniurians aliquem, quando teneatur hoc vsatico, n.58.

Iniuria qualis requiratur in vsatico Hoc quod Iuris est Sanctorum, *n.59.*

Regalia huius vsatici in quo consistat, num.60.

Causæ ordinariæ euocantur cum qualitate huius vsatici, n.61.

Baro quousque cognoscat de dilictis commissis in vijs Regalibus, n.62.

Inhibitio quando dicatur legitimè facta, num. 63.

Regalia vsatici Camini, & stratæ, qualiter practicetur, & in quibus casibus, num. 64.

Inhibitio fit per præsentationem litterarum, n.65.

Baro an possit remittere delicta commissa in via Regali, n.66.

Latro, an remitti possit, n.67.

Via Regalis qualiter extendatur, n. 68.

Delicta commissa intra villam cui pertineant, n.69.

Clerici delinquentes in via Regali, an subijciantur Iudici seculari, n.70.

Clerici delinquentes contra hunc vsaticum, à quo puniantur, n.71.

Pœna vsatici Camini, & stratæ, *qualis sit, n.72.*

Pœna pecuniaria huius vsatici non est in vsu, n.73.

Vsaticus Camini, & stratæ, *in quo practicetur, n.74.*

Causa extra vicariam, euocantur ex hoc vsatico, n.75.

Pœna duplici an quis puniatur, n.76.

Pœna pecuniaria an locum habeat cum corporali, n.77.

Baiulus Generalis quando cognoscat de vijs Regalibus, n.78.

Viæ Regales in quibus subsint Baiulo Generali, n.79.

Baiulus Generalis, qualem iurisdictionem habeat in Caminis Regalibus, n.80.

Viarum publicarum mutatio qualiter fienda, n.81.

Via publica alterata qualiter procedatur, num.82.

Via publica alterata Fiscus instat causam num.83.

Via publica alterata qualiter restituatur num.84.

Executio fit pro expensis factis ad restitutionem viæ alteratæ, n.85.

Cap. 40. De Regalia viarum pubblicarum vsatici Camini, & stratæ.



1 Itinera publica, de Regalibus Superioribus Regis esse, attestatur Tex. in c. vni. quæ sint Regaliæ in vsibus fœudo. Hanc Regaliam secundam appellat Sixtinus in suo Tractatu. de Rega. lib. 2. c. 2. in principio, & de iure nostri Principatus, est Tex. in vsatico *Camini, & stratæ*, sub titulo *De Comer. y segure. de camins*, de iure commu-
2 ni Roscentau. de fœud. c. 5. de Regali. conclu. 21. Horati. Monta. de Rega. §. viæ publicæ, fol. 52. refert ex nostratibus Iacob. de Mõteiudai. ad hunc vsati. mihi, fol. 115. pag. 2. & Gullerm. de Vallesic. fol. 116. Cali. in Margari. fisc. pag. 119. n. 11. §. sexagesimo nono.
3 Sed videndum est prius, quid sit via publica. hoc sane eliditur clare ex. l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco publico, vel itinere fiat, constituendo diuisionem viarum, quod quædam sint pu-
4 blicæ, quædam priuatæ. Publicas eas esse, quas Prætorias, vel consulares appellat, nos verò Catalanè *Camins Reals* eas appellamus. Priuatæ verò viæ, de iure communi ab aliquibus agrariæ, ab alijs verò vicinales appel-
5 lantur, eo quod, hæ magis videntur deseruire priuatorum commodis, & vsibus, quam publico, & communi commercio. Hoc tamen ita venit in-
6 telligendum, si hæ viæ de vno agro alteri seruiant, & de vicino agro ad vicinum tendunt, vt priuatæ viæ, &

particulares

particulares dicantur. iuxta glosam in dicta l.2. §. viatum, verbo *Agrarias*, Sixtinus de Rega. lib.2. c.2. à n.2. quia
7 si hæ viæ per particulares agros transeunt, & ad loca publica tendunt. tunc publicæ viæ cēsentur, si omnibus per eas itinerari permittitur. iuxta Tex. in dicto. §. viatū verb. priuatæ maximè in illis verbis, *Via, vel iter, vel actus ad*
8 *villam ducat*, faciūt tradit per Cepola de seruitu. rustico. prædio. c.3. n.17. vbi tradens pro regula, quod Regaliæ illæ sint, quæ ad Regem tantum expectāt, infert, vias publicas esse de Regalibus. Sed salua tanti viri pace, credo non appellari vias publicas Rega-
9 les. ex eo quod publicæ sint. quia ex hoc, omnes viæ publicæ essent Regales, cum certum sit non esse Regales omnes vias. sed illas tantū, quæ destinatæ sunt publico cursui. de vna Ciuitate, seu Villa ad aliā, vt tradit etiam Sixtinus dicto lib.2. c.2. n.21. & 22. vbi ait. tria esse probanda, vt via publica dicatur, nimirum, quod per eam publice eatur, quod solum sit publicū,
10 & quod nos ducat ad Ciuitatē, Villam, seu Coloniā. Regales etiam dicuntur ex eo quod has vias Rex constituerit sub sua protectione, fauore publici cōmertij, vt itinerātes per eas, essent securi. & ne eis inuasio fieret, ad notauit Sixtin. vbi supra n.35. ex quo proceditur grauiter contra perturbatores
11 in eis publicam pacē. & quietem, eos puniēdo grauissimis pœnis, iuxta tradita per Peguera in sua praxi. c.15. de Regalia in vim huius viatici. & hoc videtur innuere Guillet. de Vallesica
12 ad hunc viaticum in principio dicēs, eam oriri à superiorrate Regis, qui sub pace, & treuga habet Itinerantes, ad quod Romani valde prospexerant vt refert Sixtin. de Regali. lib.2. c.2. n.12. dicens. prædictas vias tanti æstimasse Imperatores, quod eis assignauerint Curatores. Prædictā verò doctrinam Dō Ludouici à Peguera, voluit corrigere Iacob. Cancer. varia. resolu. to.2. c.2. de iurisdictio omni. Iudi. n.96. dicens, minus benè censisse
13 Don Ludoui. à Pugue. eo quod. dum disputauerat, an viæ publicæ essent in territorio eius. cuius est territorium, dicit. obseruari in Regia Audientia, quod non sint de dominio territorij,
14 eo quod Regium Consilium, pro male gestis in eis, procedat contra malefactores, in vim processus Regaliæ prædictæ. Sed salua pace Cancerij. si rectè perpendantur verba, à dicto Peguera relata. non merentur correctionem. quia in dicto c.15. Peguera ita lo-
15 quitur. *Sed quidquid sit de iure. Primam opinionem sequitur, & obseruat Regium Consilium in hoc Principatu, in quo viæ*
16 *publicæ sunt de Regalijs*, vt in c. quæ sint Regalię, in vsibus fœudo. quia ibi non dicit Peguera, quod camini publici non cedant territorio, quo ad iurisdictionem. quia certum est, Barones ha-
17 bentes merū Imperium posse punire delinquētes in itineribus publicis, vt dixerat n.4. quod enim dicit in n.5. esse de Regalijs, intelligendū est, iuxta illud, quod dixerat n.4. nēpe, quod vię publicæ, existunt sub protectione Re-
18 gis, nō enim negat, Barones posse punire delinquentes in vijs publicis, intra suam iurisdictionē, cum ipse cōfiteretur, vias publicas esse de territorio, & sic coniungenda sunt dicta per Peguera, vt quo ad dominiū, non sint Regis, nec quo ad proprietatē, ex l.2.
19 §. viæ publicę iūcto §. hoc interdictū, lo 2. ff. ne quid in via pub. Horati. Mōta. de Regali. §. flumina nauigabilia, n.2. circa medium, quo verò ad protectionem sint Regis. ex qua causa, per viam Regaliæ proceditur contra delinquentes in eis, volente, & instāte Fisci Regij Procuratore. nam eo non instante, habet locum primum dictum illius, quod camini publici ce-
20 dunt territorio Baronis, & inde fit, quod si non fuerit declarata Regalia,

A a Baro

Baro procedit contra delinquentes,
vsq. ad executionem mortis natura-
lis,& hoc idem attestatur Cancer.vbi
supra,n.97.quod clare præcēcisse vi-
detur Oliba de actio10.t.lib.3.§.om-
nes,n.27.vbi constituit differentiam,
22 in modo prosequendi,& puniēdi de-
lictum,in via publica perpettatũ, di-
cens. quod si fit ad instantiam partis
particularis,corãBarone,poterit Baro
de eo cognoscere. non facta mētione
de dicto vsatico, delinquentem pœna
23 ordinaria puniendo.si verò mētio fiat
de vsatico *Camini,& Stratæ*,tunc cum
videatur se iuuare ex dicta Regalia,
non poterit Baro se intromittere,
Marq.tenet hoc idem in dicto vsatico
Camini,col.20.verbo *Nota quod Vica-
rij*,Guiller.de Vallesica.ad dictũ vsati.
col.2.verbo,*Sed quod si in camino*,licet
Guiller. de Vallesica asserat,quod ca-
24 mini non cõputantur in territorio.ex
l.2.§.via,ff.ne quid in loco publ.quod
quidē dictum non probatur ex d.l.2.
& sic refert.& alijs fundamētis corro-
botar cõtrariũ.nempe, dominũ terri-
25 torij,habenté merũ Imperium, posse
punire delinquētes in via publi.Ros-
cen.de fœud.lib.1.c.5.concl.21. & ibi
addit.litr. A. & B.vbi plures & DD.
hanc tenentes sententiã refert. Ergo
26 verè dicendũ est,quod delinquens in
via Regali. poterit puniri à Barone
habēte merũ Imperiũ,etiã si in quæ-
rela data,facta esset mentio,quod de-
linquētes delinqnerũt cõtra Regaliã,
cõtentã in dicto vsati.*Camini,& stra-
27 tæ*,eo quod principaliter Baro nõ pu-
nit eum,causa Regaliæ. Sed propter
iurisdictioné ordinariã,ei cõpetētem
ex mero Imperio.vnde si forsan pro
parte delinquētis.apponatur Baroni,
de defectu iurisdictionis.ex prædicta
Regalia, poterit Baro ad vlteriora in
28 causa procedere.quo ad vsq. per Re-
giam Audientiã fuerit inhibitus.quia
exceptio de Regalia est Fisci Regij.
& ei soli competit priuatiuè in vim
29 dictæ Regaliæ,ex quo per tertiũ non
potest opponi . quia licet quandoque
possit opponi de iure tertij,iuxta tra-
dita per Cãcer.vari.resol.to.1.c.18.de
30 exceptio.n.16.tamē hoc est intelligē-
dum,vt ipse declarat n.17.quãdo talis
exceptio in totũ excludit ius actoris.
31 Cæterũ exceptio hæc quod Baro non
habeat Regaliæ ius. nõ excludit Ba-
ronē, quia Baro iam ex sua ordinaria
iurisdictione (vt dictũ est) potest pu-
nire delinquentē,quod clare cõfirma-
tur ex traditis per Olib.de actio.to.1.
lib.3.§.pœnales, n.55. verb.*Et hi qua-
tuor Vsatici*,inter quos enumerãdo húc
32 vsaticum dicit.quod solum formatur
quærela, ad Fisci Regij Procuratoris
instantiã.quo ad pœnas Fiscales,& ius
Regis. quia quo ad hoc non indiget
33 instãtia partis particularis.quia quo ad
partis instantiã requiritur. quod ipsa
instet,iuxta notata per Marq.ad hunc
vsaticũ,nam interesse partis particu-
34 laris est separatũ,& diuersum ab inte-
resse publico,Mier.col.4.Curiç 2.Re-
gis Iacobi 2.p.4.c.27. verb.*Et sic per
illas*,refert Olib. vbi sup.in finalibus
verbis d.versicul. *Et hi quatuor Vsatici*.
35 Igitur in summa Regula est,quate-
nus attinet, vt cõprehēdãtur in Rega-
lia,quod viæ,seu itinera publica sunt
Regis,cũ solus Rex,eas possit facere,
& iudicere iuxta tradita per Cali.vbi
36 supra. licet enim publica sint illa iti-
nera, quæ non sunt in conseruatione
alicuius particularis,nõ tamen omnes
viæ (etiam si non sint in cõseruatione
alicuius) publicæ,sunt de cõprehensis
in Regalia.sed illæ,quæ Regales sunt,
& quæ de vna Ciuitate,seu Villa, ad
37 aliã publicè,& per cursum ordinariũ
sunt destinatæ,quod insinuat Guiller.
de Vallesica ad hunc vsaticũ n.3.licet
non ita clare dum solum dicit, quod
via publica est Regia , quod dictum
ita intelligendum venit si destinata
est de vna Ciuitate,seu Villa ad aliam,
ad publicum cursum.

Hæ

38 Hæ autem viæ, seu itinera publica adeo sunt sub Regis protectione, quod etiam dicuntur esse, in patrimonio proprio ipsius Regis, quia camini cedunt territorio, cui adherent. qui cum sit publicus, & in nullius particularis dominio existit, est Regis. vt dicebat Iacobus de Vallesica in dicto vsatico confirmans ex l. si aliena, §. hoc iure,
39 ff. de vsucapio, & ideo dicitur, quod in generali concessione Regis, de aliquo territorio, non censetur data priuatiue iurisdictio viarum publicarum Realium. Sed suprema iurisdictio pœnes Regem manet. vt attes-
40 tatur Oliba de Iure fisci. cap. 4. nu. 19. asserens Regaliam nunquam comprehedi, sed semper censeri exceptam idem tradit Mier. ad constitu. Regis Petri Secundi, col. 2. c. 55. n. 29. in noua comoila, pag. 69.

Iste vsaticus concordat cum consti-
41 tutione 1. §. 10. Titul. de pace, & treuga. quæ est Regis Ildefonsi, & cum constitutione 3. eiusdem tituli, quæ est Regis Petri, in §. 3. vbi ait expres-
42 sis verbis viæ pubicæ constituuntur sub pace, & treuga Regis. pœnas aduersus contrafacientes imponens. Hanc securitatem in vijs publicis intra Ciuitates, & Villas existentibus
43 de iure communi obseruari attestatur Iure Consultus in l. 1. §. summa, vtilitate. ff. de his, qui deiece. vel effude. vbi *Publice enim Vtile est, sine metu, & periculo commeari*, & ibi Acur. verbo *Commeari*, quod idem disponitur in l. si putaror. 31. ff. ad legem Aquili.
44 Calici. ad istum vsati. in principio attestatur, quod Milites, qui in Catalonia interse habebant guerram, si in itineribus Regalibus, ad inuicem se offendebant, non dicebantur fecisse
45 contra istum vsaticum. quia, cum guerreiare inter Milites esset licitū, non poterat eis ad delictum imputari, argumenta, l. gracus, C. ad l. Iuli de adulre. hoc idem sequitur Guiller. de Vallesica ad dictum vsaticum.

46 Sed miror, quod præcitati Authores, hoc ita tam clare, & asseuerantes dicant, cum iam de tempore Serenissimi Ferdinandi Primi, qui regnabat in anno 1413. diffidamenta subblata fuissent, vt constat ex Constitutione prima, Titulo *De desafius*, & postea alijs constitutionibus, eodem Titulo, fuit idem dispositum, faciunt tradita per Bouad. in sua poli. to. 1. lib. 2. c. 14. n. 40. cū additio litteræ K. & sic salua pace dicti Calicij, tenendū est. Milites
47 adinuicē se iniuriantes, & offendētes in via publi. posse puniri à Rege absque partis instantia. quia delinquerūt contra Regalias, quæ sunt exemptæ,
48 & exceptuatæ, à quacunque Regia concessione, etiam amplissima, prout Milites fuit declaratum Priuilegium
49 Serenissimi Regis Ferdinandi datum Barcinone die 9. Octobris 1481. confirmatum per eundem die 2. Septembris 1510. quæ sunt in corpore Iuris,
50 libro nono, Pragmatica, sub titulo de accusations, in & cum quibus indulgetur Militibus. quod non possint puniri ad instantiam Fisci Procuratoris iuxta tradita per Anto. Oliba de actio tom. 1. lib. 1. §. pœnales, n. 51. de-
51 ficiente legitima partis instāria, prout multoties fuit declaratum in Regia Audientia, & signanter die 17. Maij 1638. in causa Fisci Procuratoris contra Franciscum Cadell Domicellum delatum, & inculpatum de morte per eum perpetrata, & facta conclusione dicto die fuit prouisum, quod pro obseruantia dicti Priuilegij, liberaretur à carceribus dictus Franciscus Cadell, destitit ab ea prout fuit liberatus, quia instantia, quod Priuilegiū iniquū esse atestatur Mier. ad cōsti. Reg. Ildefon. 2 in Curia Montisoni c. 27. circa finem
52 col. 3. p. 39. vt attestatur noster Egregius Fonta. to. 1. decis. 138. n. 2. si tamen Milites deliquerint in casibus Regaliarū, nil eis prodest dictū Priuilegiū, faciunt tradita per Oliba ad dictum

Aa 2 §. pœnales

§.pœnales n 18. & 23. & maximè 55.
vbi expreſsè atteſtatur. quod dictum
priuilegium non habet locum in ca-
ſibus Regaliarum, & in illis caſibus
in quibus non poteſt inſtãtia reperiri
Fontan.dicta deciſ.138.n 13.
53 Prædictam autem ſecuritatem, ex
dicto vſatico prouenientem in fauo-
rem omnium,& quarumcunque per-
ſonarum ſtabilitum eſſe atteſtatur Ia-
cobus de Valleſica,ad dictũ vſati.n.5.
vbi ait.ex dicto vſatico agi cõtra eos,
54 qui iniuriam intulerunt perſonis Ec-
cleſiaſticis, Religioſis ,miſerabilibus.
quia fauor diſpoſitionis, ad commo-
ditatem itinerantium fuit inducta. &
non ſolum,eſt intelligenda diſpoſitio
dicti vſatici in dampno, quod infer-
tur,verum etiam,ſi iniuria fiat.Iuxta
55 tradita per Guillermum de Valleſica
ad dictum vſaticum dum declarat,
quod iniuria,quæ contra illum vſati-
cum infertur,debet eſſe extraiudicia-
56 lis,non verò ſi iudicialis eſſet, exem-
plificans in captura, quæ fit per do-
minum de Ruſtico.eo quod actus iu-
riſdictionis non inferunt iniuriam.
quemadmodum licitũ eſſe ait credi-
tori, capere ſuum debitorem in via
57 publica, dummodo pœnes eum non
retineat, ſed Iudici mandanti illum
tradat. hoc idem atteſtatur Oliba de
actio.tom.1. p.1.lib.3.c.4. n.78.iniu-
58 ria autem.ex qua dicitur cõtrafactum
huic vſatico,debet eſſe realis.non ve-
ro verbalis. vt atteſtatur Iacobus de
Valleſica.ad hunc vſati.mihi fol.116.
59 Iuli. Clar.recepta ſenten. lib.5. §.in-
iuria, quod declarat Thom. Mieres
ad conſtitu. Reg. Petri Secundi in
Curia Barcinone, col.2. cap.46.n.15.
dum ait. quod tenetur hoc vſatico,
qui alium iniuriat in corpore,vel in
rebus.
60 In ſumma igitur dicendum eſt.
quod ius Regaliæ conſiſtit in illa ſu-
perioritate, quam Rex ſtatuit, pro-
tegendo vias publicas, & per eas iti-
nerantes, accipientes eos ſub vmbra
alarum ſuarum, vt latè Anton. Oliba
de actio. vbi ſuprà.§.pœnales à n.55.
ita Thom. Mieres ad conſtitu. Regis
Petri Secundi in ſecunda Curia Bar-
61 cinone,cap.45.num.16.& 17. & antea
idem dixerat n.2.ex qua,cauſæ omnes
vertentes coram Ordinarijs, ad Re-
giã Audientiã Fiſcus Regius auocat.
etiam facta præuẽtione per Baronem
62 à quo cauſa poteſt tractari, & ad vlti-
mum finem perduci,quo ad vſq cauſa
fuerit euocata ad Regiam Audientiã.
& litteræ euocationis,& inhibitionis,
fuerint præſentatæ Baroni, ſeu eius
Baiulo. quia facta denuntiatione ad
Fiſci inſtantiam, prouidentur litteræ
63 euocatoriæ,vt atteſtatur latè Don Lu-
douicus à Peguera in ſua praxi. c.15.
In fine verbo *Deinde in vim dictæ pro-*
64 *uiſionis*. in quo capite per totum,tra-
dit modum, & formam procedendi
criminaliter, in vim dicti vſatici, ad
quem poterit recurri. debet autem
ſeruari diſpoſitio capituli vndecimi
Curiarum anni 1599. quo diſponitur.
quod in hac Regalia, non compræ-
hendantur delicta, quæ fiunt intra
Villas,ſeu Loca,quæ habent vltra vi-
ginti domos congregatas,etiam ſi ca-
minus Regalis tranſeat per medium
earum, etiam ſi delinquentes tran-
ſeant per illum cum furto. Imò quod
Regalia prædicta, fiat pro delicto
factis in dicto camino Regali.Neque
fiat Regalia pro rixa facta in eo,
niſi ſucceſſerit mors, aut mutilatio
membri, aut effuſio ſanguinis inter-
uenerit. quibus non interuenienti-
bus, non fiat Regalia, ſed cognitio
deliſtorum pertineat, tam Regijs
Ordinarijs, quam Baronis, in cu-
ius territorio eſt caminus Regalis.
Manus autem Baronis, non erunt
ligatæ (vt dictum eſt) donec fue-
rit inhibitus per præſentationem
litterarum. ex Textu. in cap. non
ſolum. de appellat. in ſexto, prout
ex

ex Maranta. 6. p. titulo quandoque appellatur.n.207.& ex alijs à me traditis varia.resolu.c.3.de citatio.& inhibitio.à n.183.iuxta quæ intelligēda sunt,quæ tradit Guillermus de Vallesica ad dictum vsati.fol.116.verbo *Contrarium est verius*. quod tradit etiam
66 Fontan.de pac.nupt.to.1.clau.4.glos. 14.n.22.cum.sequen.resoluens.quod potest dominus Loci habens merum Imperium,remissionem facere delinquenti in via publica,antequam Rex. seu Regia Audientia suas apponat manus, euocando ad se causam in vim Regaliæ affetens, pro validitate remissionis fuisse iudicatum refert MicaelFerter,& per eum allegata 3.p. obserua.c.368. & 369.quod credo in casu mutilationis, seu mortis. vel
67 cuiuslibet dampni. Secus verò, si delinquens esset latro.seu grassator,cum similibus non possit fieri remissio per Baronem.eo quod,talis remissio, est prohibita.ex constitu. finā. Titul. *De composi.y bauarias*.

68 Quod autem dictum est, viam publicam esse comprehensam sub hac Regalia,ita intelligēdum est,dum via tendit de vno loco,ad alium.quia statim atque via ingreditur locum,licet per illum sit transitus, dum est intra Villam,seu locum,seu Ciuitatem.non dicetur via publica.vt ex Bar. in l.1. ff. de loco, & itinere publico, refert Cācer.to.2.vari.c.2.n.98.dicens. hoc idem tenere.& sequi.Calici.in tracta. de sono emisso. q.5. verbo *Quaro. an*
69 *maleficium commissum in platea*. Marq. in vsati.Stratæ, col.3. ex eleganti ratione.quia ea quæ intra vrbem fiunt, ad Magistratum illius, & ad eorum gubernium expectant.l.2. §. hoc interdictum,ff.nequid in loco publi.Bechi. con.15. n.5. & sic non dependet tunc à Regis protectione.

70 Ex hoc vsatico procedit Rex contra quascunque personas,etiam exemptas, eo quod agit in vim Regaliæ.

veluti contra Ecclesiasticos qui sunt culpabiles.qui possunt capi per Offi-
71 ciales Regios,& quatenus attinet tam ad punitionem corporalem pœnæ, quam quo ad condempnationem emmendæ, seu solutionis Fisco fiendæ Iudici Ecclesiastico, erunt remitendi. vt attestatur Anton. Oliba ad vsati. Alium Namque cap. 14. num.94. ex diuersis fundamentis quod latins tractatur in cap.10. de Regalia quam Rex habet in personas exemptas.vbi supra videri potest.faciunt etiam tradita per Farina.tom.3.de varijs,& diuer.crimi.quæst.107.par.1.articul. 6. de pœna frangentis pacem vbi n.73. ait. quod Clericus frangens pacem, vel receptando frangentem pacem. punitur primo excommunicatione, ex.c.illi qui.14. q.3. & beneficijs priuatur ex c.1.in fine de treugua.& pace quod latins per dictum Farinacium.

Sed. sciendum est, quod licet in dicto vsatico dicatur, puniri delin-
72 quentes pœna corporali, & condempnari ad solutionem emmendæ,hodie hęc eumēda,quę pecuniaria erat,nōn est in vsu. nec quis ad illius solutionem cōdempnatur. quia exactio pœnæ in desuetudinem abijt. neque de nostris temporibus, aliquando fuit
73 exacta.imò attestatur Don Ludouicus à Peguera in sua praxi.cap.15.fol.98. verbo *Sed in summa*. in fine dicens. quod hodię dictus vsaticus solum deseruit,vt in vim huius Regaliæ Rex,
74 & eius Regium Consilium, euocent ad se causas, delictorum cōmissorum in caminis,& stratis publicis,sitis extravicariam,in qua residet Regia Audientia, non obstante constitutione.
75 quod causæ Vicariæ, intra Vicariam tractētur.assignatq. d. Peguera rationē,quare non exequantur pœnæ cōprehensæ in d.vsatico,& alijs dicens. quia hodie in hoc Principatu, nemo
76 potest puniri corporaliter, & pecuniarie, ex constit.Regis Ferdinādi.2.

in prima Curia Barcinone anni 1481.
quæ est constitutio finalis titulo *Dels*
77 *bens dels condempnats.* Ex quibus appa-
ret, non habere locum quod attesta-
tur Calicius. hic. & Iacobus de Mon-
te Iudaico ad vsatic. *Princeps Nam-*
que, vbi dicebant. delinquentes contra
vsaticos, teneri Regi ad pœnam, & ad
interesse. quia duplici pœna in Cata-
lonia, nemo puniri debet, vt supra
dictum est.
78 Prædicta autem locum habent,
quando agitur ad punitione delicto-
rum in vijs publicis commissorum. si
verò alia eueniant in vijs publicis,
veluti, quod viæ publicæ ab aliquibus
mutentur, vel ex eis fabricet aliquod
edificium, tunc hæc Regalia in prima
instantia, non practicatur in Regia
Audientia, sed in Baiulia Generali.
79 quia Baiulus Generalis est priuatiuè,
Iudex nominatus ad causas viarum
publicarum à Rege. ex prouisione
Reginæ Mariæ, recondita in Archiuo
Baiuliæ Generalis. in libro intitulato
Stabilimentorum, & aliorum primo.
fol. 21. expedita die 2. Februarij. 1452.
80 & sic practicatur. & repetiuntur re-
gistratæ diuersæ sententiæ, in causis
viarum publicarum. ex quibus vidi
vnam referente eo tempore Magni-
fico Micaele Sala quæ est in libro sen-
tentia. 1. fol. 12. & alia, fol. 17. alia li-
bro. 2. fol. 34. & sic, quotiescunque
volunt mutare viam publicam, offer-
81 tur supplicatio in Baiulia Generali,
qua narratur factum, & informatio
offertur, de circunstantijs ad mutan-
dam viam, & ea recepta. fit mutatio-
nis prouisio. cuius vigore emanantur
litteræ, & mutatur via. Si verò aliquis,
82 de facto mutauerit viam publicam, seu
in ea fecerit aliquod edificium, tunc
ad Fisci Procuratoris instātiam offer-
tur supplicatio in Baiulia Generali,
narrando factum, de eo offerendo in-
formationem, supplicans illam recipi,
committitur supplicatio. fit prouisio,
83 quod recipiatur informatio, & reci-
pitur. & constito denartatis in sup-
plicatione fit prouisio. quod expen-
sis ipsius qui viam mutauit, accedant
Officiales Baiuliæ Generalis, ad lo-
cum quæstionis, & demoliri faciant
opera costructa. seu viam publicam
mutatam, ad pristinum restituant sta-
tum, & quod ad prædictum effectum.
expediantur prouisiones opportunæ
iuxta stylum. cuius prouisionis vigo-
84 re, expediuntur instructiones iuxta
stylum Baiuliæ Generalis. & Officia-
les se conferunt ad dictum locum, &
demoliri faciunt, prout de facto de-
moliuntur noua opera constructa, seu
vias publicas mutatas, in pristinum
restituunt statum. prout antea existe-
bant. expensasque factas ad dicta, in-
tegre recuperant. & casu quo non sol-
85 uantur expensæ. fit executio in bonis
illius qui contrafecit, capiendo pig-
nora. & ad eorum distractionem pro-
ceditur, sicuti in alijs executionibus,
& ita fuit prouisum per Magnificum
Ioannem Paulum Xammar Regium
Consiliarium in dicta Baiulia die 12.
Iunij 1637. quæ prouisio fuit confir-
mata 26. Aprilis 1638. in causa ver-
tenti in eadem Baiulia inter fisci Pro-
curaturē, contra Iuratos Villæ *Castell*
de Ciutat. Termini Vicecomitatus *De*
Castell Bo, Episcopatus Vrgelli. qui
mutauerāt quandam viam Regalem,
qua iter fiebat à dicta Villa, ad Ciui-
tatem de Vrgell, quæ expensis pro-
priæ Villæ fuit ad pristinum statum
redacta. licet magnopere pro parte
dictæ Villæ fuisset contradictum.
Nihilominus sucubuit, & executio
contra eam fuit decreta. & tandem
soluerunt omnes expensas. quæ pro-
pter Iuratorum, & Incolarum sen-
tentiam, in retardatione solutionis,
summam fecerant centum quatuor
librarum, & terdecim solidorum.

SVMMARIVM.

SVMMARIA.

Priuilegium quare sic appellatum, n.1.
Priuilegium ad quid tendat, n.2.
Rescriptum ad quid introductum, n.3.
Priuilegium à quo concedendum, n.4.
Priuilegij interpretatio cui cõpetat, n.5.
Priuilegij interpretatio quando competat soli Regi, n.6.
Priuilegium in substantia, quis interpretetur, n.7.
Consulatus Logiæ Maris qualem potestatem habeat statuendi, n.8.
Iurisdictio quando dicatur plenariè tributa, n.9.
Cancellarius an possit cognoscere de causis Regaliarum, n.10.
Regaliæ ius cui competat, n.11.
Logia Maris habet Iudicem peculiarem appellationum, n.12.
Remedio ordinario extante cessat extraordinarium, n.13.
Causæ Mercantiles si euocantur debent tractari sicut in Logia Maris, num.14.
Regalia non censetur abdicata à Rege, num.15.
Recursus in denegatione iustitiæ semper habet locum, n.16.
Excessus Officialium cognoscit Cancellarius, n.17.
Excessus quando fiat in executione, num.18.
Instrumenta Officialium, in executione capi non possunt, n.19.
Verba generalia, generaliter intelligenda, num.20.
Dubium firmatum circa iurisdictionẽ Logiæ, n.21.
Iurisdictio Cõsulatus Logiæ, in quo consistat, n.22.
Regaliæ ius est, interpretari Regia Priuilegia, n.23.
Baiulus Generalis interpretatur Regia Priuilegia, n.24.
Causæ Baiuliæ Generalis, nullo prætextu Regaliæ euocantur, n.25.
Priuilegia quando cognoscantur ab inferioribus, n.26.
Priuilegia quando possint incidenter interpretari, n.27.
Ius partis, vel Priuilegij, quando potius dicatur, n.28.
Priuilegij validitas, à quo cognoscatur, num.29.
Confirmatio Priuilegij, & concessio æquiparantur, n.30.
Clausula, Quatenus est in vsu, *quid importet, n.31.*
Iudex inferior, an possit cognoscere de clausula apposita in confirmatione, quatenus est in vsu, n.32.
Clausula, Quatenus in vsu, *est facti, num.33.*
Clausula, Quatenus in vsu, *impedit nouam gratiam, n.34.*
Priuilegij substantia quando principaliter tractari dicatur, n.35.
Militiæ, vel nobilitatis causa, à quo tractanda cum sequen. n.36.
Incidenter Iudex cognoscit de his, de quibus principaliter non potest, n.40.
Regalia interpretandi Priuilegia, potest communicari, n.41.
Deputati Cataloniæ qualiter possint interpretari Capitula Curiarum, n.42.

Cap. 41. De Regalia Interpretandi Regia Priuilegia, & contractus.

1 Riuilegium illud appellatur, quod à Rege conceditur, in fauorem particularem alicuius, derogando Ius commune, quod videtur declarare l.rescripta, C.de preci. Impera. offeren. desumitur etiam prædicta ratio ex differentia, quam Doctores tradũt in in c.rescriptis, 25.
2 q.2, & in l.fallo. C.de diuer. rescrip. cum priuilegium tendat, ad derogationem iuris communis, & ex hoc, diuersium

uersum sit a rescripto, quod tendit ad
3 obseruantiam Iuris Hostien. in summa de rescrip. §. 1. nu. 1. Abb. in Rubri. de rescrip. n. 2. ex prædictis clare apater, quod cum concessio priuilegij a Re-
4 ge sit fienda, ideo eius interpretatio ad Regem expectabit, tanquam ex iu-
5 re Regaliæ. quod atestatur Calici. in extragrauato. curi c. 7. nu. 74. hoc tamen ita intelligendum est, si agatur
6 principaliter de viribus, & interpretatione substantiæ ipsius priuilegij, quia hoc, ad solum Regem expectat, seu ad eum, vel eos, ad quos Rex specialiter cömisit. Ioan. Garcia de Hispan. nobilita glos. 1. §. 1. nu. 1. qui hoc Iuribus probat, & authoritate grauissimorum Doctorum exornat vt infra dicemus.

7 Ex hac igitur suprema Regalia infertur. quod quando agitur de interpretatione alicuius Regij priuilegij, concessi alicui inferiori. si talis inferior excedat modum, vel contrafaciat priuilegio, non est adeundum ei, cui priuilegiũ est concessum, etiam si tribunal habeat. veluti euenit in cõsulatu Logię Maris, præsentis Ciuitatis Barcinonæ, In quo cum haberent priui-
8 legium Sereuissimorum Regum Petri, & Ildefonsi, quibus largita fuit Consulibus Logiæ Maris omnimoda iurisdictio in factis maritimis, & mercãtilibus, dependẽtibus, & emergẽtibus eorum, cum facultate expressa, & plenaria, faciendi quæcunque mandata penalia, & exequendi priuatiuè ad Regiam Audientiam, & Cancellariam, ita, & taliter, quod nullus alius posset, cognoscere de dictis factis, nisi tantum dicti Consules. & in casu appellationis, Iudex appellationũ eiusdem Consulatus. Ex his, prædicti Cõsules certa mãdata fecerunt Proceribus Confratriæ Discarricatorum, ad pœnam viginti quinque librarum, a die dicti mandati, non discarricatent merces aliquas super aliquo nauigio, quin prius dictum nauigium fecisset mostram. quo mandato expreto, dicti carricatores carricarunt merces, super vno nauigio. ex quo Consules Logiæ mandarunt executionẽ fieri contra prędictos Carricatores, & per medium Virgatiorum Logiæ pignora iussu prædictorum Consulum capta fuerunt. ad instantiam Procerum dictæ Confratriæ fuerunt citati dicti Virgatij Logiæ coram admo. Reuerendo Cancellario, & comparẽtes dixerunt, illos de iussu Consulum suorum superiorum id fecisse. quibus auditis, dictus admodum Reuerendus Cancellarius iussit citari eosdem Cõsules, qui comparere noluerunt. Imo extra iudicialiter per organum suorum Aduocatorum, certiorem fecerunt dictum admo. Reuerẽdum Cancellarium de dictis priuilegijs, quæ priuatiuè ad omnes eis tribuebãt omnimodam iurisdictionem & sic quod dignaretur se abstinere a tali mandato citatorio, (de comparendo coram eo), dictis consulibus facto. Ipso autem nolente se abstinere, eundem interpellarunt cum scriptura, & requisitione, præsentando eidem dicta Regia priuilegia. & quod eis atentis cassaret. & reuocaret omnia procedimẽta, per dictum Cancellarium facta, aut firmaret dubium, pro obseruantia vulgatæ constitutionis *Poc valdrie. titu. de obser. consti.* fundabant suam intentionem, pro parte dictorum Consulum Logię, eo quod dictis Consulibus concessa erat iurisdictio de negocijs maritimis, & mercantilibus cum omnibus dependentibus, & emergentibus annexis. & sic videbatur iurisdi-
9 ctio amplissima tributa ex l. si quis ex argentarijs. §. rationem ff. de eden. l. fin. ff. de iurisd. omni. iudi. ex Ioanne de Cuiacio in suo liberinto de commercio. lib. 2. titũ. 15. nu. 11. Straca de mercatu. fol. 502. in paruis. n. 10. ex l. 2. ff. de iurisdic. omni Iudi. Marsi. singula. 175. Præ-

10 Prætendebant etiam dicti Consules, quod Cancellarius, extantibus dictis priuilegijs, neque per viam Regaliæ nō poterat cognoscere. quia
11 ius Regaliæ competit Regiæ Audientiæ, non verò Cancellario, ex Mier, cola. to. c. 8. super consti. de Pace, & treuga, n. 25. Cancer. 3. p. c. 12. num. 100.
12 Tum. dato quod Consules grauassent dictos discarricatores, iam de iure eis erat succursum, appellando ad Iudicem appellationum dicti Consulatus. & sic, extante remedio ordinario, debebat cessare extraordinarium. l. in causæ la 2. ff. de mino. Don Lui. à Peguer. in sua praxi, Rubri. 22.
13 n. 6. & quod priuilegia Consulatus erant inserta in corpore Iuris, ex constitutio 1. titu. *de causes mercantiuals*. qua disponitur. quod quotiescunque causa aliqua vertens in Consula-
14 tu Logiæ Maris, fuerit prætextu alicuius Regaliæ euocata ad Regiam Audientiam, debet in ea tractari, cum eisdem qualitatibus, & prærogatiuis, quibus tractaretur in Consulatu, & per consequens. Cum virtute dictæ Constitutionis, prædicta priuilegia (ostensa dicto Cancellario) essent in corpore Iuris, non erat de illis excipiēdum coram eo. Sed quod debebat reuocare citationes prouisas; contra Consules dictos, & dictos discarricatores remittere ad Iudicem appellationis dicti Consulatus. iuxta Paulum de Castro. con. 432. tom. 1. per totum.
15 In contrarium verò, pro iustificatione procedimentorum, per dictum Cancellarium factorum deducebatur. quod in generali concessione etiam priuatiuè, non censetur abdicata suprema Regalia. causa maioris authoritatis Principis. ex Bal. in c. licet causam n. 7. ex. de proba, & alijs quos allegat. Philip. Vinyes in suo responso. pro Fisci iustificatione, causæ contentionis ortæ inter Fiscum Regium, & Deputatos Cataloniæ, ratione raubarum in Villa de Matato, § 3. verbo *Però esta iurisdicion*, fol. 7 & 8. verbo *Por esto es euidente*, vbi latè quod suprema cognitio, nunquam cēsetur sublata.
16 Tum etiam dicebant, quod dictá priuilegiá concessa Consulibus Logiæ, solum loquuntur eo casu, quo agitur de interesse particularium ad inuicem, vnde non censetur comprehensus casus, quando Magistratus denegant iustitiā. quia semper hoc casu, locū habet recursus. Capi. decis. 28. Vinyes vbi supra. fol. 10. ad finem, verbo *Goza pues*.
17 Cognitio autem excessuum Officialium, in mala administratione iustitiæ, absque pœna, & punitione, sed in vim prouisionis, ad Cancellarium propriè pertinet. iuxta notata per Couar. Practi. quæst. c. no. co. verbo *Sed ad hæc*. Parlado. quotidiana. defini. 10. tom. 3. n. 8. Boeri. in tracta. de authori. magni consilij. n. 8. Cassane. in Catalo. Gloriæ mundi parte 7. con. 7.
18 In prædictá autē executione, quam fecerunt capiendo instrumēta, quibus vtuntur discarricatores laborando in suo opere, excessum comiserunt Officiales officiando. iuxta Constitutionem quartam, titu. de executio de
19 senten. vbi loquitur generaliter, quod in executione non possint capi instrumenta laboratoria, & sic verba generalia, generaliter sunt accipien-
20 da; Barbo. in locis communibus littera L. n. 28. & 29. & dictio *Nec* semper censetur apposita cumulatiuè. ex l. nam cum vterque, ff. ne quis cum qui in ius vocatus est vi eximat. l. Seiæ, ex parte. §. Caio Seio. ff. de fundo instruc. la ll. in §. actionū insti. de actio. num. 18.
21 Ex quibus ad cedandam totalem materiam, fuit dubium firmatum per

Admo.

Admo. Reuerendum Cancellarium iuxta Constitutiones Cataloniæ. Tandem per Magnificum Micaëlem Ioannē Magarola Regētē Regiā Cācellariā iunctis tribus Aulis, die 19. Nouēbris 1638. fuit in his verbis prouisum.

22 

TTENTO, ex meritis processus, & signanter ex instrumento recepto pœnes Hieronymū Bosc Notariū, Scribam Consularus Logiæ Maris, die 27. Octobr. 1637. constat. per Consules Logiæ Maris præsentis Ciuitatis, fuisse mandatum Proceribus Confratriæ Discarricatorum eiusdem Ciuitatis, ne à cætero onerarent aliquam Nauem, siue Cimbam, sine notitia dictorum Consulum, ad effectum, vt cerneretur, an fecisset legitimam demonstrationem siue mostra, sub pœna viginti quinque librarum casu contrafactionis, & constat, quod cum prætenderent postea, per eosdem Consules, fuisse contrafactum per Proceres Confratriæ prædicto mandato, & propterea incidisse in pœnam dictarū viginti quinque librarum, pro earum executione die 26. Februarij 1638. instantibus dictis Consulibus, per Virgarios dictæ Logiæ, & Regios Portarios, fuisse pignorata aliqua instrumenta Officij dictorum Discarricatorū, & constat, quod prætendentibus dictis Proceribus, pignoramenta prædicta esse nulla, & nulliter, & iniuste contra eos facta, tam per nullitatem dicti mandati, quam ex defectu iurisdictionis dictorum Cosulum, quam propter nullitatem dictæ executionis, in cuius causam, erant capta instrumenta Officij eorum, in quibus iuxta Constitutiones Cataloniæ, executio fieri non poterat, fuisse citatos primo Virgarios, & deinde Syndicum dictæ Logiæ, coram Admo. Reuerendo Cancellario, vt super prædictis nullitatibus, & excessibus, cognosceretur. Constatque Syndicum dictæ Logiæ sic citatum, non solum non comparuisse, quinimo requisitione per eum præsentata die 11. dicti mensis Martij 1638. requisiuisse dictum Reuerendum Cancellarium, quatenus prædictas citationes, & alia procedimenta per eum facta, & dictos Virgarios reuocaret, prætendendo pignoramentum prædictum legitimè factum fuisse, in executionem præcedentis mandati, & de illorum validitate, non posse dictum Admo. Reuerendum Cancellarium cognoscere, obstantibus Regijs Priuilegijs, Serenissimorum Regis Petri Secundi. Dat. Barcinone die 26. Iulij 1380. Martini, dat. die 15. Ianuarij 1401. Ildefonsi. die 24. Augusti 1444. & 20. Augusti 1453. in fauorem dictorum Consulum, & Consulatus. Attento etiam, licet in dictis, & præcalendaris priuilegijs, fuerit concessa iurisdictio Consulibus dictæ Logiæ, cognoscendi de causis, & factis, & negotijs maritimis, & mercantilibus, priuatiuè ad Regios Officiales, & Ministros: quia tamen ex illis, aut alias non constat, fuisse dictis Consulibus clargitam, aut concessam facultatem, procedendi per modum Ordinationis, super factis, & negotijs maritimis, & mercantilibus. Imò illam Consiliarijs Ciuitatis Barcinone competere, aut saltim per illos solitam esse exerceri, non verò per dictos Cōsules, & sic mandatum prædictum, per Consules Logiæ contra personas, eis non subditas, onus graue, & hactenus insolitum, & nunquam impositum, imponendo, fieri non potuisse, neque executionem inde emanatam, contra Proceres prædictos, maximè in instrumentis illorum Officij eam incipiendo. Constat præterea dictum Reuerendum Cancellarium, ad instantiam dictorum Procerum, contra dictos Virgarios, & Syndicum non processisse, sed cognitionem alicuius facti maritimi aut mercantilis, ad iurisdictionem dictorum Consulum, iuxta Regia Priuilegia prædicta pertinentis. Sed solum cognoscere voluisse.

Iuisse, instantibus Proceribus dictæ Confrarriæ, de nullitatibus, & excessibus dictorũ mandati, & executionis, quæ facta fuerunt extra casum suæ iurisdictionis, & eum partis instantiæ grauamine. Hijs, & alijs meritis processus atentis, & alias præstito prius iuramento per omnes Regiæ Audientiæ Doctores, qui in præsentis dubij declaratione interfuerunt, iuxta formam Cõstitutionis fuit conclusum, quod declaretur, per dictum Reuerendum Cancellarium non fuisse, nec esse contrafactum Priuilegijs, nec ordinationibus Logiæ Maris prædictis.

M.I.Magarola Regens.

Verba sunt formalia dictæ proui-
23 sionis, ex quibus deducitur. Iure Regaliæ statutum esse, interpretarionem Regiorum Priuilegiorum, ad Regem expectare, cum ei solum licitum sit ea concedere. pluribus relatis noster Fontanella tom.1.decis.172. n.6. seu ad eum, ad quem speciali concessione Regia, & indiuiduè expectat. veluti
24 Baiulo Generali Cataloniæ concessa est Regalia, quod in suo Regio Consilio, per Regios Consiliarios Assessores, cognoscatur de validitate, & interpretatione Regiorum Priuilegiorum, ex particulari Pragmatica. Dat. *En el Pardo*, die 5.Decemb.1617.
25 Serenissimi Regis Philipi, quæ est Registrata in Baiulia Generali, in lib. intitula. Priuilegio 4. fol.74. in, & cum qua, expressè prohibet, ne causæ vertentes in Baiulia Generali, euocentur ad Regiam Audientiam, prætextu, quod agatur de interpretatione Regiorum Priuilegiorum. quia concedit Assessoribus Baiuliæ Generalis, quod de illis cognoscant, quod confirmatum fuit, cum alia Pragmatica, dat. *Madrid*, die 11. Iulij 1630. Registrata in Baiulia Generali in libro intitula. priuilegio.5.fol.32.

26 Quoties verò no n agitur de interpretatione Regij Priuilegij, sed de facto eueniente circa illud, tunc inferiores Iudices possunt de eo cognoscere, Bal. in c.t. apud quem, vel quos fœudi controuer. in vsib. fœudo. Anton. de Butrio in cap. cum venissent de Iudicijs.

27 Possunt etiam, de interpretatione Priuilegij, inferiores cognoscere, si incidenter de Priuilegio fuerit oppositum, & de eo in vim exceptionis, replicando agatur, vt notant Abb. & Felin. in dicto c. cum venissent, vbi Decius, & communiter Scribentes Ioã. Garcia de Hispano. Nobil. glos. t.
28 §.t.n.3. qui hoc declarat, dicens, quod hoc sit intelligendum, quando agitur de interesse, aut commodo particulari, quia tunc, non dicitur esse in dubio ius priuilegij, sed ius partis. Bal. in l. hi qui. C. de appella. communiter legistæ in l. ex facto, ff. de vulga. Iacob. Calici. in extragrauato. Cuti. c.7.n.8. verbo *Septuagesimo quarto*, allegati per
29 Cancer.3.tom. variar. c.3. de priuile. n.147. qui expressè n.165. attestatur, quod illud, quod supra dictum est, pro regula Regaliæ Superioris, videlicet. Solum Regem posse declarare sua Priuilegia, hoc esse dicendum etiam, de confirmatione facta per Regem. quia facta confirmatione, solum poterit Rex cognoscere in forma specifica, cum habeat dicta confirmatio,
30 vim priuilegij, ex sententia Abba. post glosam, in c. de confirmarionibus, & ibi Deci. & alij, d: confirma. vti. vel inuti. Felinus in c. cum venissent n.3. de Iudi. Angel. in l. ex facto, ff. de vulga. Caualca. decis.4.n.35.p.2. nec alie-
31 num erit, dicere, quod cum ordinariè in Priuilegijs confirmatiuis, soleat apponi illa clausula, *Quatenus est in vsu* si Priuilegiũ exhibeatur coram Iudice inferiori ordinario, & per partem apponatur

apponatur defectus Priuilegij, eo quod non erat in vsu tempore confirmationis, poterit Iudex inferior cognoscere de illa qualitate, si erat in
32 vsu, aut non. quia tunc principaliter non agitur de validitate, vel inualiditate, ex defectu iurisdictionis, seu voluntatis Regis, sed de mero facto, si ita erat tempore confirmationis. quia illa verba *Quatenus*, sunt limitatiua, non
33 voluntatis, sed facti ipsius partis, & sic facit confirmationem Priuilegij limitatam, & restrictam ad vsum præcedentem, cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus, vt ex Barto. in extrauagan. ad reprimendum. verbo *Pro vt* ex alijs refert Cassanate cõ. 43. n. 89. quia ex prædictis verbis, appa-
34 ret, Regem nil de nouo voluisse donare. notant Doctores in c. ex frequenti ex. de consti. c. quia diuersitatem de cõcessio. præben. Gaili. Practica. obser. lib. 1. obser. 1. facit, quod tradit Rota Marchiæ decis. 14. per totam vbi dicit. quod fundans se, in confirmatione, debet probare factũ. de hoc igitur, cognoscit Iudex inferior, non verò de substantia, & valore Priuilegij.

Est igitur sciendum, quod illud di-
35 citur esse de substãtia, & essentia Regaliæ interpretandi Regia Priuilegia, quãdo apponitur aliquis defectus, seu vicium illius, veluti, quod non sit expeditum in debita forma, vt tradit Garcia de Hispano. Nobili. glos. 1. §. 1. n. 4. vel quando ex immunitate, seu exemptione in eo concessa, aliquod præiudicium Fisco infertur. glos. in c. rescripta 25. q. 2. Bal. in l. neque dãpnosa, C. de precib. imper. offer. & ibi Ioan. de Platea.

Secundò dicetur etiam principali-
36 ter de Priuilegij substantia tractari, quãdo agitur de verbis illius, & verò sensu, ac dispositione. Bal. Ioan. Andre. & Felin. in c. cum venissent de Iudicijs.

37 Tertiò, dicitur etiam, principaliter respicere substantiã Priuilegij, quando est dubium, an Princeps fuerit legitimè, ac veridice, informatus de causis, ob quas motus fuit ad illius cõcessionem, videlicet, an causæ sint veræ, aut falsæ. quæ Regi narrata fuerunt.

38 Quartò, si agatur de perpetuitate, vel temporalitate illius, iuxta Priuilegij tenorem, etiam dicetur, hoc casu, ad Regem pertinere illius declarationem, non verò ad ordinarios. Ioan. Garcia dicta glos. 1. §. 1. n. 7.

Ex prædictis infertur, quod licet
39 de Nobilitate, seu militia alicuius, veluti, quòd declaretur Miles, seu Nobilis, principaliter non possit cognoscere, nisi Rex, & eius Consilium, si verò incideret in aliqua causa agatur de Nobilitate alicuius, coram aliquo
40 Iudice ordinario tunc talis Iudex poterit de Militia cognoscere, seu de Nobilitate, respectu illius particularis, ex l. quoties, C. de Iudici. vbi Iudex, qui principaliter de statu cognoscere non potest, cognoscit incidẽter, ibi, *Nil prohibet quo minus apud eum quoque, qui alioqui super causa status, cognoscere non potest, disputatio terminetur.* Textus optimus in l. 1. C. de ordi. Iudicio. ibi, *Quoniam non de ea, sed de hereditate pronũciat.* Batto in dicta l. quoties, & alij inmensi.

41 Hæc autem Regalia interpretandi Regia Priuileg. & leges, & in hoc principatu potest communicari in Curijs generalibus quo ad Constitutiones, & capitula Curiarum prout fuit communicata Deputatis Cataloniæ in Curijs anni 1599. c. 39. cum quo fuit
42 concessa facultas, Deputatis, & Auditoribus computorum, interpretandi capitula dubia Curiarum circa Generalitatem Cataloniæ. ita quod, interpretatio per eos facta vna vice, sit facta ad omnes casus subsequentes. quia Regaliæ etiam Superiores in Curijs

Curijs generalibus possunt communicari. Mier. cola. 11. cap. *Les causes de les viudes.* Anton. Oliba de iure fisci, cap. 6. num. 4. vbi ait, quod Rex cum Curia habilitat non habiles, incapaces facit capaces ad Regalias obtinendum.

SVMMARIVM.

Nundinarum conuocatio, & celebratio est de Regalijs, n. 1.

Forum venalem quis facere potest, n. 2.

Nundinæ, & mercatus, publicè vtilitati intersunt, n. 3.

Nundinarum edictum ab Imperatoribus, num. 4.

Nundinarum tempore Res, & Personæ solent esse sub securitate, n. 5.

Nundinæ, & mercatum differunt, numero 6.

Mercatus quid sit, n. 7.

Nundinæ quæ dicantur, n. 8.

Regalia nundinarum, in quo consistat, num. 9.

Venientes ad nundinas, à quibus sint exempti, n. 10.

Mercatus, an requirat licentiam Regis, num. 11.

Commertia hominum, sunt de iure gentium, n. 12.

Merces quando sint securæ, n. 13.

Regalia nundinarum, non est de superioribus, n. 14.

Regalia nundinarum, est præscriptibilis, num. 15.

Nundinæ, an possint fieri, sine Principis licentia, n. 16.

Nundinarum dies, qualiter sit mutandus, num. 17.

Dies mercatuum, an, & quo modo mutari possit, n. 18.

Mercatus non regulantur sicut nundinæ, seu Feriæ, n. 19.

Mercatus particulares possunt mutari, sine Principis licentia, n. 20.

Feriæ, à quibus obtentæ censeantur, num. 21.

Feriæ, qualiter celebrentur Florentiæ, num. 22.

Securitas data censetur eundo, & redeundo, n. 23.

Ciuitas Barcinone, habet guidaticum victualium, n. 24.

Guidaticum victualium Ciuitatis Barcinone, quo tempore duret, n. 25.

Guidaticum, non habet locum in executione censualium, & violariorum, num. 26.

Guidari prohibentur de iure Cataloniæ, obligati pro censualibus, & violarijs, num. 27.

Guidari, an possint obligati cum obligatione guarentigia, n. 28.

Guidatici Priuilegio, an possit renunciari, n. 29.

Guidatico renuncians cum iuramento, an possit postea eo vti, n. 30.

Tertius non potest alteri præiudicare, num. 31.

Securitas Feriarum publicum inspicit commertium, & commodum, num. 32.

Mercatus in quo loco celebrandi, numero 33.

Consules, seu Iurati assignant locum ad mercatum, n. 34.

Consulibus quæ expectant pro Vniuersitate, n. 35.

Nundinæ obtentæ, intra quod tempus exequendæ, & sequen, n. 36.

Decennio amittitur gratia obtinẽdi nundinas, si non exequatur, n. 37.

Reuocari, an possit Priuilegium nundinarum, n. 38.

Princeps quando remaneat obligatus, numero 39.

Contractus quando dicatur onerosus, num. 40.

Priuilegium Militare, an possit reuocari, num. 42.

Cap. 42. De Regalia Nundinarum.



EST, & de Regalijs
Regi expectantibus,
1 in dicto nundinarũ,
namque nundinæ,
sine Regis licentia
fieri non possunt,
attestatur hoc Marqui. in vsatico. hoc
quod iuris est sanctorum, fol. 310.
2 pag. 2. est Tex. expressus in l. 1. ff. de
nundi. iuncta glos. verbo *a Principe*,
vbi ait Acurtius, quod nemini priuato
licet, habere forũ in sua Villa, seu
Castro, sine Principis licentia. Publicæ
autem vtilitati multum, valdeque
3 condicere nundinas, & mercatus apparet
ex glos. in l. vni. C. de nundi.
verbo *Locorum*, vbi attestatur Acurtius,
quod ex nundinis loca incrassantur,
& experientia tanquam mater,
& magistra attestatur, ad publicum
cõmercium, victum, & vestitum pro-
4 desse, ad quam publicam vtilitatem,
attendentes Valens & Valentinianus
ad Probum Præfectum Prætorium
rescriptum miserunt, quod refertur
in l. vni. C. de nundin. in quo expressè,
ad excitandos animos hominum,
statuerunt, quod vbicunque sit
5 indulta facultas à Principe habendi
nundinas, siue mercatus, homines,
& merces secum deferentes, sint a
quacunque molestia iudiciali, & ex-
6 traiudiciali securæ. est tamen aduertendum,
quod est differentia inter
mercatum, & feriam, quia mercatum
intelligitur de ordinario, siue
quotidiano, siue alternatiuo, quod soler
esse aliquibus diebus singulis eb-
7 domadibus, in aliquibus Ciuitatibus,
& Villis, Feria autem, illa est, quæ se-
8 mel, aut bis in anno, in Ciuitate, seu
Villa celebratur. quam differentiam
ex Baldo, ex l. vni. C. de ferijs refert
Gregor. Lopez ad l. 3. Titu. 7. parti. 5.
9 glos. 1. & hæc est, quæ constituit Regaliam.
iuxta tradita per Thesaur.
decis. 264. per totam, Camil. Bortel.
de Regis Catolici præstantia c. 36.
per totum Nata cons. 511. & 512.
num. 4. & 5. volum. 3. Petrus Gregor.
in Sintagma. iur. lib. 25. cap. 3. num. 3.
& 4. Marc. decis. 513. volum. 2. & 415.
10 eo quia continet non solum libertatem
congregandi, sed etiam aliquorum
iurium, siue impositionum, à
quibus solent esse exempti, venientes
ad nundinas generales diebus designatis.

Ex prædicta franquitatis ratione,
11 dicebat Bal. in dicta l. 1. C. de nundi.
quod ad huiusmodi ordinaria mercata
celebranda, non est necessaria Regis
licentia. quia talia mercata, non
sunt nundinæ, commercia enim ho-
12 minum, sunt de iuregẽtium, l. ex hoc
iure, ff. de iusti. & iur. Grego. Lopez
vbi supra, glos. 4. faciunt tradita per
Thesau. decis. 264. n. 4. vnde infertũ.
13 quod priuilegium, ex dicta l. 1. C. de
nundi. videlicet, quod merces, & eas
deferentes sint securi, à qualibet perturbatione
iudiciali, aut extraiudiciali,
non habebit locum, in deferentibus
merces ad mercata, ex relatis à
Grego. Lopez vbi supra.

14 Huiusmodi autem Regalia, non est
de superioribus, & sic est concessibilis,
& per consequens præscriptibilis,
eo modo, & forma, qua Regaliæ præscribũtur.
iuxta ea, quę infra dicta sunt,
15 in vsati. hoc quod iuris est sanctorum
vbi de præscriptione Regaliarũ, latè
tractatur, c. 43. quod autem dictũ est.
16 nundinas non posse fieri sine Principis
licentia, idem dicendum est, si
dies destinata in Priuilegio, velit
17 mutari. quia diei mutatio ad Regem
pertinet. quod secus esse dicebam si
essent mercatus ordinarij, non
18 enim indigent licentia Regis, vt
supra dixi, cum sint de iure gentium.
& sic in his, nec franquitatis
læsdarum

læſdatum conceduntur, neque gui-
datica obſeruantur. ex quibus dixi,
19 quod cum nobilis Raymundus de
Guimetà, qui dicitur dominus *de Ciu-
tadilla*, vellet mutare dies mercatuum
in ſuo loco petijt licentiam à Re-
ge hoc anno 1638. prout vidi ſup-
plicationem, pro ſua parte datam in
Villa de Madrid. quam tranſmiſe-
runt huc vt relationem facerent, &
informarent, an in mutatione die-
20 rum, eſſet aliquod intereſſe. dixi.
quod non indigebat Regia licentia.
Tamen, quia ipſe acceſſerat ad eam
petendam, ligauerat ſuas manus, ex
traditis per Doctores, ad Titulum,
C. quando liceat ſine Iudice ſe vin-
dicare, & Reſponſum fuit Regi. ex
mutatione dierum, ad mercatus ce-
lebrandos, nullum poſſe conſiderari
damnum. & quod poterat ſua
Regia Maieſtas gratiam petitam con-
cedere.
21 Licet autem feriæ obtētæ ſint à do-
mino territorij, cū reſpiciant vtilita-
tem, & commodum ibi habitantium,
cenſentur etiam ab eis obtētæ iuxta
tradita per Angel. in l. hæres abſens,
ff. de iudicijs. §. ſi quis tutelam, vo-
lum. 3. vbi dicebat, quod Florentinia-
22 ni poſſunt conuenire venientes
ad nundinas Florentinas, quia nun-
dinæ fauore Florentinorum cele-
brantur, Gregor. Lopez dictā l. gloſ.
fina. Prædicta autem ſecuritas, non
23 ſolum habet locum inuenientibus
ad nundinas, verum etiam in redeun-
tibus. quia ad ſecuritatem requiri-
tur, vt vtroque tempore nemo ve-
xetur ex venientibus, vt ex Bar. in
l. vlti. ff. de ſepul. viola. & ex l. qui
mittuntur. 35. ff. ex quibus cauſis ma-
io. refert, & ſequitur. Cācer. 3. p. varia.
c. 3. n. 388.
24 Noſtra verò Ciuitas Barcinone,
habet quoddam guidatici Priuile-
gium, non ſolum pro nundinis, ſed
etiam pro omnibus, & quibuſcunque
venientibus ad dictam Ciuitatem,
deferentibus merces, quod guidati-
25 cum ſolū durat per ſpacium viginti-
quatuor horarum. quo tempore du-
rante non poteſt quis capi, niſi in ca-
ſibus per me relatis vari. reſolu. c. vl-
ti. de executione cenſualium à n. 191.
cum ſequen.
26 Licet autem de iure communi, ve-
nientes ad nundinas publicas, cen-
ſeantur guidati, in hoc Principatu
Cataloniæ, debitores ex cauſa cen-
ſualium, & violariorum, qui ſe obli-
gatunt in bonis, & in perſona, non
erunt guidati, quia ex conſtitutioni-
27 bus 2. 3. & 4. ſub titulo *de Diuerſos
reſcrits, y elongaments*, eſt prohibitum,
tales obligatos guidare; vt in ipſis
conſtitutionibus legitur, & agnouit
Cancer. 3. tom. variar. cap. 7. nu. 244.
& ſequen. Fontanen. tom. 1. deciſ. 233.
à num. 20. cum ſequen. & ſic tales
obligati venientes ad nundinas, non
erunt ſecuri, quin capiantur, imò
certum eſt, poſſe eos capi. & carceri-
bus mancipari. quoadusque debitum
ſoluerint.
28 In alijs verò obligationibus cum
ſcriptura tertij firmatis ex alijs con-
tractibus, quam cenſualium, & viola-
riorum, credo quod eis prodeſſet gui-
29 daticum cauſa nundinatū, vel victua-
lium, & licet aliquis in obligatione
per eum firmata, renunciauerit huic
guidatico, etiam cum iuramento, non
30 inde excluderetur à beneficio dicti
guidatici, Fontanella tom. 1. deciſ. 233.
n. 20. ita tamen verum eſt, quod ipſe
obligatus, non poſſet illud petere,
propter iuramentum præſtitum. Cæ-
31 terum ad inſtantiam vniuerſitatis, cui
Priuilegiū eſt conceſſum poterit ob-
tineri relaxationē capti, & ſic vt cau-
tius procedatur in fauorem debitoris
eſt procurandum, quod Syndicus
Ciuitatis inſtet relaxationem cap-
ti, vt aduertit noſter Fontanella dicta
deciſ. 333. num. 22. quia renunciatio

debitoris, non potuit nocere Iuri vni-
uersitatis. argumento Tex. in c. si di-
32 ligenti, cum similibus, ex. de foro cō-
potenti. illa enim securitas in fauo-
rem vniuersitatum, quibus feriæ con-
cessæ fuerunt, inducta est (vt dixi)
cui per tertium præiudicari non po-
test. Mier. ad consti. Reg. Petri Tertij,
cola. 6. Titu. de elonga. n. 6. fol. 309.
vnde Syndicus Ciuitatis Barcinone,
quæ præcipua habet guidatici Priui-
legia, respectu personarū nō deferen-
tium annonam ad eam, solet instare
captos relaxari expensis ipsius Ciui-
tatis, vt refert Fontan. dicta decis. 233.
num. 20.

33 Mercatos verò celebrandos esse
in loco destinato a Iuratis, seu Cōsu-
libus, cum ad eos expectet designare
locum, non verò Baroni. resolui ego
variar. reso. cap. 1. num. 274. quia eo
34 quod Barones concesserunt, quod in
aliqua Vniuersitate sint Cōsules, siue
Iurati, & quod possint habere Consi-
35 lium, in consequentiam censetur. Ba-
ronem concessisse ea omnia iura, quæ
ratione administrationis, & annonæ
expediunt Villæ. ex Bar. in l. nulli. 7.
36 ff. quod cuiusq. vniuersi. nomi. Felin.
in c. cum omnes n. 11. de consti. Ioan.
Gutier. de iuramen. confer. 1. p. c. 38.
num. 4. Hieronymus Portules ad
Molin. §. firma. num. 134. Cancer.
3. tom. variar. cap. 13. de iuri. castro. à
num. 283.

Sciendum est autem, quod qui ob-
37 tinuit Priuilegium habēdi nundinas,
debet illud in executionem deducere
intra decennium. quia si intra dictum
tempus non fecerit, ius, & gratia cen-
sentur expirasse. ex l. 1. ff. de nundi.
vbi ait Modestinus. *Nundinis impetra-
tis à Principe non vtendo qui meruit, de-
cennij tempore vsum amittit*, glos. in l.
falso. C. de diuer. rescrip. verbo *Finali*
Feli. in c. cum accessissent, num. 25. de
consti. & ibi Abb. n. 6. Bar. in l. cita-
tio. alias locatio, §. catum retum n. 3.
ff. de pbbli. & vecti. Gaili. lib. 2. obser-
uatio. c. 60. n. 1.

38 Sed quæro, an concesso Priuilegio
habendi nundinas, possit illud reuo-
cari. cui dubio responderi poterit ex
traditis per Sixtinum de Rega. lib. 1.
c. 6. à n. 3. constituendo differentiam,
an priuilegium concessum sit ex me-
ra liberalitate, & gratia, an verò con-
cessum fuerit in vim pacti interue-
niente pecunia, asserendo. quod si in
vim Priuilegij Regaliarum, cōcessio
libere fuerit facta, potest à conceden-
te, libere quandocunque voluerit re-
uocari, ex Decio con. 286. n. 4. Bellon.
con. 28. n. 10. Rollan. con. 13. lib. 3. n. 3.
& 11. Gabriel. communi. opinio lib. 3.
titu. de iure quæsito non tollen. con-
clu. 7. n. 1. Craueta de antiqui. tempo.
par. 1. §. 1. num. 55. Sacio in l. 1. n. 25.
ff. de legib. Si verò talis Regaliæ con-
cessio fuerit facta in vim pacti, non
poterit reuocari Bal. in l. qui se pa-
tris, colum. penul. verbo *Sed hoc scias*.
C. vnde liberi Castren. in l. digna vox
num. 6. verbo *In contrarium*. C. de le-
gib. Afflic. decis. 128. num. 10. Deci.
con. 689. num. 5. Nata cons. 569. n. 11.
tom. 4. Tapia. in l. final. 2. parte, c. 9.
in princi. & num. 16. in fine. ff. de con-
39 sti. Princi. quia vt sepius dictum est,
Princeps ex contractu remanet obli-
gatus. Ex Bar. Bal. circo Salice. Ioan.
Igne. in l. donationes, quasdiuus, C. de
dona. inter. vir. & vxor. Bal. in cap. 1.
num. 17. de allo. Arani. in cap. quære-
lam num. 13. ne Prælati vices. in mol.
in verbo *Et per prædicta patet*, de con-
stit. Craueta de antiquitat. tempore,
parte 1. §. 1. num. 53 Roma. cons. 436.
num. 18. Alex. con. 216. num. 16. & se-
quen. lib. 1. Deci. 404. num. 8. Nata
40 cons. 106. num. 42. Maximè si pe-
cunia interuenerit, quia tunc con-
tractus est onerosus, & concessio
non est gratiosa, indeque Priui-
legium pecunia emptum, non potest
absolutè à Principe reuocari. vt
refert

refert Belluga in Speculo Princi. Rubri.36. §.graue dampnum n.8. circa finem, respondens illis, qui dicebant posse reuocari, moti ex Tex.in l. titius, ff. de obsequijs.interpretando eam; & resumendo, Priuilegia concessa cum interuentu pecuniæ, non posse reuocari. cum causa verò iusta
41 reuocare posse Principem, resoluit ibidem dictus Belluga, nu.9. confirmās,ex l.fina. C.si cōtra ius vel vtili. pub. c. quæ in Ecclesiarum de constitu. Ludoui.Roma. cons.436. quem allegat Cancer.tom.3. variar. cap.4. de priuile. num.425. Maximè in Catalonia, vbi Priuilegia licet gratuita sint, in vim tamen contractus censentur, eo quod in Curijs generalibus per Sereuissimos Reges confirmentur Notarij stipulatione interuenienter. vt refert doctissimus noster Fontanella de pac.nuptia. tom.1. clau. 4. glos.11.par.2. num.36.

Prædictam verò reuocationem nō solum ab eo, qui concessit, sed etiam ac successore fieri posse probat Sixtin. dicto cap.6. num.7. ex cap. si is cui de præben. in 6. Cin. Alberi. in dicta l.digna vox C. delegi. Rollan. à Valle dicto cons.13. num.8. Afflic. decis.128.num.11.in fine. Nata. cons.
42 657. Inde etiam ex supradictis infertur, quod Priuilegium concessum personis Militaribus de quo memini supra cap. 40. à num. 48. quod non possit FiscusRegius facere instanti: m ex se contra eos, in casibus in quibus potest esse instantia, quod est in Pragmatica Regis Ferdinandi cap.5. sub titulo de acusacions.libro 9. Pragmati. de quo tractat Anton. Oliba de actio.tom.1.lib.3.ad §.pœnales, Cancer.3.par.variar.cap.4. de Priuilegijs num.430.cum sequen.& noster Fontanella tom.1.decis.138.per totam vbi videtur non sibi aplaudi, eo quod, videatur tale Priuilegium Magnam delinquendi ocasionem præbere,cum delicta forsan remaneant impunita, non poterit à Rege reuocari. quia censetur factum in vim contractus cum ex tenore dicti Priuilegij apparet,illud fuisse concessum in præmium seruiciorum Militum, & Nobilium,quo casu, ex causa contractus Priuilegium datum censetur, vt ex Bar. in l. quod semel, ff. de decre. ab ordi. fien. & in l. omnes Populi, ff.de iusti. & iure. tradit noster Fontanella de pactis nuptia. tom.1. clausul. 3. glos. 2. num. 12. aserens, hoc idem aserere. Nata.cons.65. num.10. Tiraquel. in l. si vnquam verbo *Donatione largitus*, n.14. Surd. cons.419. num.33. lib.3.

Quibus autem casibus reuocari posit Regaliarum concesio,& quibus modis Regaliæ vsus amitatur, refert Sixtinus dicto cap. 6. à num. 8. lib.1. vbi latè.

SVMMARIVM.

Regaliarū prima Regula traditur, n.1.
Præscriptibile est illud, quod est concesibile, n. 2.
Regaliæ aliæ sūt cōcesibiles, aliæ nō, n.3
Præscriptio Regaliarum fundatur in hoc Vsatico, n.4.
Vsaticus iste declaratur. n.5.
Princeps secularis non potest disponere in præiudicium Ecclesiæ, n.6.
Sanctorum *verbum, in hoc Vsatico quid significet, n.7.*
Sanctorum *nomen, quandoque significat Maiestatem rerum, n.8.*
Muri, & portæ Ciuitatis dicuntur Sanctæ, n.9.
Regaliæ, propter granditatem earum dicuntur Sanctæ, n.10.
Præscriptionum tempora, quæ sint, n.11.
Præscriptiones decem, & viginti annorū sunt sublatæ in Catalonia, n.12.
Præscriptiones in Catalonia, quæ remanserint, n.13.
Regia iura, qualiter adquirantur, n.14.

Regalia

Præs-

Cap. 43. De Regalia Vsatici. Hoc quod Iuris est Sãctorum, & de Præscriptione Regaliarum.



1 Egalias in præscriptibiles esse, Regula est ordinaria, sed cum nulla sit regula tam generalis, quæ subse non habeat aliquam
2 exceptionem, seu limitationem. Tum, & cum sit principiũ in materia præscriptionum, vt supra dictum est, quod ea quæ sunt concessibilia, sunt præscriptibilia, & ex supra traditis resolu-
3 tum sit, aliquas Regalias, tanquam cõcessi-

cessibiles fuisse a Regibus subditis suis
concessas. Ideo, quæ Regaliæ possint
præscribi, & quo tempore, & quo mo-
do inferiores a Principe eas habeant
adquisitas. & quomodo eas adquirere
potuerint, hoc capite resetam. de mo-
do adquirendi ius Regaliæ per præs-
criptionem. tradit Sixtinus de Rega-
li. lib. 2. c. 5. a n. 1. cum alijs.
4 Pro principio huius Regaliæ, quæ
(quo ad nos attinet) fundatur in hoc
vsatico. *Hoc quod Iuris est Sanctorum.*
quem vsaticum, Calicius in glosa il-
5 lius, & commentario, vult, intelligi
etiam de rebus Ecclesiasticis. eo quod
in hoc vsatico legatur illud verbum
Sanctorum, quod idem atestatus fuit
6 Marqui. in principio. Sed decipiūtur.
quia circa res Ecclesiæ non potest
Princeps secularis quidquã statuere.
quod sensit Iacobus de Monteiudaico
ad dictum vsati. in principio. Nec ob-
stat verbum illud *Sanctorum* quia non
7 ex hoc verbo infertur. vsaticum hunc
loqui de rebus Ecclesiæ, sed de rebus
quæ Regem tangunt, in sua suprema
soberania. & sic iura illa sub nomine
8 *Sanctorum* compræhendit. sicuti San-
cti nominatur muri Ciuitatis. & portę,
9 vti eas appellauit Iustinianus. §. sanctæ
quoq. res insti. de rerum diuisio. quasi
velit innuere granditatem. & excellē-
tiam iurium Regiorum, quæ nos Re-
galias appellamus. siue Sanctorũ. prop
10 ter earum firmitatem. iuxta Acurtij
interpretationem in dicto §. verbo
Sanctas. vnde de illis superioribus iu-
ribus Regalibus loquitur dictus vsa-
11 ticus, respectu Præscriptionis. Igitur
in materia præscriptionis. sciendum
est. quod licet de iure communi, essent
præfinita diuersa tempora ad præscri-
bendum, vt constat ex titu. C. de præs-
crip. longi temporis pro libertate. C.
de longi tempo. præscrip. 10. vel 20.
anno. C. de præscrip. 30. vel 40. anno.
12 C. de quadriennij præscrip. Hæ om-
nes præscriptiones decem, & viginti
anis.

annorum, extensę sunt ad tempus tri-
ginta annorũ. hoc atestatur Marqui.
in hoc vsati. fol. 309. & in vsati. *omnes*
13 *causæ* titu. de pręscrip. Pręscriptiones
verò, quæ sunt minores decem anno-
rum, perdictum vsaticum *omnes causæ*
non sunt sublatę vt ex practicis ob-
seruat Canc. tom. 1. var. c. 15. de præs-
criptio. à n. 3. & tom. 3. vari. cap. 4. de
seruitu. n. 47. & 48. ex quibus rema-
net. quod in Catalonia, solum rema-
nent præscriptiones a decem annis
infra, & triginta, & quadraginta. qua-
tum cursus ad præscribendas Rega-
lias nõ sufficit. Oliba ad vsati. Allum-
14 namq. c. 6. volens agere de rebus Ce-
saris quæ præscribuntur, in principio
dicti capituli 6. inuestigat, quot modis
iura Regalia adquirantur. resoluens
quod tribus. videlicet, per erectionem
dignitatis Regalis, per specialem iu-
rium Regalium concessionem, & per
longam temporis possessionem. de
ptimo, loquitur impropriè Antonius
15 Oliba vbi supra n. 3. (salua tanti viri
pace) dum dicit. quod erecto Rege, in
eum transeunt iura Regalia quia illa
faciãt eum Regẽ, quia non transeunt
propriè in eum, sed adherent ei, nec
ab eo separare potest Rex. Vnde de
hoc modo non est tractandum. quod
tradit Philipus Vinyes. in allegatio-
nibus factis in Fisci Regij fauorem, in
causa contentionis suscitatę die 19. Iu-
16 lij 1638. inter dictum fiscum & Depu-
tatos Generalis Catalonię pag. 7. ver-
bo *Pero esta iurisdicion.* vbi ex mente
Baldi. & verbis illius expressis ait. su-
premas Regalias non posse à se ab-
dicare, eo quod, esset iugulare Regiam
17 dignitatem. & Rex talia faciens, dice-
retur homicida Regiæ dignitatis, plu-
ribus Doctoribus hoc confirmat di-
cens. quod huius supremę iurisdictio-
18 nis vassallus est incapax, ex Ieronymo
Cagnolo, & alijs per eum relatis. Se-
19 cundo verò modo, competunt iura
Regalia per concessionem. quando
Rex

Rex ea concedit. quæ quidem in generali iurium cõceſsione quotúcunq.
20 non tranſeunt, quia debet fieri de eis ſpecialis mentio Boſsi. de Regali. col.
1. & 2. Menoc. de fœuda. lib. 2. c. 1. ver-
21 bo. *Sed & qualibet.* nam licet Rex cõceſſerit merum imperium, & mixtũ, & omnem, & quamcunque generalem iuriſdictionem, quam haberet, non inde iura Regalia, in illa cõceſsione per verba generalia concce-
22 rentur tranſlata. c. tranſlationem cum ibi notatis de offi. delega. plures ad hoc allegat Roſſentau. de fœud. tom. 1. c. 5. concln. 14. n. 1. & ibi additio littera A. quia per nulla verba quantumuis generalia cenſetur Regaliæ ius conceſſum, niſi per ſpecialia verba hoc importantia vt late refert Sixtinus de Regali. lib. 1. c. 5. a n. 76. quia ea quæ nominatione expreſſa indigent, non comprehenduntur ſub quacunque generalitate verborum l. item apud labeonem §. ait prætor. ff. de iure iurã. l. eos C. de aqueduc. lib. 11. Afflic. deciſ. 121. n. 9 Alex. conſ. 104. in fine lib. 1. Ceſal. conſ. 332. n. 10. Boeri. deciſ. 50. n. 13. Rollan. a Vall. conſ. 1. n. 103. vol. 2. noſter Fontanella tom. 1. deciſ. 293. n. 7. & ſic nominatim debent conce-
23 di per hac verba. *Omnia iura Regalia quæ fiſco Regio pertinere, & expectant.* Cancer. tom. 2. vari. c. 2. de iuriſdic. omni. iudi. a n. 125. namque ſi aliqua Iura Regalia conceſſerit Rex, velnti
24 molendina conſtruẽdi, aquarum publicatum vſus, & poſtea ſubſequerentur hæc verba *Et omnia Iura* tunc, hæc verba regularentur ad Regalias expreſſas. non vero extenderetur ad
25 alias regalias ſeparatas. Iſernia in c. 1. n. 13. de fœud. vnde ſi expreſsis aliquibus Regalijs, adiecta ſit clauſula, *Omnes,* & qualeunque Regalias, tunc cenſerentur datæ omnes Regaliæ. quas Rex poteſt donare. iuxta ea quæ dicta ſunt ſupra c. 2. quod declarat Sixtinus de *R*egali. lib. 1. c. 5. a n. 88. dicens quod datis aliquibus Regalijs, ſi adijciatur clauſula prædicta intelligenda ſit de Regalijs ſimilibus, non vero de maioribus. quia hæ ſemper requirunt indiuiduam expreſsionem vt n. 89. cum alijs ſequen.

26 Sed quæri poterit, an ſi Rex dederit alicui ius *R*egaliæ, an priuatiue, an vero cumulatiue, cenſeatur hoc ius conceſsiſſe. quod quidem dubium. reſoluetur cũ diſtinctione: nam, aut ius Regaliæ conſiſtit in fructibus percipiendis, qualis eſſet facultas imponẽdi vectigalia, aut percipiendi aliquod
27 onus, veluti Pontaticum. ſi Rex ſimpliciter dedit abſque aliqua detractione, tunc ius quinti in hoc Principatu cenſebitur domino temporali conceſ-
28 ſum cumulatiue ad Regem & ſimul colligent. licet Rex colligat, permanus Vniuerſitatis. Si verò *R*ex cõceſſerit integre, & abſque aliqua detra-
29 ctione, pro iure Regi expectanti ſu illis, tunc integre ius illud *R*egaliæ quo ad impoſitionem, & receptionẽ, ſiue perceptionem datum cenſetur. & ſic Rex non poteſt concurrere in tali
30 conceſsione. vt ex mente Iaſon. conſ. 70. ſuper vtroq. n. 1. vol. 3. ex Pariſio conſ. 2. n. 18. vol. 2. Strac. de fœud. par. 10. ſectio. 1. n. 131. tradit Roſcentau. de fœud. tom. 1. c. 5. conclu. 15. n. 4. ex qui-
31 bus aparet. quod debẽt eſſe verba ſpecifica denotãtia plenam donationem. ſiue remiſsionem partis, Regi expectantis. alias enim cenſebitur ius quinti reſeruatum. & ſic fuit declaratum in officio Magiſtri Rationalis ſententiæ lata referente magnifico Ioanne Paulo Xammar in cauſa vertenti inter fiſci Patrimonialis Procuratorem, & Syndicum Villæ de Olot quæ pre-
32 tendebat exemptionem, ex eo quod in priuilegio erant verba *Quod tota pecunia conuerteretur. libero, ad opera dicta Villæ.* & ſic quod dictio illa *Tota* denotãbat omnem pecuniam prouenientem ex impoſitionibus eſſe dictæ Villæ.

Villæ ex l. 2.§.ad filiorum.C.quando, & quibus.lib.10. Amat Deus.Marchię. 39.n.3.Rolan.de lucro dotis q. 38. n. 1.Barbosa de dictio verbo. *Totum*.Tiraquel.in l.si vnquam verbo.*Totum* n. 1.C.de reuocan.dona.nilominus,quia non fuit in priuilegio comprahensa clausula.ex qua remissio quinti facta
33 censeretur. fuit Vniuersitas condemnata ad quinti solutionem. nam verba illa *quod tota quantitas conuerteretur libere*. Inportabat remissionem redditionis computorum, quam vniuersitates tenentur dare in officio Magistri Rationalis, de impositionibus per eas receptas.

34 Si vero concessio Regaliæ sit de rebus, quæ non consistunt in fructuũ receptione, sed in exercitio iurisdictionis,& preheminentię Realis, velut in creatione Ciuium,Nobilium, Mi-
35 litum & similium tunc talis Regalia, cumulatiuè censetur data.ita vt Rex permissiuè concessa videatur cumulatiuè, non abdicando à se supremam qualiter experimur ex dictis supra c. 4. faciunt tradita à Rollan. à Valle. con.80.n.15.& sequen.volu.2.& con. 1.n.141.eodem volu.Bal.con.201.plures relati in additio.ad Rosccntau dicta conclus.15.n.1.littera A. Fontane.
36 tom.1.decis.293.n.8. Cancer. 2. tom. var.c.2.de iurisdic. omni. iudi.n. 126. dicēs.quod aliquę sunt Regaliæ Principis. quæ competunt in signum supremæ iurisdictionis, quæ sunt concessibiles cumulatiuè, non priuatiuè, constituens exemplum in mero Im-
37 perio.igitur quando Regaliæ conceduntur,neccessarium est,quod clare,& specifice loquatur concessio, vt ius
38 Regaliæ concessum dicatur.& tunc, solum concessæ censentur specificatę, non vero aliæ. cum in concessione &
39 illius Interpretatione stricte sit procedendum.si vero Rex quasdam Regalias expresserit,& postea addiderit.
40 *Et alias quaslibet Regalias* virtute horum verborũ, ordinarias similes Regalias,concessas censeri attestatur Anton. Oliba ad dictum vsaticum Aliũnamque c.4.n.8.ex Bossio in titulo de Regali.n.23.& 24.& claudi.in Rubri.
41 qui fœud. dare possunt. verbo. *Vnde verum est*.Quibus autem verbis, hæc concessio debeat fieri idem Bossi.eod. clau. vbi supra verbo *Quod dupliciter limitandum est*.Olib.dicto c.6. à n.11.
42 In summa igitur est.quod quãdo Rex concedit Regalias, debet eas concedere de ordinarijs secundæ speciei, quæ dicuntur minores. non vero potest concedere maiores.quæ dicuntur inesse. & affixas esse Coronæ Regiæ tanquam gemmas.quas infra enume-
43 rabimus.Has enim superiores Regalias non potest Rex comunicare nisi ad similitudinem Serenissimi Imperatoris Caroli quinti. qui in vita sua renunciauit Regnum in Serenissimũ Philipum Secundum eius filium. & Serenissimus Rex Iacobus frater Alfonsi Tercij qui renunciauit primogenituræ.vt attestatur Oliba ad vsati. Alium namque c.6.n. 44. Idem fecit Rex Dauid in filium suum Salomonem,vt legitur in Sacra scriptura lib. 3 Regũ c.1.vbi sic legitur. *Dixit quoque Rex Dauid. vocate mihi Sadoc Sacerdotem.& Natam Prophetam & Banaiam filiũ Ioiada,qui cum ingressi fuissent coram Rege,dixit ad eos: tollite vobiscum seruos domini vestri,& imponite Salomonem filium meum super mulã meã & ducite eum in Gion,& vngat eum ibi Sadoc Sacerdos, & Natam Propheta in Regem super Israel, & cunctis buccina, atque dicetis: viuat Rex Salomon & ascendetis post eum: & veniet, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me.*

44 Hæ autem Regaliæ secundæ speciei solent etiam ab inferioribus adquiri præscriptione.non vero trigenaria,nec quadragenaria, vt pluribus fundamentis refert Fontanell. tom.1. decis.

decis.217. fere per totam.& maximè
à n.20.de quibus dictum est.sed præs-
criptione inmemoriali, de qua infra.
quod etiam tradit Sixtinus de Regali
lib.8.c.5.n. 136. asserens communiter
hanc esse receptam sententiam,iuxta
tradita per DD.in c.fina de consuetu.
Ias.in l.de quibus n.45. ff. de legibus
Alex.in l.more n.13.ff.de adqui.here.
Marianus Socin. in c. cum contingat
n.21.verbo tertio fallit de foro com-
peten Bal.con.240.antiqua q.n.1.ver-
bo *Si autẽ incipias à consuetudine* vol.2.
Parisi.cons.25.n.58.lib.1.Crau. plures
alios allegans con.349.n.9.à con.814.
n.5.& vlterius idẽ Sixti.n.137.cũ seq.

Sed cum ex tempore, inmemorialis
45 præscriptio locũ habeat aduersus Re-
galias,videndum est prius. quæ vere,
& proprie dicatur possessio inmemo-
rialis.& est illa. cuius apud homines
nulla est memoria.eo quod infinitum
46 tẽpus præsuponit.Iuxta Oldral.cons.
254.n.18.Salon.de Pace cons.250.n.5.
relatos à Cancer.3.tom. variar.c.3. n.
377. est enim præstantior inmemo-
47 rialis,ipsa centenaria,ex communiori
omnium recepta sententia. Fontane-
lla decis.217.n.19.æquiparat centena-
riam,& inmemorialem asserens.faci-
lius probari centenariam.vnde dice-
bat Molin.de Hispano.primo lib.2.c.
6.n.48.quod si per statutum sit dispo-
48 situm. quod centenaria possessio re-
quiratur,probata inmemoriali,inclu-
sa erit centenaria. præcensit Couar.
in Regu.possessor.2.par.§.3.n.9. alle-
gatus per dictum Molina. & vera re-
solutio est.quod ad hoc vt inmemoria-
49 lis possessio dicatur,seu præscriptio.
non sufficit,quod de eius initio, non
extet hominum memoria, Sed quod
de eius principio non constet.namq.
si aliquis probaret inmemorialem
præscriptionem legitimis testibus,
50 iuxta formam insta referendã, & po-
stea exhiberet titulum cum die.men-
se, & anno,tunc non remaneret pro-
51 bata inmemorialis. & tota probatio
per testes facta corrueret. quia titu-
lus, cum die, mense, & anno probat
52 initium,iuxta tradita per Ioan. An-
dræ. Ancarra.& Francum in c. 1. de
rescrip.in 6.Ancarra.cons.82.n.8. A-
lex.cons.75.n.58.vol. 4.Bal.de præs-
crip.3.part.princi.conc.6.n.27. Cra-
ueta de antiqui tempo.4.part.materia
singularis n.8.Sed vbi apparet extare
memoriam initij possessionis. præs-
53 criptio inmemorialis opponi non po-
test.Couat.in Reg.possessor.2.p.§.3.
n.7.in fine Molin.lib.2. de Hispano,
primo, c.6. n.64. Præscriptio enim
vere inmemorialis est . de cuius pos-
sessionis origine non constat l. a. §.
idẽ labeo.si in agro.cũ glos.ff.de aqua
54 pluuia arcen.l.4.§. ductus aquæ ff. de
aquã quotidi.& estiua c.super quibus-
dam §.preterea vbi etiam glos.de ver-
bo significatio.c.1. de præscrip. in 6.
55 Inde euidens est. quod, ad hoc. vt in-
memorialis præscriptio dicatur, neq.
de centenaribus tetro elapsis annis,
debet principium per scripturam cõ-
56 stare.Vnde Iacobus Cancer. 3. tom.
vari.c.3.n.240.dicebat.cantum debe-
re esse aduocatum,in non producen-
do titulum,si legitimis testium proba-
tionibus posset probare inmemoria-
lem.idem videtur assentire nostrum
Fontanella tom.1.decis.85.n.17. hoc
idem refert Molin. de Hispano. pri-
57 moge.lib.2. c. 6. n. 75. nec interest,
quod aliquis obijciat hodie non exta-
re memoriam hominum initij præs-
criptionis,quia sufficit,quod quoquo
modo veluti per instrumentum pub-
blicum prædictum initium ostenda-
tur.vt probat singularis textus in l.si
arbiter.18. ff. de proba cuius verba
sunt hæc. *Cum quæritur memoria alicu-
ius facti, extet,nec ne?non hoc quæritur,
num aliquis meminerit,quo die,vel Consu-
58 le hoc est.quo die,vel anno. factum fuerit
sed nunc aliquo modo probari id possit
quando id factum sit.* Tandẽ facit quod
tradit

tradit Couar. in dicto §. 8. n. 4. in Reg. possessor. 2. p. dicens, quod vbi constat de titulo, & causa possessionis, non
59 est agendũ de immemoriali præscriptione, sed de viribus tituli, quia si titulus sit defectuosus, etiã lapsa præscriptione ipse titulus, & præscriptio
60 corruerẽt, licet immemorialis; Ceta. cons. 316. n. 30. vol. 3. Caual. decis. 48. n. 222. p. 1. Pacif. cõ. 114. n. 8. & 27. lib. 1. faciũt tradita à Cancer. 3. to. varia. c. 3. n. 118. verb. *Quarta quæro*, cũ sequẽ. vbi decisiones Senatuũ refert, hanc eandem
61 sententiã tanquã veriorẽ, post lõgam cõmentationẽ, tradit, & sequitur Molin. de Hispa. primog. lib. 2. c. 6. n. 64. circa fin. verb. *Sed verius videtur*. Fontanæ dicta decis. 85. n. 18. ex hac igitur præscriptione, inducitur titulus omni
62 exceptione maior. l. 2. §. idẽ Labeo. & ibi. dicta glos. ff. de aqua pluui. arcen. l. 4. §. ductus aquę. ff. de aqua quotid. & æstiua. Rota in nouissim. decis. 220. n. 7. lib. 3. p. 3. Gaspar Thesau. lib. 2. quęst. foren. q. 27. n. 15. post alios Doctores quos refert idem tradit, & sequitur Sixtinus de Regalibus lib. 1. cap. 5. nu. 138. & sequitur maxime n. 144.
63 Cũm igitur constet de initio, non potest pręsumi titulus putatiuus. Feli. in c. cum nobis. n. 18. de pręscrip. Craueta. de antiqui. tempo. 3. p. §. absolutis. n. 60. Alcia. in tracta. de prsumpti. in præludijs, 2. p. §. absolutis, n. 12. Menoc. de præs. lib. 1. q. 65. n. 4.
64 Cum etiam secundo modo Regalię adquirantur per pręscriptionẽ, videamus prius, quæ Regalię sint pręscriptibiles, quę nõ, vt postea videamus secundum qualiter earũ pręscriptio probetur, & qualiter testes deponere debeãt.
45 Regaliæ autẽ, quæ à Rege separari nõ possunt, & per consequens, neque ex cõcessione, neq. ex præscriptione possunt acquiri, sunt sequẽtes, partim aliquæ de iure communi, aliquæ vero iuxta vsaticos huius nostri Principatus Cataloniæ sunt sequentes.

66 Prima Regalia est, ius conuocandi ad Curias celebrandum omnes qui in illis votum habent.
Secunda *Regalia* est, ius creandi Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, Nobiles, & Milites.
67 Tertia *Regalia* est, ius amparandi, & protegendi recurrentes ad se, ex causa oppressionis, vel iustæ perhorrescẽtiæ.
68 Quarta *Regalia* est, facultas concedendi ætatis veniam ipsis minoribus.
69 Quinta Regalia est, Superioritas ad cognoscendum de causis exẽptorum, veluti Clericorũ, Iudicum Ordinariorum Ecclesiasticorũ, vel delegatorum.
70 Sexta *Regalia* est, facultas inmitendi suum generalem intra suos vassallos.
71 Septima *Regalia* est, facultas instaurandi causas.
72 Octaua *Reg.* est. facultas vẽdendi officia.
73 Nona *Regalia* est, facultas concedendi Saluaguardiam.
74 Decima est, facultas legitimãdi spurios.
75 Vndecima *Regalia* est, facultas restituendi ad honores.
76 Duodecima *Regalia* est. facultas concedendi moratorias.
77 Decimatertia *Regalia* est. facultas euocandi causas ab inferioribus.
78 Decimaquarta *Regalia* est, Potestas indicandi bellum.
79 Decimaquinta *Regalia* est, indicere Pacem.
80 Decimasexta *Regalia* est, dandi iurisdictionem.
81 Decimaseptima *Regalia* est, de executione Regiarum sententiarum.
82 Decimaoctaua *Regalia* est. de securitate venientium ad Curiam.
83 Decimanona Regalia est, ex vsatico Princeps Namque.
84 Prædictæ *Regaliæ*, (salua clementia Regis) nõ possunt à sua *Regia* Corona separari, quia respectiue adherent ipsius ossibus, & ipsum *Regẽ* cõstituũt. Sunt aliæ *Regaliæ*, quæ minores dicuntur, & hæ possunt per *Regem* cõmunicari, & sunt sequentes.

85 Prima Regalia est facultas creandi
Ciues. Mercatores Notarios.
86 Secunda Regalia est facultatis im-
ponendi sisas. & impositiones.
87 Tertia Regalia est facultatis consti-
tuendi pontes, molendina, & cimbas
ad transuehendum flumina.
88 Tertia Regalia est successio in bo-
nis vacantibus.
89 Quarta Regalia est fabricādi mone-
tam auream, argenteam, & æneam.
90 Quinta Regalia est salinarū, minarū.
& metallorum, & thesaurorum.
91 Sexta est; de his quæ auferuntur
tanquam ab indignis.
92 Septima Regalia est de successione
in bonis delinquentium.
93 Octaua Regalia est Angariarum,
Pariangarum, & Plaustrorum.
94 Nona Regalia est assignandi pon-
dera, & mensuras adequatas.
95 Decima Regalia est circa opera publica
96 Vndecima est facultas imponendi
pœnas, & mulctas.
97 Duodecima Regalia est succedendi
contrahentibus incestas nuptias.
98 Decimatertia est viarū publicarū.
99 Decimaquarta Regalia est indicen-
di Represalias.
100 Decimaquinta Regalia exequendi
bona fiscalia rigurose.
101 Prædictæ omnes Regaliæ concedi
possunt cum priuilegijs, quorum the-
nor erit attendendus, vt sciatur, quo-
modo exerceri possint, & sic erit at-
tendendus thenor priuilegij.
Solent etiam adquiri per præscrip-
102 tionem, hæc autem debet probari. &
ita vidēdum est, qualiter sit allegāda,
qualiter sit concipiendus articulus,
& qualiter debeant deponere testes,
cuius qualitatis debeāt esse ipsi testes.
Articulus verò ita concipi debet.
103 Ponit. *Quod N. à tempore, 10. 20. 30.
40. 50. 60. 70. 80. 90. & 100. annorum,
& plus, & à tanto tempore, cuius initij
memoria apud homines non extat est in
possessione faciendi, N. & sic visi sunt
testes qui deponent, & sic audiuisse à suis
prædecessoribus, & maioribus, similiter sic eos
vidisse, & audiuisse à maioribus suis, qui
asserebant, nunquā se audiuisse cōtrarium,
& quod semper publicè, & palam hoc au-
dierant, & quod semper fuerat, & hodie
est publica vox. & fama, absque hoc, quod
audierint contrarium, & sic esse verum.*
104 Prædicto modo, verbo, ad verbum
est concipiēdus articulus, quia conti-
net omnes circunstantias requisitas,
ad probandum inmemorialem præs-
criptionem.
105 Testes igitur, qui deponere debēt
super dicto articulo, ad probandam
præscriptionem inmemorialē, aliqui
voluerunt esse, ætatis quinquaginta
quatuor annorū, quia à quadraginta
annis impletis debēt deponere de vi-
106 su, & debebant esse quatuordecim an-
norū, tēpore principij memoriæ, ita
Molina de Hispano. primo. lib. 2. c. 6.
107 n. 40, pluribus authoritatibus Docto-
rum corroborans, quos cōsulto omit-
to, ne in allegatione eorum molestus
sim. Couarru. in Regu. possessor. 2. p.
§. 3. n. 7. Sed postea n. 41. resoluit suf-
ficere, quod sint quinquaginta anno-
rum cum dimidio, dicens, quod testis
108 qui decem annos attigerat, (à quo tē-
pore memoria initium capit) eo tē-
pore iam esset doli capax glos. ordi-
naria in §. in summa. §. proximus inst-
ti. de vi bono. rapto. quia legitime tes-
tificari potest, de eo tempore quæ vi-
109 dit l. pupillus, ff. de reg. iur. §. pupillus
insti. de inutil. stipu. hoc idem refert
Sixtinus de Regalibus lib. 1. c. 5. n. 15.
Sed quæritur, qualiter deponere
110 debeant testes? & respondetur, quod
sufficit dicere, quod de eorum me-
moria, quæ est plus quadraginta an-
norum retro ita viderunt, & sic au-
dierunt à maioribus suis, qui assere-
111 bant, ipsos ita vidisse, & audiuisse à
suis prædecessoribus, & maioribus,
& quod talis semper extiterat publi-
ca vox, & fama. Rota Roma. in recol-
lectis

lectis per Farina. decis.445. to.r.p.1. pag.580.Sixtinus dicto c.5.lib.1.n.155. Sed maior fuit difficultas, quæ orta fuit, extraditis per Serafin. decis.Rotę Roma.1002.p.2.n.4.dũ dixit, quod ad hoc, vt dicatur, pleue per testes
112 probari inmemoriale, quod nõ sufficiebat dicere, quod ita audierãt apparentibus, qui asserebant, se à maioribus audiuisse, & quod ipsi semper dixerant talem esse publicam vocem, & famam. Sed dicebat Serafinus. quod testes tenebantur dicere, antiquos dixisse, se nunquã cõtrarium audiuisse, & inde, testes qui hoc vltimũ non dicebant, non probare inmemorialem.
113 Sed verior resolutio est. quod remanebit probata inmemorialis præscriptio, etiam si testes non deponant, se audiuisse à maioribus suis, dicere, se non audiuisse contrariũ. quinimo hæc resolutio fundatur in doctrina Tanti viri Ludouici à Molin.lib.2.n.6.n.31 vbi tradens formam probandi inmemorialem præscriptionem ita dicit.
114 *Hæc autem inmemorialis præscriptio, seu consuetudo probanda est per testes, se vidisse semper ita fieri, & nũquã vidisse, nec audiuisse cõtrarium actũ fuisse, a Senioribus, & Maioribus audiuisse, ita factũ fuisse, de eo qua esse publicam famam, & opinionẽ apud eos qui eius rei cognitionem habebant*, hoc idẽ sentit Sixtin. d. c.5. n.155. Rota Roma. vt videre est in recollectis per Farina. tom.1. p.1. decis.445.n.1.& 2. in illis verbis.

Bene concluderent inmemorialem
115 *super statu Primogenituræ secundum requisita glosæ in verbo memoria in c.1. de præscrip. in 6. omnes namq. deponunt de auditu à maioribus, qui ab contenatis audierunt, & de fama, & quod nunquam audierunt contrarium, sed ab inmemoriali fuisse obseruatum.*
116 Vlterius confirmatur. quia omnes Doctores qui de probãdainmemoriali agunt, dictũ modũ eam probandi deducũt, ex autoritate glosæ verbo *Memoria*, in c.1. de præscrip.in 6. cuius verba sunt. *Sed quomodo probabitur, tãti tẽporis præscriptio? Dico secundũ Hostiẽsem, qui hoc notat de verbo. significa, quod per nouale quod dicent testes præscribẽtis (si talẽ habent conscientiam) quod semper viderunt, & audierunt ita esse, nec vnquã viderunt, nec audierunt contrariũ; & quod communis est, & fuit semper opinio quod sic fuerit, & quod non extat contrarij, vel initij memoria.*
117 Hæc autem glosa quam allegabat Seraphinus non ponit prædictum requisitũ, quod seniores, & maiores, nũquam audierint contrariũ, & hoc dictum ita intellexerunt Minsingeri. centu.1.obserua.30.Matthe.de Afflic. super consti.lib.3.Rubri.31. de præscrip.in cõstitu.40.n.8 fol.155.Monera de decim.c.5.n.76.ex his apparet nõ esse standum dictis per Serafin. dicta decisio. Rotæ Roma.1002.n.4.p.2.cũ enim illa decisio. alleget pro sua opinione glos.in c.1.de præscrip.in 6.& Couar.in Regu.possessor.2.p.§ 3.n.7 dicendũ est. Rotã censisse iuxta opinionem glosæ, & Couar.in quotũ autoritate illam fundat. Et dicta decisio rectè defendi potest, ex eo, quod. cum testes, qui in illa causa deposuerũt de possessione inmemoriali nõ dixissent se nunquã vidisse, nec audiuisse cõtrarium, nõ erat probata inmemorialis, neq. obstat, quod dicebat Garcia de beneficijs 1.p.c.2.n.45. quia respõdetur, quod ea quæ scribit Garcia. male intellexit. quod scribũt glos.& Couar. vbi supra licet sustineri posset decisio per d.Garcia relata, ex quo ex testibus ministraris, ad probãdã inmemorialẽ, nullus erat, qui nõ deficeret in requisitis in aliquo ex requisitis necessarijs.
118 Et licet magna fuerit controuersia; in suo responso (iam allegato) secundo. pro cõtrouersia tam notoria raupatum de contrabanda in Villa de Mataro, pag.45. in principio an videlicet inmemorialis possessio, possit probari

probari per instrumenta, an verò per
solos testes, refereus cōtrarias ad Inui-
cē opiniones; primā asserentem, posse
inmemorialē probari per instrumēta
eam ꝑ sequentes refert. Puteum de-
cis. 209 lib. 2. Caputaquen. decis. 347.
1. p. Feli. in c. cū causā n. 6. de probatio.
Deci. cō. 42. n. 9. & con. 428. & 438. O-
fasc. deci. 69. Valdes in additio. ad Sua-
rez allega. 6. pag. 80. Miet. de ma. to. 2.
p. 4. q. 20. n. 279. Aliā verò negātem,
videlicet non probari per scripturas.
119 tenere glos. in c 1. & ibi Iuan. Andre.
in fin. & Gemini. n. 16. Franc. n. 15. de
præscrip. in 6. Alex. cō. 16. n. 17. lib. 5.
Bal. de præscrip. 2. p. q. 6. n. 25. Craue.
de antiqui. tēpo. 4. p. n. 39. & secūdum
hanc pluries in *Rota Roma.* fuisse de-
cisum, refert Ludouisius decis. 51. n. 4.
quas opiniones cōtrarias, fœdere di-
stinctionis ad cōcordiam redactas, re-
fert d. Vinyes ibidem, ex mente *Rotę*
Romanæ dicens. quod si instrumenta
quæ producūtur. ad probationem in-
memorialis possessionis, sint antiqua,
120 & in illis ad sint verba narratiua, lo-
quentia de antiquissima præcedenti
possessione, tūc possessio inmemoria-
lis erit probata, ex dictis instrumētis.
si vero prædicta instrumenta referat
aliqua, ex quibus possit desumi prin-
cipiū ipsius inmemorialis possessio-
nis, tūc non probabunt inmemorialē
possessionē. quia etiā si lapsi sint cētu
anni, quovismodo constet de initio,
nō dicetur inmemorialis, l. si arbiter.
28. ff. de proba. in illis verbis *Animad-*
uertere debēt, an operis facti memoria ex-
tet. hoc et quærendū est, an aliquis memi-
nerit opus factum esse Paulus. Imò cum
quæritur memoria facti operis extet, nec-
ne, non hoc quæritur, nisi aliquis memine-
rit quo die, aut quo consule factum sit.
Gilcentus de Præscrip. c. 9. n. 77. & 78.
Et licet in præscriptionibus. iuriū.
121 requiratur sciētia ex parte eius cōtra
quē præscribitur, ex l. vēditor. §. 1. ff.
cōmu. prædio. l. quoties. l. 2. ff. de ser-
uitu. l. atticinius. ff. de serui. vrba. prę-
dio. c. cum Ecclesia Sutrina. de causa
posse. & propriè, l. 2. C. de serui. & aqua
122 vbi glosa verbo *Sciente*, & si agitur de
præscriptione cōtra *Regē*. requiratur
eius solius sciētia, & paciētia, nec suf-
ficiat Officialium ex Meno. cō. 1096.
n. 22. Surd. con. 566. Capici. decis. 57.
ex l. 1. ff. de off. Procura. Cesaris. in *Re-*
galijs concessibilibus Tamē si ius est
præscriptū ex tēpore inmemoriali.
123 nō requiratur probatio sciētiæ. aut ex
eo, quod in hac præscriptione, nō re-
quiratur illa qualitas sciētiæ, vel quod
extanti tēporis cursu, hæc omnia prę-
sumātur iam esse. vt refert Molin. de
Hispan. primo. d. c. 6. lib. 2. ex lege. ex
hoc iure, & ibi glos. §. ductus aquæ ff.
de aqua quotidi. & æsti. Ias. in l. Impe-
riū, n. 21. ff. de iuris. omni. Iudi. & alijs
ibi per d. Molin. relatis, & hāc senten-
tiā in puncto iuris veriorē, & tutiorē
esse affirmat, & cōprobat Sixtinus de
Regali. lib. 1. c. 5. n. 149. & sequē. quia
effectus, qui resultat, ex inmemoriali
pręscriptione. censetur titulus ipsius
concessionis. quādo verò sciētia Offi-
124 cialiū sufficiat, tradit Ioā. Baptis. Cos-
ta de facti sciētia inspe. 72. n. 10. Surd.
con. 429. n. 34. Peregri. de iure fisci.
lib. 6. tit. 8. n. 26. Mestrill. vnico cōsilio
post decisiō n. 74. cū sequen. multa de
Regaliarū pręscriptione videri pote-
runt pœnes Sixtinum de *Regalibus*.
lib. 1. c. 5. à n. 137. cum sequen.
Non modica ex dictis oritur dubi-
125 tatio. cum dixerimus. cōcessibiles Re-
galias posse præscribi, & appareat in-
de dicēdū, quod cū impositio vectiga-
liū sit de *Regalijs* concessibilibus, an
vniuersitates solitæ imponere. à qui-
bus nō est exactū ius quinti, casu quo-
petatur, possint vniuersitates se tueri
ex pręscriptione inmemoriali impo-
nendi, & exigendi, sine quinti solu-
tione. Et licet prima facie dicendum
126 appareat posse dictas Vniuersitates
se defendere, ex eo quod existunt in
possessione

præscriptione inmemoriali, integre exigendi, absque solutione quinti. & perconsequens præscripsisse libertatem non soluendi, prout dictum est. contrarium tamen verius est. quod non potest dici, præscriptum ius exigendi quintum ab Vniuersitatibus, ex sequentibus fundamentis.

Primò. quia ad præscribendum
127 etiam ex tempore inmemoriali, requiritur possessio. hæc autem in hac Regalia exigendi quintum, non po-
128 test considerari, eo quod, cum hoc ius exigendi quintum sit de superioribus Regalijs Coronæ Regis adherentibus, eius respectu non potest conside-
129 rari possessio, cum ex hoc viatico possessio auferatur, etiam in cursu ducentorum annorum. & sic licet Re-
130 galiæ Superiores præscribantur de iure communi, ex inmemoriali præscriptione, ex traditis per Crauet.con. 349.n.9.& con.814.n.5.Peregrin.de iure fisci lib.6.titu.8.Barbosa in l.cōpetit.6.n.161.C.de præs.30. vel.40. annorum Cācer.to.2.vari.c.2.n.514. vbi iura Regalia præscribi attestatur
131 aut ex præscriptione inmemoriali, seu quadragenaria cum titulo, quam æquiparat inmemoriali ex. cap.1. de præscrip. in 6. hoc est. quia de iure
132 communi, non est sublata possessio. aliud est, aliquē esse inhabilem, aliud esse incapacem.

Secundò. & alia ratione probatur,
133 quia quod ex inmemoriali præscriptione inducitur, est Titulus quidam præsumptus, non verus, neq; certus. ex traditis à Soci.con.260.n.22.lib.2. Menoc.cō.220.n.138.lib.3. iste autem titulus præsumitur ex legitima possessione tēporis inmemorialis. cum
134 igitur iste viaticus loquatur, non de præscriptione inmemoriali, sed de possessione, eam auferendo, euidens est, Titulum ex ea causatum per iuris fi-
135 ctionem, nullius esse momēti, non solum ad præscribendum ius exigendi quintum, verum etiam, quodlibet ius, concernens supremas Regalias, quæ sunt de diademate, & quæ ossibus ad-
136 herent Regis. Tum quia dato. quod esset præscriptio inmemorialis, (quod negatur) adhuc non adquiritur ius non soluendi quintum: quia hoc ius
137 semper censetur reseruatū, in signum Superioris dominij, quia in cōcessione Regaliarum, semper censetur reseruata Principis superioritas, vt pluribus iuribus, & Doctorum authoritatibus tradit Peregri.de iure fisci lib.1.c.3. n.31. Vasques de successio, creatio.lib.2.§.17.n.18.Surd.cō.267.
138 & sequen.lib.2. Alex. Raudensis respon.1.n.263. & 435. lib.2. ex his dici potest. quod cum duplex sit possessio, vna naturalis, alia ciuilis iuxta glos. in l.3.§.è cōtrario. ff.de adqui.posse. l.si vt certo, §. si duobus vehiculum,
139 ff.commo.Afft decis.380.inde naturaralis possessio, percipiendi impositiones, residet pœnes Vniuersitates. quiritaria verò, vel ciuilis pœnes Regem residet, tum quia ad præscribendum
140 requiritur vtraq; possessio, & natules, & ciuilis, vt ex mēte Bar.in l.3. §. ex cōtrario, ff.de adqui.poss.ex Paulo deCastro, & alijs in l.1.n.1.C.de seruis fugi.retuli in meis vari.resolu.c.7.de iure emphi.n.51.vnde eædē Vniuersi-
141 tates, proRege possident. & sic cū non possint causā suæ possessionis mutare inde, nec præscribere, Ias.in l.2.n.157.
142 C.de iur.emphi.Tesau.decis.179.n.4 & ibi additio. Gaspatis Antonij Codex.Fabria.lib.7.Titu.13.defini.19. & de iure Catalo.habemus textū in *c.si castla.& in c.vassall.ò castla.*& ibi Socar.in cōmemo. Petri Alberti.Cācer. 3.p.c.1.n.176.& n.460.vbi expressè attestatur. quintū neq; ex inmemoriali præscriptione posse præscribi. nec
143 alienum est, quod inferius referam, quod desumpsi ex responso facto per Magnificum Philipum Vinyes, iam allegato, verbis per eum relatis de

144 de l.vlti.C.de appell.in Theodosiano in illis verbis *Salua Maiestatis nostræ reuerentia ius nobis, cum priuatis non de dignamur esse commune*, quibus verbis, euidenter apparet, iura Regia, & vniuersitatis communiter per eas administrari solere.

145 Consideratur, & alia ratio. quia in exactione impositionum, cum nulla diuisio considerati possit, quando insimul ius earum exigitur, tūc vniuersitates cum Rege, tanquam sociæ illius exigunt, & recipiūt, iuxta Tex. in l.fina.C.de vectigalibus, ibi *Designatæ consortium porcionis, ad dandum suæ Maiestati.* Socius autem, etiam ex

146 præscriptione inmemoriali, non adquirit cōtra Socium.glos.in l.1. §.ad hæc, verbo *Pro Socio.* C. de annali præscrip. Bal.de præscrip.4.p. quartæ partis principalis. q.13. n.2. quia dum durat societas, impossibile est,

147 quod currat præscriptio Corne.consil.14.n.5.verbo *Quantum autem* vol.1. & est Textus in l.seruus communis, 67. ff.de adqui. hæredi. apparet igitur. quod non potest prætendi, vniuersitates ex non solutione quinti,

148 de tempore inmemoriali, posse se defendere., & eas esse exemptas à solutione illius, quando ab eis petatur.

149 Quanto magis meo iudicio, quod nulla vniuersitas est, quæ hodie possit allegare præscriptionem inmemorialem, ex sequenti ratione. Pro cuius confirmatione est aduertendum, pro

150 exteris. Quod in Curijs generalibus. per congregationem trium brachiorum, (ex quibus constantur Curiæ generales vbi representatur integer totus Principatus, & sunt, atqui si in-

151 diuiduè omnes Vniuersitates. & singulares earum adessent) in dictis igitur Curijs celebratis anno 1599. cum capitulo 82. fuit per Syndicos. Vniuersitatum. & per Brachia petitum, quod eis fieret remissio, de omnibus quantitatibus, de quibus essent debitrices, ratione impositionum per dictas Vniuersitates Impositarum,

152 & collectarum.de quibus per Magistrum Rationalem eisdem ad debitum imponebatur. Ex cuius capituli tenore appatet, ipsas Vniuersitates cōfessas fuisse debitū, cū illius absolutionē,

153 & remissionem petierint. cum de iure cautū sit, quod qui transigit super delicto. cōfitetur se illud comisisse. iuxta Tex.in l.quoniam, ff.de his qui notan.

154 infam M.ier. ad constitu. Regis Iacobi Secūdi in Curia Barcinone col.9.c.9, n.14. nam licet esset dubium. an ex simplici petitione remissionis. cenceatur delictum confessum, tamen si in narratione factum veraciter referatur. tunc confessio facta censetur iuxta tradita per Farina.to.1.decis 51. n.5.quod probat ex. c. per venerabilem, vbi glos. verbo *Postulauit*, de electio. Præposit. in c.ad præsentiam n.3. de appella. Abb.in c.exhibita prope fin.de homici. Couar.in c. Alma mater parti.1. §.12. verbo *Tertiò.* Vnde, cūm pro parte Vniuersitatum (qua-

155 rum est interesse soluere quintum) fuerit petita remissio illius, vsque ad illam diem, certum est, confessas fuisse debitum quinti. vnde nec exceptio præscaiptionis, nostris temporibus apponi poterit, cum Fiscus non pos-

156 sit petere quintum debitum, vsque ad annum 1599. quo Curiæ fuerunt celebratæ, nequæ quintum decursum à dicto anno perdet, cum non fuerit lapsum legitimum tempus ad præscribendum.

157 Vno tamen casu, tractu temporis futuri, poterit opponi exceptio, nēpe si à Fisco petatur, ab aliqua Vniuersitate, illaque neget se debere, & ab eo tempore labatur tempus octuaginta

158 annorum, (quod est requisitum ad præscribendum patrimonialia) tunc præscriptio locum habebit. non ex eo quod sit præscriptum ius Regaliæ. Sed quia est præscripta actio in vim exceptionis

159 exceptionis non debendi, sicuti de
præscriptione iurium Castrorum, quæ
quod ad vassallos in præscriptibilia
160 sunt, iuxta tradita, & resoluta per Cã-
cer. 3. to. variar. c. 13. de iurib. castro.
n. 37. tamen, petitis operibus à domi-
no, negatis verò à vassallis, decurso
161 legitimo tempore, præscriptæ erunt
operarum præstationes, vt tradit
Marquil. ad hũc vsati. fol. 304. pag. 1.
col. 1. In princi. verbo *Credere ta-
men* & pluribus Autoribus allegatis
162 resoluit Cancer. dicto n. 39. sic hoc ius
soluendi quintum, post contradictio-
nem præscriptum erit, lapso octua-
ginta annorum spatio. hoc enim tẽ-
pus requiritur in Catalonia ad præs-
cribendum res patrimoniales Regis.
iuxta constitutionem secundam. titu.
163 de præscrip. vbi disponitur. quod bo-
na patrimonialia Principis, non præs-
cribantur, nisi octuaginta annorum
spacio, quod rectè declarat Cancer.
tom. 2. variar. c. 2. de iurisdic. omni.
iud. n. 127. constituendo differentiam,
164 inter bona Regis (iuxta ea quæ prius
tradidit Olib. de iure fisci c. 5. a n. 7.
dicens) alia esse Fiscalia. & Regalia,
quæ Populus ei præstat ad sustentan-
da onera Regia, veluti tributa, & simi-
lia. alia verò sunt patrimonialia Prin-
cipis. veluti quo ad ea quæ ad ipsum
peruenerunt ex aliquo particulari.
quod hæc præscribantur spatio tri-
ginta, aut quadraginta annorum. Ea
165 verò quæ sunt patrimonialia ex suis
Regalijs, sub quibus etiam compre-
henduntur ea, quæ Rex habet ex cõ-
cessionibus Apostolicis, vt ex Ioan.
Monaco. in c. generali de elec. lib. 6.
& Bal. in titu. de fœud. Belluga in
Speculo Principum Rubri. 23. §. tra-
ctemus n. 38. verbo *Et hoc ius*. Silue-
rius Bernat in suo responso. pro or-
dine Montesiæ §. 8. prima par. n. 23.
cursus octuaginta annorum requira-
166 tur. Vnde quintum patrimoniale est,
& sic licet si effectus Regaliæ, illud
tamen non est eadem Regalia. Vnde
succedit, quod attestatur Oliba ad vsa-
167 ti. Alium Namque c. 7. n. 35. quod li-
cet non possit præscribi ius superio-
ritatis, præscribitur tamen possessio,
& habilitas possidendi. Vnde dicitur
talem Vniuersitatem, propriè non ha-
bere ius ad agendum, habere tamen
168 illud plenum ad excipiendum, & hoc
idem (post hæc elaborata) inueni Ia-
cobum Cancer. hoc tenentem in lo-
co extraordinario videlicet. 3. tom.
169 varia. c. 4. de servi. n. 461. verbo *Vnum
tamen*. vbi asseueranter dicit. prædicto
casu, ius soluendi quintum præscrip-
tum fuisse exemptiuè, confirmans ex
Bar. & alijs per eum allegatis.

Mouet ad hunc vsaticum, Iacobus
170 de Monte Iudaico aliquas quæstio-
nes circa præscriptionem termino-
rum Castri. & aliorum iurium, quæ
cum concernant merita Castrorum,
& præscriptionis, cõsulto eas omitto.
Tum quia hic solum intendo, agere
de præscriptione Regaliarum, tum
quia, tam de iuribus Castrorũ, quam
de eorum præscriptione, latè egit
Cancer. de iuribus Castro. tom. 3. c. 13.
de Princip. tom. 1. c. 15. & tom. 2. c. 2.
de iurisdic. omni. iudi. in diuersis, ac
171 separatis numeris, & maximè à n. 112.
vbi tractat, an merum Imperium, con-
tra Regem præscribatur, dicens in
n. 117. in Catalonia merũ Imperium,
nullo vnquam tempore posse præs-
cribi, cum sublata sit præscriptio in-
172 memorialis, ex dicto vsatico. dum tol-
lit ex ducentorum annorum, quasi
velit hanc præscriptionem esse ma-
iorem, quam inmemorialem, cuius
173 opinionem in hoc non sequor. quia
maior ducentorum annorum potest
esse, etiam si principium inueniatur
174 inmemorialis verò nõ erit, etiã si sit
mille annorũ. si de principio cõstet.
Et sic considero duo quæ dicit Can-
175 cer. n. 118. videlicet. quod licet merum
imperium, nullo tẽpore possit præs-
cribi.

cribi, tamen si in Catalonia, aliquis
176 illud possiderit per spacium triginta annorum cum titulo, defendetur in possessione. Si igitur merum Imperiũ est cõcessibile cũ titulo, erit etiã
177 præscriptibile.iuxta tritissimum iam dictum iuris principium, quod quidquid est præscriptibile, est concessibile. & è contra. poterit tamen meo indicio dictum Cancerij sic interpretari,& sustineri. quod merum Imperium si accipiatur pro prima gladij
178 potestate,quæ adheret Regalijs. non poterit præscribi.quia non potest separari a Rege. merum autem Impe-
179 rium, quatenus attinet ad punitionẽ delictorum via ordinaria. hoc est cõcessibile.hoc est præscriptibile. & sic experimur,quod multi Barones, ha-
180 bẽtes iurisdictionem ordinariam criminalem,puniunt delinquentes in casibus meri Imperij.quod post hęc elaborata inueni pœnes responsum factũ per Philipum Vinyes in contentione Capitaniæ Generalis, & Deputatos Cataloniæ de mense Iulij 1638. pag.8.verbo *Por esto es muy euidente,y claro*. Hoc tamen casu, illud merum Imperium afixum Regaliæ, cum non
181 possit a Rege separari,inde operatur, quod in vim illius,Rex auocat ad se causas.vt experimur quotidie, vt supra dictum est. quod si aliquod delictum furti,vel mortis eueniret in caminis Regalibus. vel aliqui vassalli fabricauerint, vel cuderint mone-
182 tam,& Baro habeat merum Imperiũ, poterit de tali delinquente cognoscere, & punire vsque ad mortem naturalem inclusiue. non tamen censetur abdicata iurisdictio adherens Regaliæ merij Imperij,vel aliæ,ex quarum virtute, Rex ad se auocat cau-
183 sas.quod post longam confirmationẽ, vbi supra dictus Vinyes docere videtur dicens. Regem concurrere in exercicio meri Imperij cum Barono. ex alllegata l.vlti.de appella.in Teodosiano.ibi, *Salua maiestatis nostræ reuerentia, ius nobiscum cum priuatis non dedignamur esse cõmune.*& in hoc sen-
184 su poterit intelligi, quod dicit Cancer. quod merum Imperiũ nullo vnquam tempore, etiam inmemoriali præscriptione, poterit adquiri. quia
185 etiam si Baro a tempore inmemoriali,cognoscat de casibus meri Imperij, licet quo ad hoc possit præscribere, ex tempore inmemoriali,non tamen potuit præscribere contra Regẽ priuatiuè.ita vt Rex, non possit,quotiescunq. voluerit, causas prædictas auocare,& de illis cognoscere. quod po-
186 test etiãcõfirmari,& traditis per Marqui.ad hũc vsati.fol.302.pag.2.col.1. in princi.vbi ponit.quod merum Imperium competit potestati. idest Re-
187 gi.eo solum quod Rex est.quod quando merum Imperium dicitur impręscriptibile, intelligatur de superiori potestate,non vero de gladij ordinaria.sæuiẽdi facinorosos homines.hoc enim præscribitur tempore inme-
188 moriali de iure communi.iuxta tradita per Marqui.fol.305.pag.1.col.2. in princi.verb.*Sed certe dico aduc* probans hanc resolutionem.ex l.1.§. denique.ff.de aqua pluui.arcen.& l.seruitutes ff. de serui. ex eo quod. non habeat causam continuam.quod idem tradit Belluga.inSpeculo.Princi.Ru-
189 bri.9.n.15.& ibi additio.Camilli Borrel.littera N. verum, licet ipse dicat, de iure Vsaticorum esse in pręscriptibile merum Imperium, hoc est intelligendum de illo mero Imperio. consistẽre in Regalia. nam vt dictum
190 est,de mero imperio interiori,consistente in gladij potestate,animaduertẽdi in facinorosos homines.hoc pręscribetur cum titulo, & possessione quadraginta annorũ.vt dicebat Cancer.tom.2.c.2.n.117.cum sequen. aut
191 sine titulo, ex præscriptione octuaginta annorum. cum hoc casu, separato hoc mero Imperio a supremo Rega-

Regaliæ Iure, reguletur tanquam res patrimonialis, quæ iuxta constitutionem secundam Titulo de præscrip.
192 bona patrimonialia Regis, octuaginta annorum spacio præscribantur. & quod merum Imperium, hoc modo sumptum, sit adquisitum per Baro-
193 nes, atestatur Mier. ad constit. Regis Petri Secundi in Curia Barcinonæ col. 2. n. 23. loquens de dominis locorum de *Monells* & de *Cassa de la Selva* sitis in Empuritano siuè *Empurdà*, quod etiam videtur, (licet nō ita clare) atestari Anto. Olib. ad dictum vsa-ti. Alium namq. c. 6. n. 35. vbi ait. quod habens territorium præscribit aduer-
194 sus Principem in petitorio, quo ad mixtum. In possessorio quo ad merū. nam hęc vltima verba de mero Imperio, contrariantur supradictis per
195 dictum Oliba. dum dicebat his verbis expressis. *Licet Principi huius Prouintiæ aliqua ex his, liceat concedere vt merum Imperium.* Si igitur, ex his verbis confitetur dictus Oliba. merum Imperium, per Regem posse concedi, quomodo negare potest, posse illud præscribi. iuxta illud tritissimū principium toties repetitum.
196 Cętera verò alia iura, quę non consistunt in Regalijs, spatio octuaginta annorum præscribuntur, iuxta dictā constitutionem secundam. ex quibus dici potest eodem modo, quod ius adquirendi minas non pręscribetur spaçio octuaginta annorum, cum non sit de patrimonio, sed de Regalijs. poterit tamen ex inmemoriali. vt ex pluribus resoluit Sixtin. de Rega. lib. 2. c. 16. n. 89. Vnde cum in Baiulia Genetali Cataloniæ lis verteretur, me existēte fisci aduocato. inter fisci Procuratorem agentem contra Priorissam, & Cōuentum Monasterij de Iun-
197 queres huius Ciuitatis ad hoc vt Monasterium amortisaret locum de Alcoletja, qui erat fœudum Regis. eo quod Monasterium erat manus mortua. Et pro parte Monasterij, fuisset oppositum. quod possesio dicti Monasterij, erat plus octuaginta annorū, & sic ius amortisationis erat præscriptum tandem facta conclusione in
198 Regia Audientia die 11. Maij 1634. fuit declaratum. ius amortisationis fuisse præscriptum. contra fiscū quia ius amortisationis. spatio quadra-
199 ginta annorum. Præscribitur.

Ex prædictis igitur habemus, an, & quomodo Regaliæ maiores. vel
200 minores pręscribi posint. & illæ. quę præscribi possunt, quomodo præscribantur. quæ materia præbuit mihi ocasionem hunc tractatum de Regalijs facere.

SVMMARIVM.

Ciuitatum, & Villarum creatio est de Regalijs, n. 1.
Quæstio an sit, debet præcedere quæstionem quid sit, n. 2.
Villas, & Ciuitates existere clarum est, num. 3.
Ciuitas quid sit, n. 4.
Ciuitas propriè quæ dicatur, n. 5.
Ciuitates solent habere Episcopatum, n. 6.
Villa quid sit, n. 7.
Villa assimilatur Ciuitati, n. 8.
Villa quid significet, n. 9.
Villicus quis dicatur, n. 10.
Villa qualis sit, n. 11.
Villa quæ sit, n. 12.
Villa ex quot domibus constet, n. 13.
Villa, & Ciuitas in quo diferant, n. 14.
Ciuitas an debeat habere Episcopatū, n. 15.
Ciuitates quæ sine Episcopatu erant in Catalonia, n. 16.
Episcopatus Solsonen. a paucis annis creatus, n. 17.
Ciuitas an posit esse sine Episcopo, n. 18.
Ciuitas ex quo fiat, n. 19.
Ciuitas, & Villa a mera Regis voluntate pendet, n. 20.
Principis voluntas sola facit Villam, seu Ciuitatem, n. 21.

Voluntas

Voluntas Principis qualis esse debeat ad facendam Ciuitatem,seu Villã,n.22.
Principis voluntas creans Ciuitatem,seu Villam debet esse clara,n.23.
Principis voluntas debet esse determinata,n.24.
Principis assertio quando disponat,n.25.
Ciuitas in Italia dicitur quæ habet Episcopum,n.26.
Metropolis quæ sit,n.27.
Ciuitas potest esse sine Episcopo,n.28.
Ciuitatem homines an possint facere sine Principe,n.29.
Ciuitas an fieri possit sine licentia,n.30.
Ciuitatis,seu Villæ quando retineant nomen.num.31.
Comitatus Rossilionis,& Ceritaniæ fuerãt addicti Principatui Cataloniç,n.32.
Comitatus Rossilionis, & Ceritaniæ quo tempore fuerant vniti Cataloniæ.n.33.
Vniones factæ cum decreto Principis,an sine eo possint desuniri,num.34.
Vnita certa forma, sine ea non possunt desuniri,num.35.
Desuniri quando possint vnita,nu.36.
Rex quãdo possit desunire,a se vnita,n.37
Vniuersitates vnitæ qualiter non possint desuniri,n.38.
Regalia non comprætenditur sub constitutionibus,n.39.
Iurisdictionis præsumptio solum stat pro Rege,n.40.
Iurisdictionem prætendentes debẽt illam probare,n.41.
Cõstitutiones Cataloniæ cõpræhendũtComitatus Rossilionis,&Ceritaniæ,n.42
Comitatus Rossilionis petens desunionẽ repulsam passus a Rege,n.43.
Perpinianenses quo motiuo celato petebant desunionem,n.44.

Cap. 44. De Regalia creandi Ciuitates,& Villas.

1 DE Regalia creandi Ciuitates, & Villas,est hic habendus sermo.nã facultatem creandi Ciuitates,& Vil-
las de Regalijs esse, agnouerunt Ca-
lixtus Ramirez de potes.Reg. §. 26.
n.61.fol.261.Galli.lib.1. obserua. ob-
seruatione 60.n.24.& 25.Petrus An-
to.a Petra.de potes.Princi.c.10.n.28.
quos refert Sotomaior controuersia
quotidiana de vsufruc.tom. 7. c. 41.
n.96. Sed cum quęstio quid sit,debeat
subsequi quæstionem,an sit.& de hac
non sit tractandum, cum nulli possit
2 esse dubium, Villas,& Ciuitates exta-
re, subsequenter sequitur declarare.
quid sit vnaquequæ res. Ante omnia
declarabitur quid sit Ciuitas tanquam
3 præstantior. Ciuitas quo ad nostrum
institutum attinet,licet ex se dicatur
congregatio personarum, & Domo-
4 rum,in se habens multitudinem,iux-
ta tradita per Marcum dec.363.n. 2.
& 3.vol.1.hæc autem amplius se ex-
5 tendit.& sic dicitur Ciuitas.Multitu-
do hominũ societatis vinculo aduna-
ta,muris cincta,Episcopũ habẽs,à ve-
teribus,sic appellata.vt tradunt com-
6 muniter scribentes in c.si Ciuitas ex
de senten.excõmunica.Ioan. Andræ.
ibidem Cagno.in l.2.n.14. ff. de ori-
gi.Iuris Cardinalis in Clemen.1.ver-
bo. *Extra Ciuitates* extra de sepultur.
Solsona in lucerna laudi. titul. nota-
bilia sextæ cellulæ.mihi.fol.35.n.6.
7 Villa verò, diuersa res est a Ciui-
tate,licet in coadunatione,& congre-
gatione hominum,& domorum quo-
8 dammodo assimiletur de Villa pri-
mo meminit Iure Consultus in l. 83.
§.qui fundum ff de lega. 1. vbi poni-
tur pro edificio posito in iure.l.fundi
9 appellatione. ff. de verbo. significa.
glos in l.8.§.vltimo.verbo. *Villam* ff.
soluto matri.l.si ita §.fina,ff. de fun-
do instruc. l. fundi. ff. quibus modis
vsusfructus amittatur,l. hæres & ibi
glos ff.de vsufruc.lega.ex quo venit,
10 & dicitur. *Villicus* ille, qui propter
fructus percipiendos in iure præpo-
nitur. l. si cum villico. ff. de institto.
11 actio. Sed hic quo ad iusRegaliç atti-
net,

net. sumitur pro congregatione hominum, & domorũ sine muris, vallis circũdata, & vallata. quia Villa, expressè dicitur illa, quæ extra Ciuita-
12 tem existit l. 1. C. rusticani ad vllum obsequium lib. 12. Bar. in l. 1. §. siue autem n. 1. ff. de noui operis nunciatas. in l. si hæres §. 1. n. 8. ff. de lega. 1. & in l. 83. §. qui fundum n. 5. ff. eod. Marcus decis. 366. n. 27. vol. 1. Bar. in dicta
13 l. si hæres §. 1. glos. in §. sed quidem Iure naturali verbo, *Villis*. institu. de rerum diuisio. Villam verò, ex quinque domorum congregatione, constitui posse attestatus fuit Alex. in l.
14 31. n. 7. C. de testamentis. Non desuerunt aliqui, qui existimarunt, quod Ciuitas à Villa diuersa erat quod hæc Vallis, cincta, non muris erat. illa verò muris cincta, Episcopum habẽs.
15 Hęc autem differentia, quoad Episcopum, Imprimis ridicula est. & quod procinctus murorum ciuitatem non faciat. experimur enim in hoc Prin-
16 cipatu. olim duas extitisse Ciuitates & sine Episcopo. & erant. Ciuitas de
17 Manresa. & Ciuitas de Solsona, Hodie autem a paucis hinc retro annis, Episcopatus fuit creatus in Ciuitate de Solsona. experimur quoque,
18 quod plures sunt Villæ. populatæ, in hoc Principatu muris procinctæ, quæ semper retinuerunt, & nunc retinent nomen Villæ; & sic cum certum sit non esse de essentia
19 Ciuitatis, quod habeant Episcopum, videndũ est in quo consistat ius illud, quod Ciuitatem in esse Ciuitatis constituat. Cui dubitationi responsum dat. Bar. in l. vnic. C. de Metro. Berito. lib. 11. & ibi Angel. n. 2. vbi dicunt Ci-
20 uitatem constitui, & appellari posse ex sola Principis mera voluntate, volentis aliquam Villam facere Ciuitatem. & aliquem populum Villam esse etiam si Ciuitas Episcopum non habeat. nec Villa sit muris circundacta.
21 Vnde sola Principis voluntas facit Ciuitatem, seu Villam. clemen. summus Pontifex de senten. excõmunica. Bar. in l. vlti. n. 5. de collegi. illicitis.
22 quod autem dictum est. solam Principis nominationem Ciuitatis, seu Villæ, illam facere Villam, seu Ciuitatem, ita intelligendum est. si Rex
23 dispositiuè habuerit animum, eam faciendi Ciuitatem iuxta plura, quæ ad hoc institutum refert Cancer. 3. tom. vari. c. 3 n. 9. vbi ait quod illud, quod dicebat Bart. in extrauagan. qui sint rebelles, verba *Lombardiæ* n. 6. & in l. fin. n. 5. de collegi. illici. quod nomi-
24 natio Principis facit aliquam populationem Ciuitatem. ita intelligendum est. si principaliter, & propter illud nominauerit. secus si enunciatiuè. & hoc tenent post Felin. Pacia. de probatio c. 27. n. 145. lib. 2. Fabria. de anaiti. c. 66. n 42. hoc idem refert Cancer. tenuisse ante eum Socarr. in commemora. Petri Albani cap. si ve-
25 ro, aliqui n. 30. cum sequen. vbi dicit quod nuda Principis assertio de aliquo castro terminato, non facit castrum esse terminatum. De consue-
26 tudine verò, maximè in Italia, illa quę habet Episcopũ, dicitur Ciuitas Bart. in l. 6 §. vlti. ff. de excusa tuto. & Me-
27 tropolitana Ciuitas appellatur ea, quæ habet Archiepiscopum. Bar. in dicta l. 6. §. 1. n. 5. in 2. lectura. glos. in l. vni. & ibi Bart. & Angel. C. de Metropoli. Boerà. lib. 15. & sic non est de
28 necessitate, quod ad hoc vt Ciuitas dicatur, sit in ea Episcopus. Sed quia ordinarium est, quod vnaquęque Ciuitas habeat suum Episcopum, ita dicitur, Ciuitatem eam esse, quæ Episcopum habet. ita prædicta declarat Ioan. Andrę. in dicto c. si Ciuitas n. 6. late hanc materiam tractat. Hyeronimus de Monte. in tracta. de finibus regum c. 5. n. 1. cum sequen. & licet Bart. in l. vlti. n. 5. C. de collegi. illici-
29 tis, & in l. vlti. ff de verbo. signi. dicat quod homines possunt Ciuitatẽ pro-

pria

pria autoritate sibi ipsis construere: sine Principis autoritate, ex glo. in l. 1. & ibi Bar. n. 1. & 2. ff. quod cuiusq;
30 Vniuersitatis nomine. hoc intelligendum est, quo ad fabricam, & coadunationem domorum, iuxta tradita per Loscum de iure Vniuer. 1. p. c. 2. n. 71. vbi tales non habẽt dominium. (quod quidam dictum ita melius intelligen-
31 dum puto) videlicet. quod possint domos construere, non tamen, poterunt habere nomen Ciuitatis, seu Villæ, si Regio priuilegio tali nomi-
32 ne, non fuerint cohonestatę. Ita quando in hoc Principatu Cataloniæ fuit Conuentum, quod Comitatus Rossilionis, & Ceritanię, fuissẽt vniti prędicto Principatui, & efficerẽt vnum, & idem corpus: debuit necessario in-
33 teruenire Regis priuilegium. quod fuit concessum per Serenissimũ Regem Petrum Quarto calendas Aprilis 1348. ex quo vniones sic factæ, in dissolubiles dicuntur a Doctoribus.
34 signanter ab Auendaño in c. 4. Preto. n. 20. & 21. lib. 1. Ioan. Gutier. de iuramen. confir. 1. p. c. 58. n. 1. Gaspar. Anto. Thesau. in additio ad decisio. Patris 142. littera A. Cancer. variar.
35 resolu. 3. p. c. 4. n. 440. Vnde facta vnione de licencia, & cum decreto Regis inde fit, quod non possunt postea diuidi, aut separari nisi eodem modo & forma l. nil tam naturale &
36 ibi deci. ff. de Reg. iur. faciunt tradita per Doctores in l. sicut initio ff. de obblig. & actio tradit Marcu. ad vsaticum. *Hoc quod iuris est Sancleru* tol. 211. pag. 2. verbo, *Vigesimo nono.* quod confirmat ex l. si eadem Prouincia. ff. de Assesso. & in auth. vt iudices sine quoque supra. 5. illud tamen decernimus col. 2. & licet magna sit controuersia, an facta vnione, de consensu
37 partiũ vnitatũ, sit necessaria vtriusq; partis consensus, ad separandum, & diuidendum. communior tamen Doctorum resolutio est, quod potest Rex

diuidere, iusta tamen de nouo causa interueniente, licet ab initio iustissima interuenisset causa, tempore quo fuerunt vnita. & incorporata. pro vt fuit pro parte Villæ Perpiniani, in allegationibus pro eius parte factis, & præsentatis Regi. in anno 1627. quando instabat Syndicus illius, quod dicti Comitatus de Rossello, & Cerdanya diuiderentur ab vnione, & incorporatione antiqua, etiam non cõsentiente Principatu, dato pro constanti, hoc vltimo fundamento: quod dicebatur confirmari ex Thesau. decis. 142. in additio. littera D. circa fin.
38 Ioan. Gutier. de iuramen. confirma. 1. p. c. 58. n. 6. Cancer. var. resolu. tom. 3. c. 4. n. 440. qui in terminis Vniuersitatum dicit posse diuidi ex iusta causa, etiam si Regio priuilegio esset vnita. Viui. decis. 194. per totam Redoan. de rebus eccle. nõ alien. c. 35. Bal. cons. 72. lib. 2. Dec. a. cons. 97. n. 12. lib. 2. Lancelo. de attenta. 2. p. c. 4. de attenta. lite pendẽ. in præfatio. n. 399. Craue. de antiqui. tempor. 1. p. 5. circa n. 40. & 54. Hyeroni. de Monte. in tracta. fini. n. Regu. 20. c. 4. n. 7. & 11.
39 Vltimo dicta Vniuersitas instando prædictam separationem, allegauit. posse Regem ex sua suprema Regalia (quæ non comprehenditur sub constitutionibus, iuxta tradita per Mier. in consti. Reg. Petri Tertij. in Curia Barcinone c. 15. nu. 4. 5. & c. 34. nu. 2. col. 2. & Seguera tom. 1. decis. 22. n. 6. &
40 supra multoties) dismembrare, & segregare res vnitas. iuxta tradita per Calici. in extragrauato. curia. dubio. 7. n. 56. & in margarita. fisci dub. 8. n. 6. Mier. in Curia Montisoni Regis Alfonsi. 2. c. 32. n. 3. col. 3. Bouadilla in sua politica tom. 1. lib. 2. c. 16.
41 n. 149. quia solus Rex habet fundatam suam intentionem, in territorio, & iurisdictione. Cæteri verò prætendentes habere illam, debent eam allegare, & probare illius exercicium, ex

Inno-

Innocencio in cap. cum ad sedem n.3.
de restitu. Spolia. Bal. in l. t. num. 12.
C. de emancipa. libero. Sed cum circa
statum dictorum Comitatuum, à di-
cto tempore vnionis, hucusque in di-
uersis Curijs generalibus, Constitu-
tiones factæ semper statum Comita-
tuum, & Principatus vniformiter
prospexerint. & æqualiter de illis
42 fuerit dispositum, omnibus incolis,
& habitatoribus eorum ingredien-
tibus in Curijs, & æqualiter concur-
rentibus in omnibus beneficijs, &
gratijs vniuersis totius Principatus.
insiderunt Madriti. petitioni dicto-
rum Comitatuum, & tanquam oblitos
43 sui met commodi, & vtilitatis. Syndi-
cum quem ad suam Maiestatem mise-
rant, ad suam patriam redire man-
darunt. Non quod ex Superiori Re-
galia, non possit Rex iusta de nouo
existente causa, desgregare, & se-
parare. Sed quia causas per dictum
44 Syndicum representatas, inanes, &
vacuas, plenas tamen vento, & ma-
chinatione propria eorum, qui de
gremio, & consilio, dictæ Villæ erant,
cupidi sui proprij lucri, & interesse,
hoc nouum separationis modum ex-
cogitarunt, putantes nouam inde rem
publicam formandam esse, nouos
Officiales creandos, necessarioque
eligendos esse eos, (qui negotium
tractabant) tanquam instructos in
omnibus. Turris fuit super arena
fundata, & sic nil mirum, si vento
ex ore prolato fuit diruta.

SVMMARIVM.

POEnarum remissio est Regalia, numero 1.

Remissio pœnarum, quæ est Regalia quas pœnas contineat. n.2.

Punitio criminis, quid inspiciat, n.3.

Pœnæ quid inducant, n.4.

Sententiarum criminalium tenor refertur, num.5.

Remissio fieri debet ab habente summam potestatem, n.6.

Remissio est effectus supremæ potestatis, num.7.

Remissionis causa qua sit, n.8.

Remittere delicta cui liceat, n.9.

Regalia remitendi delicta in quo cõsistat num. 10.

Rex ex suprema Regalia, an possit remittere extante instantia, n.11.

Regalia sunt exceptæ à Constitutionibus, num.12.

Rex stante instantia partis quando possit remittere, n.12.

Rex, an possit remittere sine satisfactione damni, n.14.

Causa iusta in facto Principis, an præsumatur, n.15.

Rex, an possit ius à tertio auferre, num.16.

Publica vtilitas, an prosit, n.17.

Interesse partis quando censeatur remissum, n.18.

Remissio quando comprehendat partis interesse, n.19.

Interesse particulare, non attenditur in casu necessitatis, n.20.

Publicum bonum priuato est præferendum, num. 21.

Bonum publicum, quando sit præferẽdum priuato, n.22.

Rex, an possit capere bona ex causa publica, n.23.

Principi asserenti aliquid, an sit credendum, n.24.

Principem pie agere, est credendum, num. 25.

Remissio quando valeat, n. 26.

Remissio an valeat, si omnia delicta non fuerunt expressa in impetratione, num.27.

Remissio quando censeatur surreptitia, num.28.

Rex non debet esse facilis ad remittẽdum, num. 29.

Rex debet delinquentes arcere, n.30.

Remissio regulatur ad specificata, numero 31.

Animus Principis consideratur in remissione, n.32.

Remissio generalis, non extenditur ad ignota, n.33.

Remissio generalis non comprehendit incogitata, n.34.

Remissio, vt sit valida, quæ requirat, num.35.

Remissio fieri potest à Rege existente extra Prouintiam, n.36.

Remissiones fiunt per Locumtenentes non satisfacta parte, n.37.

Remissio in vim Regaliæ habet præsumptionem pro se, n.38.

Remissionem surreptitiam esse debet probare, etiam, & Fiscus, n.39.

Constitutio, Com instigant. *declaratur, num. 40.*

Ramissiones, an fieri possint extante dicta Constitutione, n.41.

Regalia, an comprehendatur sub Constitutione, Com instigant, *n.42.*

Regiæ potestatis plenitudo quid operetur, num.43.

Publicum bonum, valde attendendum, num.44.

Principi disponenti contra ius, an sit obediendum, n.45.

Vicarius Barcinone, non potest remittere stante instantia, n.46.

Vicarius Barcinone non habet communicatam supræmam Regaliam, n.47.

Rex debet præcauere remissiones extante instantia, n.48.

Rex remittendo, potest peccare mortaliter, n.49.

Satisfactionem partis læsæ abdicare durum est, n.50.

Barones, an possint remittere delicta, num.51.

Merum Imperium habentes condemp-nant vsque ad mortem inclusiue, n.52.

Remittere delictum, an possit habens merum Imperium, n.53.

Barones, an possint ramittere delinquentes, n.54.

Barones quousque possint remittere delicta num. 55.

Barones quando non possint remittere, num.56.

Barones quando dicantur impediti remittere, n.57.

Preuentio Superioris quando liget inferiorem, n.58.

Præuentio inter duos æquales quando locum habeat, n.59.

Iurisdictio Baronum est inferior, n.60.

Cap. 45. De Regalia Remittendi delicta, & pœnas.



1 Acheranus decis. 101.
num.1. Prosper. Farina, tom.1. Titu. 1.
quæst.6. Menoch. de
Arbi. lib.1. quæst.92.
attestantur. Inter Regalias connumerari ius remittendi
2 delicta, & pœnas. loquens de pœnis,
non conuentionalibus, sed de pœnis
legalibus propunctione delictorũ Im-
3 positis. quia cum pœna respiciat duo,
punitionem criminis, quo adfactum,
& exemplar cæterorum, vt exem-
4 plo punitorum; terreantur homines, & malum facere aufugiant,
provt in fine cuiusque sententiæ ex-
5 primitur. in quibus omnibus apponuntur hæc verba. *Vt ipsis cedat in*
pœnam, cæteris verò in exemplar. vn-
6 de cum hoc ius sit publicum, ideo ab
habente summam potestatem remissio fieri debet. & sic à Rege. non ab
7 alio. est enim remissio effectus supremæ potestatis; ipsius Principis.
l. ad bestias. ff. de pœn. §. planè insti.
8 de iure natu. genti. & ciui. in quo,
sola Principis voluntas; est causa
iusta indulgendi, l. 1. & 2. C. de sen-
9 ten. passis. Nunquam licuit inferioribus à Principe, nisi eis hoc à Principe specialiter fuisset indultũ. vt refert Marta de iurisdic. 1. p. c. 44. nu.
10 Ius igitur huius Regaliæ in hoc cõsistit.

quod

quod licet *Rex*,teneatur in Catalonia
iudicare per directũ, & ſic iuxta conſ-
titutiones,vnde apparet, quod ſtante
11 legitima inſtaotia,non poſsit *Rex* re-
miſsiunem facere alicui delinquenti.
Tamen cum *Rex* remiſsionẽ facit ex
ſua ſuprema Regalia , quæ ab omni
12 lege, & conſtitutione, ac pragmatica
eſt excepta Mier.io c.itẽ,quod nullus
46.n.17 col.2. & in c. item *Per tolre*
Vexacions,n.5.cola 10.Calici.in pręro-
13 gatiua n.38.Micael. Fer.3.p. obſerua.
c.12.n.3.& c.20.n.3. Ideo *Rex* poteſt,
quemcunq; delinquentem,habentem
etiam legitimá inſtantiam, remittere
totaliter, & a pœna mortis naturalis
liberare ex ſua gratia. nam Princeps
cum cauſa,non ſulũ poteſt pœnas de-
14 lictorum remittere.ſed etiam damna,
& intereſſe partis,ea inuita.ſecũdum
receptiorẽ ſententiam.plures referẽs
tenet Farioa.to.1.de inquiſi.q.6.n.22.
15 iuſtam verò cauſam in Principe, bo-
num pacis ſufficere,atteſtatur Farina.
ibidem quia, licet non ſit licitũ Prin-
16 cipi,ius à tertio auferre.l.fina.C.ſi cõ-
tra ius,vel vtilita.publi.tamẽ ex cau-
ſa publicæ vtilitatis,licet Principi
hoc facere.l.ſi ita verberatũ. §.ſi for-
17 te,ff.de reiuindica. l.lucius,ff.de euic.
l.quod ſemel. ff.de decre. ab ordi. fa-
cien.Bal.& Angel.in l.bene à Zeno-
ne.C.de quadri.præſcrip. & licet ali-
18 qui exiſtimauerint,quod in remiſsio-
ne facta, non cenſeatur remiſſum in-
tereſſe partis, vt relati per Rui. con.
19 66.lib.5. verius tamẽ exiſtimo. quod
vbi per Principem fit remiſsio , non
ſolum intelligitur de pœna , verum
etiã,& de partis intereſſe.hoc enim,
cauſa publicæ vtilitatis , non eſt in
conſideratione , nec atenditur. iuxta
20 tradita per Don Ludoui. à Peguer.
tom.1. deciſ.39. à n.11. dicentẽ.quod
bonum publicum , eſt præferendum
21 cuicunque priuato. omnes enim le-
gum diſpoſitiones,ad hunc finem bo-
ni publici,proſpiciunt ex.Sãcto Tho-
22 ma Angelico Doctore t.2. q.90.art.2.
fundatur etiam ex doctrina Calicij in
extragranato. Curi prætoga.210. di-
centis. quod *Rex* in caſu vltimæ ne-
ceſsitatis, propter bonum publicum,
poteſt bona ſiugularium capere. Er-
23 go fortius , poteſt in totum crimina
remittere. refertque dictus Peguera
n.12.deciſiones huius Regij Supremi
Senatus.
24 Principi verò aſerenti, ob publi-
cam cauſam, & bonum remiſsionem
facere , credendum eſt.iuxta tradita
per Pariſi.con.15. n.20. lib.4. Gram-
mati.deciſ.65.n.98.Socin.ſenior.con.
78.n.18.lib.3.ſemper enim pro Prin-
cipe præſumitur ; quod pie . & iuſte
25 agit.gloſ.in l.ſi relegati in fine. C.de
pœnis.c.cum à nobis vbi Doctores de
teſtib.Clementi.vnic.de proba. Soci.
ſenior.con.87.n.17. niſi doloſè,& ſub
colorè boni (malo autem intrinſecus
exiſtente) à Priuato decipiatur.quod
prudẽtes Principes valde debẽt aten-
dere. eo quod prudentius, & in con-
cientia tutius eſt . ne *Reges* liberum
eius arbitrium Priuati ſubiaceãt vo-
luntati , ſolent enim plura mala in-
de oriri . quæ poſtea mederi non
poſſunt.Teſtis nobis eſt Sacra Scrip-
tura. vt legitur lib.3. Regum cap.12.
vbi referens factum *Roboam* filij
Salomonis , qui ſuccedens in *Regno*
poſt mortem patris ſui Salomonis
rogatus à plebe vt eis minueret iu-
ga , & tributa. per Salomonem eis
impoſita , eo quod exceſsiua eſſent,
& ſupportare non poſſet. adhibito con-
ſilio per *Roboam* ſeniorum, qui di-
xerunt iuſtam eſſe petitionem. ſpre-
to eorum conſilio Iuniorum adhi-
buit . quorum fuit conſilium quod
non quieſceret Populi petioni , ſed
quod acrius eis loqueretur . ipſe au-
tem *Roboam* ſpræto ſeniorum con-
ſilio , ſecutoque iuniorum ſic reſ-
ponſum eis dedit . *Minimus digitus*
meus groſsior eſt dorſo patris mei.

Et nunc pater meus posuit super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrum. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cadam vos scorpionibus. Ex quibus quanta mala venerint. ibi refertur. Habeat igitur Rex in mente verba illa. Ecclesiastici. cap. 37. *A malo Consiliario serua animam tuam.*

26 In remissione autem, quæ à Rege obtinetur, certum est, esse specificanda omnia delicta commissa. quia si aliquod celauerint, vel tacuerint, remissio, licet fiat ratione supremæ
27 Regaliæ, tamen ipsa non valet, quia non creditur, voluisse remissionem facere, nisi certioratus sit, de omnibus delictis. iuxta tradita per Ioan.
28 Gutier. Canoni. quæstio. lib. 2. cap. 15. à num. 86. quia talis gratia surreptitia censetur. eo quod iudicatur, Principem certioratum da. ram assueto
29 delinquente, cum non remisisse. quia Principes non debent esse faciles ad remittendum. Sed delinquentes debent arcere. vt attestantur communiter Scribentes. in l. 3. C. de Epis-
30 cop. audien. Mulin. de Hispano. primogen. lib. 4. c. 3. n. 47. est etiam, & alia ratio. quia cum remissio regulari
31 debeat ad specificata, Inde, vltra ea. quæ in remissione expressa, & nominata sunt, remittendi animus Principis non consideratur. vt notãt DD. in
32 l. age. C. de transactio. l. filiusfamilias. § fina. ff. de liber. legata. l. Lucius. ff. eod. Paris. consil. 65. num. 29. volu. 2.
33 neque generalis remissio. ex suprema Regalia trahitur ad ignotata. l. 1. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. l. de his, ff. de transac. Bar. in l. qui Romæ, § duo fratres, quæst. 5. ff. de verbor. obliga. quem ibi sequuntur Imola. Castren. & Alex. quos refert, & sequitur Stephan. Bertran.
34 consil. 272. num. 2. volum. 3. Tertio. nec generalis remissio trahitur ad incogitata. l. cum Aquiliana. ff. de transactio. l. cum quid, ff. de rebus credi. l. mater decedens, ff. de inoffic. testamen. refert, & sequitur Mascard. de probatio. conclus. 1268. à num. 5.

35 Caueant igitur hi, qui à Rege remissiones obtinere voluerint, ad hoc vt eis prosint, quod integre specificent omnia delicta per eos commissa, quousque petit remissionem nullum tacendo.

36 Hæ autem remissiones, quæ ex Superiori Regalia fiunt, possunt fieri existente Rege extra Cataloniam, quia in concessione Regiæ gratiæ, non attenditur locus. & ita fuisse obseruatum, refert Michael Ferrer 3. p. obseruat. cap. 471. Don Ludouicus à Peguera tom. 1. decis. 18.

37 Licet autẽ hæc sit suprema Regagalia, quod ob bonũ publicũ, non satisfacta parte indãnis, & iniuria possit remittere, & sic de gemmis. & de his, quæ Rex nõ potest alteri cõmittere. exerceri solet per Excellentissimos Locũtenẽtes Generales. quia in hoc Principatu dicũtur *Alter Nos*, respectu Regis. & sic practicatur iuxta relata per Don Ludouicum à Peguera to. 1. decis. 39. & decis. 65. & Michael. Fer. 3. p. c. 473.

Habet autem remissio facta à Rege,
38 seu à suo Locumtenente Generali, in vim dictæ Regaliæ, præsumptionem pro se. & sic legitimè facta iudicatur. Vnde si aliquis prætendat eam nullam esse ex aliqua causa, debet eam probare. etiam si Fiscus eam in-
39 ualidam prætendat, ex. l. si quando, C. de delato. notãt DD. in l. præscriptione, C. si cõtra ius vel vtilita. publi. Bal. in l. puniri ad finem, C. eod. Pau. de Castro. ibidem, num. 2. Ioan. Andre. in additio. ad Specula. titu. de clandesti. desponsatio. in Rubri. littera N. in fine. & licet in hoc Principatu Cataloniæ habeamus constitutionem finalem, in titulo. *Quant sie licit à quiscu venjarse sens Iutge.* quæ incipit *Com instigant*, in qua expressè narrãtur aliqua delicta, in quibus, neq.

remissio

remissio, neque guidatica locum habere possunt. Hæc tamen constitutio, loquitur de potestate ordinaria Regali, & assueta. Non vero de Regia alta,
42 & superiori: quia hæc à se non potest separari, & iuxta hanc resolutionem, duas refert decisiones factas in *Regia*
43 Audientia. hoc enim casu, de plenitudine potestatis, censetur fecisse. faciũt tradita per Roll. à Valle cõ. 100. n. 64 lib. 4. & con. 70. n. 39. vbi loquens in specie de concessione facta pro bono publico, dicit. quod propter illud omne ius abolетur, neq. aliquid esse dis-
44 putãdum Meno. con. 421. n. 25. vbi ex Socin. iunio. con. 6. n. 24. lib. 4. docet. quod quando rescribit Princeps, vel
45 statuit aliquid cõtra ius, ita cũ obseruandũ, sicut statuit. nec aliud est quærendũ. Camil. Bortel. de Caroli. Reg. Præstan. c. 38. n. 15. Caualca. de Brachio Regio, p. 1. n. 33. Petra de Potes. Prin. c. 26. n. 7. nec obstat, quod refert Michael. Fer. 3. p. obser. c. 472. vbi decla-
46 rat. nullã esse remissionẽ factã contra dictã constitutionẽ, in fauorẽ Hieronymi Sastre, & Michaëlis filii den Iacot. quia remissio illa fuerat facta per
47 Matthæum de Santclement Regetem Vicarium Barcinone, cui non cõpetit ius supremæ Regaliæ. nec ei Rex potest eã cõmunicare. faciũt tradita per Cancer. 3. to. vari. c. 3. a n. 50.

48 Licet autem Rex ex sua suprema Regalia, habeat illã amplissimam facultatem, remittẽdi delicta, & pœnas etiam non satisfacta parte, si iusta causa adsit, quam magnopere Principes considerare debent, alias enim peccabit mortaliter Princeps remittẽdo,
49 vt attestantur plures Doctores, quos refert Mestrillo lib. 3. c. 7. n. 6. dicens Præcitatos Authores maximopere Principem monere, vt a similibus remissionibus se abstineant, nisi parte satisfacta) & sic eas non facere. quia
50 durum est, quod pati læsæ hoc præiudicium inferatur, quod vltra quod in damno ... læsa ipsa pars ... illius enmeuda, & cum ... remittendi. Et supre-
51 ma a R... quæ a Rege separari non potest, ... hic agitetur, de validitate remissionum. quas faciunt Barones, vel facere possunt cum dato casu in quo eas facere possint, non ex eo potest dici Barones ius Regaliæ habere, & sic vt ... percipiatur hi punctus. succinte referam, quæ huic dubio pertinent.

52 H... merũ Imperium, sumptum pro gladii potestate, animaduertendi in facinorosos homines iuxta. l. Imperium. ff. de iurisd. omni. Iudi. quod quidem ... Admimaduersio, appellatur, l. si quid erit, & in l. solet. ff. de offi. Procon. l. illicitas. §. qui vniuersas, ff de offi Præsidis. certũ est, quod poterit delinquentes, vsq. ad mortem naturalem punire. Poterit etiam eos
53 absoluere, hoc autem, non ita absolute est intelligendum, sed cum grano salis. videlicet desistente instantia, quia
54 si instantia perseuerat in acusatione, non poterit Baro, delinquentem absoluere. nec guidare, tam de iure cõmuni, iuxta Infinitos Authores, quos refert tractatus summariè hanc Regaliam. Castillo Sotomaior. cõtrouer. quotidia. de vsufruc. to. 7. c. 41. à n. 145 quam huius Principatus. ex pluribus
55 fundamentis. quæ pro vtroque iure refert Cancer. tom. 2. varia. c. 11. de pace, & treuga à n. 111. cum sequen. satisfacta vero parte, & ipsa desistente, poterit Baro delinquentem absoluere. etiam si delictum sit in casibus Regaliatum, veluti si mortem commiserint in camino Regali. quia ex eo quod habet merum Imperium, habet etiam potestatem remittendi, seu componendi delictum, ibi commissum, dummodo Regia Audentia, seu Superior non apposuerit manus per euocationem, virtu-
56 te Regaliæ, vt solet fieri. quiasi Su-

perior manus apposuerit, non pote-
rit amplius, de causa se intromittere.
iuxta tradita per Michaëlem Fer.3.p.
obserua. vbi cap.468.& 469. num.2.
57 asserit.q̃ ad hoc, vt manus Baronis di-
cantur ligatæ, non requiritur, quod
fiat euocatio causæ, & expediantur,
litteræ euocatoriæ, & inhibitoriæ,&
quod præsententur Baroni. Sed suffi-
cit. quod ante remissionem, in Regia
Curia fuerit facta denunriatio con-
tra captum de delicto, de quo fit re-
missio. quia virtute Regaliæ, præuen-
58 tio sola facta coram superiore, ligat
manus inferioris, in Iudicio crimina-
li. quod idem attestatur, c.469. quia
licet in duobus habentibus iurisdictio-
nem, æqualem, præferatur ille, qui
captum detinet, ex Bar. ex Alex. in l.
si pluribus ff. de lega.1.& alijs per me
allegatis varia.resolutio:cap.1. n.136.
tamen non potest dici iurisdictio Ba-
ronis æqualis Regiæ Audientiæ,
Cum omnis iurisdictio, à Rege ema-
nauerit. Tum quia virtute Regaliæ,
casus ille reseruatus censetur, nec da-
tus cum mero Imperio, priuatiuè ad
Regem, vt milles supra in diuersis
locis retuli.

SVMMARIVM.

Contractus à principio solent esse vo- luntarij, n.1.

Necessitas caret lege, n.2.

Necessitas ad incogitata compellit, n.3.

Vendere, an quis compelli possit, n.4.

Rex quãdo possit cõpellere aduendẽdum, num.5.

Necessitatis causa quis potest compelli ad vendendum, n.6.

Regaliæ ius est compellere subditos ad vendendum, n.7.

Necessitatis tempore, quæ possit facere Rex n.8.

Rex, quæ facere possit circa res vassallo- rum, n.9.

Rex quibus casibus possit libere disponere, num.10.

Vendere triticum quando quis possit com- pelli, n.11.

Necessitas annonæ publicæ, est attenden- da, n.12.

Necessitatis tempore nemo excusatur, num.13.

Excusare a muneribus, an liceat, n.14.

Necessitatis tempore, an omnia sint com- munia, n.15.

Agricultores forenses an possint cogi por- tare grana, & quando, n.16.

Exteri, ad possint compelli; & quando portare victualia, n.17.

Agricolæ debent præesse agriculturæ, num.18.

Agricolæ portantes victualia non debent pernoctare, n.19.

Venientes voluntarie ad vendendum, qua- liter tractandi, n.20.

Ciues diuites, an possint cogi mutuare pe- cuniam Ciuitati, n.21.

Pecunia mutuata Ciuitati qualiter resti- tuatur, n.22.

Romani qualiter prouidebant eorum anno- næ, n.23.

Agricolis frumentum qualiter sit reman- surum, n.24.

Clerici tempore necessitatis, an possint cogi vendere grana, n.25.

Veteri testamento, qui compellabantur vendere, n.26.

Ecclesia tempore necessitatis permittit vendere sua bona, n.27.

Clerici à suis Iudicibus sunt compellendi vendere, n.28.

Iudices seculares debent esse cauti in pro- cedendo contra Ecclesiasticos, n.29.

Ecclesiastici Iudices debent esse cauti, num.30.

Clerici debent esse exemplar laicorum, num.31.

Patriarchæ Ioseph refertur prouidentia, num.32.

Propheta Dauid refertur Psalmus, n.33.

Clericos quando cogere possit Iudex lai- cus ad vendendum, n.34.

Rex

Rex est Iudex Claricorũ, data negligentia in Iudicibus Ecclesiasticis, n.35.
Pretium iustum quod dicatur, n.36.
Pretium iustum tempore necessitatis quod dicatur, n.37.
Leges ad frequentiora adaptantur, n.38.
Necessitas alimentorũ raro euenit, n.39.
Taxatio pretij tempore necessitatis qualiter fienda, n.40.
Iustum pretium qualiter iudicetur, n.41.
Pretij iusti latitudo in quo consistat, n.42.
Pretium iustum quousq. cõsideretur, n.43.
Præmia solent dari portantibus victualia tempore necessitatis, n.44.
Pubblicę vtilitatis causa, potest quis compelli vendere, n.45.
Vendi causa pubblicæ vtilitatis quando locum habeat, n.46.
Ecclesiæ vtilitatis causa vendere quis compellitur, n.47.
Vendere an possit Rex Ciuitatem sibi subditam, n.48.
Donatio facta ab Imperatore Constantino Ecclesiæ refertur, n.49.

Cap. 46. De Regalia compellendi subditos ad vendendum.



1 Ontractus a sui principio voluntarios esse, tritissimum est ex volgata l. nec emere C. de iure delibe. l. nec inuitũ. de contra emptio vbi commun. per scribentes.
2 Sed quia necessitas (iuxta vulgare dictum) caret leg , & illa , quæ ad insolita , & ad inopinata actus reducere solet.
3 ideo an di m principium tutum sit. vt nulla controuersia possit opugnari, quæren e l. & reso-
4 lutiuè dico quod R x, pote in cer-
5 tis casibus, compellere aliquos ad contrahendum. videlicet in casu necessi-
6 tatis. In quo dico quod potest compellere subditos ad vendendum, seu
7 motum lum. ho tamen ex iure supr æ R ie, ci soli uenit. non ver ali ui alteri domino. Iuxta tradita per Castillo Sotomaior. controuersi. quotidia. de vsufruc. to. 7. c. 41. n.61. referens pro sua cõfirmatione, ea quæ refert Bouadill. in sua politi.
8 tom.1. lib.2. c.16. n.162. quæ solũ pro maiori tradit. licere Regi temporibus necessitatis, aliqua disponere circa bona vassallorum, sibi ea assumendo. non tamen indiuiduè tradit hoc ius
9 Regaliæ, compellendi vassallos, vendere merces tẽpore necessitatis. quod est præcipuum considerabile in hac Regalia. Sed licet indiuiduè hoc non dicat Bouadill. vbi supra. ex relatis tamen per eum, hoc inferri potest. ducto argomento a maiori ad minus. refert eadem & sequitur don Ludouicus a Pegueta tom.1. decis. 88. per to-
10 tam. quod fauore pubblicæ vtilitatis latè tradit Soci. in Reg. 425. vbi enarrat quinquaginta octo species Anto. Gomez in lib. de contrac. c.2. n.51. Co-
11 uar. lib.3. var. c.14. hoc enim tamquã axioma generale, & necessarium tradunt. quod vbi Reipubblica, annonæ inopia pręmitur, quicunque frumentum habens. iusto pretio vendere cogendus est. etiam si venale non ha-
12 beat. nec vẽditioni expositum. & hoc est Regalię ius. quod colligitur ex l. 1. de Episco. audi. & ibi Bar. & communiter DD. c.1. & ibi Panormi. ex de emptio. & vendi. l.2. ff. de nundi.
13 l. 1. secundum intellectum vltimum glosæ vltimæ C. vt nemini liceat in emptione specierum se excusare lib. 10. Bar. in l. aon am, ff. de extraordi. crimi. Lucas de Penna. in l. 1. C. de quibus muneribus nemini liceat se
14 excusare verbo, *Tempus*. Ias. in l. n. 6. ff. de legi Affl. in proœmio. *Regni Nea* .3. Isal. & Angel. in l. si pendentes §. 1 quod cloacarij. per tex. ibi
15 ff. de vsufruc. estque textus optimus iuncta glos. in l. 2, §. cum in eadem in fine

finc.ff.ad l.rodi. de lac. vbi tempore
necessitatis, omnia sunt [illegible] n. p'a
Srepha. Aufreri. deci. Tol. a.446.
quæ omnia omnes extc[illegible] ad ea,
quæ victui sunt necessaria Rem. de
Mercatu 4.p.n. 51. Rippa de peste.n.
16 195.admonet. Bar.in l.1.C. de frumen-
to vrbis Constātinopol.lib.11. quod
non solum in cohabitantibus intra
Ciuitatem, & Villam locum habet.
17 verum etiam, inhabitatoribus toris.
quia possunt compellere rusticos, &
agricultores, ad portandum grana
ad Ciuitatem, & victualia.ex l.2.ff.de
nundi. Aufreri.ad decil. Tolosa.446.
Auilez in c.17.per totam n.20.

18 Aduertendum tamen est. quod cū
expediat Reipublicæ, vt rustici assi-
deant agriculturæ l.1.C.de colon fun
do patrimo.lib.11.ne agrorum cultu-
ra deseratur l.1.C. de agrico. & cen-
su lib. 11. dixit sute consultus in d.
l. 1. ff. de nun di. iudicibus curæ esse
debere, ne rustici qui coguntur por-
19 tare victualia, in Ciuitate maneant,
& pernoctent. Sed illico ad sua re-
uertantur ad operandū.& quod mer-
ces alicui probo viro commendent,
vt eas vendant,& lucrentur.secus ve-
rò obseruandum esse in eis, qui vo-
luntariè veniunt. vt explicat Rippa.
20 in tracta. de peste. titu. de remed ijs
præseru.contra pestem n. 225. quin-
mo.& ditiores Ciuitatum.& Villarū,
tempore famis & extremæ necessi-
21 tatis.possunt compelli ad mutuadam
pecuniam, ad emptionem frumenti,
Vniuersitati.vt deinde pauiatim col-
lecta imposita,pecunia mutuata resti-
tuatur,argumento tex.in l.1.C.de om-
22 ni agro de ser.lib.11.vt consider.Ioā.
de Platea ibidem n.1. Guilermus de
Cunco. in lancminutro G. de SS. Ec-
cle. quem sequitur Cinus & Salicet.
refert per Ripam in tractu de pest.
23 titu.de remed.præseruati.n.185. mo-
dum autem quem Romani practica
24 bant, ad habendam Ciuitatem locu-
pletem tradit Bouadill. in sua polit.
tom.2.lib.3. c.4.a n. 12. cum sequen.
vbi aduertit. quod quando compel-
luntur agricolæ ad vendendum gra-
na,debent eis salua remanere.pro eo-
rum propria sustentatione, & ad se-
minandum in sequenti anno.

25 Clericos autem compelli posse tē-
pore necessitatis,ad vendendum pro-
pria grana, refert Bouadilla ibidem
n 13.comprobās ex pluribus iuribus,
& auctoritatibus per eū allegatis lit-
26 tera C.& D.& ex Sacra pagina Esdras
lib.2. c.5. vbi legitur. quod nec mias
Dux Regis Artaxonçes Regis Per-
sarum, [illegible] marte populo Ierusalem,
eo quod tam [illegible] per [illegible],protestatus fuit
Sacerd[illegible] pu ,ne decimas illis debitas
perciperent. Sed illas vicinis accom-
modarēt,ne fame perirent vnde ma-
27 ter Ecclesia tanquam vera mater,per-
cipit aurum, & argentum illius, &
distrahit ad succurrendas necessitates.
aurum & [illegible] sequen,12.q.2.Clerici au-
28 tem a suo Iudice ordinario compel-
lendi sunt.vt euitentur fastidia,& cō-
tentiones,quæ inde oriri possent, in-
ter ambas curias dictus Bouadilla ibi-
29 dem n.14. Vnde officiales seculares,
debent animaduertere Iudices Eccle-
siasticos quod precium carit tanto peri-
culo.de eis enim spe[illegible]anda est,iustitie
30 ex [illegible].Clerici enim de istis operi-
bus [illegible] debent esse ceterorum
31 ad similitudinem Patriarchæ Ioseph
qui tempore necessitatis Egiptiorum
32 [illegible] eorum [illegible],& sustentationem
ne fame perirent, aperta eis propria
arrea habuit. pro succurrendis mise-
[illegible],& pauperimis. & agenis. attesta-
tur Bouadill. ibi supra locutum fuis-
33 se Prophetam Regem Psalmo 111.in-
cipien. *Beatus vir* in versiculo. *Iucun-
dus homo qui miseretur, & commodat
disponit sermones suos in iuditio: quia in
æternum non commouebitur.* resolui latis-
us in meis resolutio tom. 1. n. 11. de
34 emptio.ac vendi.a n.89.Si verò cle-
rici

rici moniti,& interpellati a Iudice secularí.obdurati essent corde, & nol-
leat sucursum præstare dictæ pubbli-
35 cæ vtilitati,posset tunc Rex ex sua
suprema Regalia eos cõpellere. quia
tunc tanta negligentia,& desidia da-
ta in clericis,ad Regem pertinet ius
superioritatis in eos. vt plutibus fun-
damentis hoc stabilitum remanet in
c.10. vbi de Regalia, quam Rex ha-
bet in Ecclesiasticos Iudices Ordina-
rios,& delegatos.dictum est.

36 Iustum autem pretium, licet dica-
tur illud,quod a lege,seu à Principe
taxatum est.iuxta tradita per Cagno-
lum in repeti.l.2.C.de rescinden.vē-
di.n.269. ex Cremen. Pinel. & alijs
relatis à Matienço lib. 5. nouæ reco-
pilatio.titu.25.de taxatione panis l.1.
glos.1.& 2.n.3.tamen in casu necessi-
37 tatis,certum est.quod etiam si pretiū
a lege,seu Principe sit taxatum. non
poterit illud eo tempore pro iusto re-
putari. quia cum leges ad frequentio-
38 ra adaptētur,l.nam ad ea.ff.de legib.
dixi.lib.1.resolu. c. 11 n. 19. & casus
necessitatis extremæ raro eueniat,ta-
39 xatio tunc erit fienda,iuxta temporis
illius opportunitatem. & sic eo casu
40 erit arbitrarium. & ideo non habet
indiuisibilitatem,sed latitudinem iu-
stitiæ.vt refert Matienço,ibidē n. 4.
quod latius prædixerat lib.5. titu.11.
41 l.1.glos.2.n.9.expressè dicens. quod
pretium iustum naturale est arbitra-
rium.vt pote nulla lege coarctatum.
Sed quod habet latitudinem iustitiæ.
quæ in tribus consistit.In vno extre-
42 mo rigido.altero pio. medium vero,
est moderatum.vt res quæ iuste ven-
ditur pro decem,iuste quoque vendа-
tur pro nouem,& vndecim.Inde cō-
cludens.quod reipubblica,pœnes quā
43 residet cura,punctum non iudicat.la-
xior igitur remanet iustitia in arbi-
trio vendentium, ementium , pretij
latitudinem habens.

44 Vltra pretium iustum,potest etiam
constitui præmium,vt eo inuitentur
ad portandum.ex l.1. C. de frumen.
vrbis Alex.lib.10.& ex l.1.ff.de nūdi.
refert Rippa,in tracta.de peste tit.de
remed.preseruа.a n.193.cum sequen.

45 Causa etiā pubblicæ vtilitatis, po-
test Rex compellere vassallos,ad vē-
dendum.veluti si agatur,de edificanda Ecclesia, seu ampliando Monaste-
46 rio. vt iuribus, & varijs decisionibus
comprobaui tom.1.vari.resolu. mea-
rum c.11. de emp. & vendi , vel pro
domo Ciuitatis,aut Villæ , vbi cele-
bratur Consilium , vel congregatur
Vniuersitas.vel pro alijs pubblicis
edificijs , Ciuitatibus , seu Villis in-
cumbentibus. & expectantibus.ve-
luti pro orreis. & similibus,

47 Compellit etiam, ad Ecclesiæ vti-
litatem,veluti si vicinus ex sua arte
fabrili,inquietet Monasteriū, & Re-
ligiosos à deuotione , & quiete per-
turbet.veluti fuit decisum in hoc Re-
gio Senatu in decisionibus à me re-
latis c.11.n.118.

48 Non potest tamen Rex (salua sua
clementia)obbligare vassallos.ad cō-
sentiendum alienationi à se factę,de
aliqua Ciuitate sibi subdita. vt refert
Philip.Pascalis de viri. patriæ potes.
1.p.c.1. á n.25.& sequen.vbi n.27.di-
cit. non defuisse Doctorem aliquem
asserentem , hanc resolutionem esse
veram,sicut Euangelium.confirman-
49 tes ex donatione facta à Rege Cons-
tantino Ecclesiæ Romanę.In qua Po-
puli consensus interuenit c.Constan-
tinus 96.distin. aduertit Bal.in c.1.s.
in generali verb. vtrum Rex.si de
fœudo fuerit controuersia inter do-
mi.& vassall.Meno.con.32.n.21.lib.1.
relati à dicto Pascali vbi supra. n. 35.
cum quibus ius huius Regalię rema-
net declaratum.

SVMMARIVM.

Regalia Hospitij in quo fundatur,n.1.
Hospitium Regi vbi debeatur,n.2.

Belli

Cap. 47. De Regalia Hospitij.



1 EX l. 2. C. de metatis, & epidemi. lib. 12. Codicis desumunt scribẽtes, veluti Andreas & Afflic. quod habet Rex hospiciũ in terris suorũ vassallorũ pro se, sua familia, quociescunq. peruenit ad Ci-
2 uitates, seu Villas. ius Hospitij ad quod nõ solũ Ciuitates, & Villę Regię tenẽtur. Sed etiam illę, quæ sunt Baronũ.
3 maximè tempore belli l. 1. C. de Epis. & Cleri. si verò non esset tempus belli, clerici liberi, & exempti essent a ta-
4 li obligatione ex tex. cum glos. in dicta l. 1. C. de Epis. & Cleri. Andre. de Isern. in c. vni. n. 61. per tex. in l. 2. C. de quib. mune. seu pręstatio. liceat excusare.

cusare. faciunt tradita per Abba, &
alios in c.1.de immuni.Eccle.idē tra-
5 dit Matta.de iurisdic. 4.p.centu.1.ca-
su. 86. n. 5. hoc etiam censuit. Ca-
lici.in extragraua.cur.c.7. verbo *cen-*
tesimo secundo. mihi pag. 44. quod
etiam tempore maximè necessitatis,
obseruandum fore attestabatur. Vul-
pellius de liber. Eccles.lib.2.n.47.
6 Contrarium verò sentit tēpore ne-
cessitatis.Mier.cola. 10.ad consti.Re-
ginæ Mariæ c.17. de posadetijs n.8.
pag.422.tom.2.Olib.ad vsati.Alium
namq.c.4.n.35.asserēs.licita esse om-
nia eo tēpore,quæ alio illicita erant,
Et licet Matta vbi supra n.8. teneat,
quod clerici non tenentur Hospitare
7 tēpore necessitatis seculares,eo fun-
damento, quod infrigeretur libertas
Ecclesiastica. tamen credo. quod eo
tempore non posset dici, libertatem
8 Ecclesiasticā infringi.eo quod,suppo-
sito quod bellū sit iustū, & sic appro-
batū. succedit iuris cōmunis Regula
qua educemur.omnia esse communia.
Vnde nemini quis facit iniuriā , vtē-
9 do iure suo. Hoc idē videtur sentire
(licet in clericis non loquatur)Canc.
lib.3 vari.c.5. n. 73. vbi in casu Soui
emissi intra Cataloniā dicit . liberos
10 & exēptos esse, ab isto onere Hospi-
tandi,Domicellos.&Doctores.&Me-
dicos. ex iuribus per eum allegatis.
asserens tamen tempore necessitatis
non haberi pro exēptis.Clauer. con.
308.col.2.verbo.*Ex quibus infertur* se-
quitur Riminald. Iunior. cons. 640.
n. 47.dicēs,quod potest Princeps co-
11 gere subditos ad locandum Hospitia,
pro necessitate HospitandiCuriales,
& Magistratus Regios.prout euenit
de anno 1634.in quo ex decreto Re-
gio Regia Audientia,& Regiū Consi-
12 lium Baiuliæ Generalis, & officium
Magistri Rationalis domus & Curiæ
Regiæ fuerunt translata ad Ciuitatē
13 Gerundæ.vbi biennio residerunt. ad
quorum aduētum præueniendū per-
uenit Doctor Paulus Guiamet tunc
Regiæ Audientiæ Iudex Curie & de-
signauit loca, & demos Excellentis-
simo Locumtenenti.Tribunalibus,&
Regijs Senatoribus.cæterisq. Regijs
officialibus,soluta tamē per eos mer-
14 cede. quod reperi notatum in notis
Michaelis Cordelles Regētis Regiā
Cancellariam (viri magni nominis)
ita fuisse obseruatum in Ciuitate de
Leyda die 7.Nouembris 1518.vbi Cā-
cellarius & Doctores Regiæ Audien-
tiæ receperunt litteras a Cesare Ca-
rolo datas Cæraguste 27.Octobris su-
per domibus, & hospitijs dādis,ad or-
dinationem Cōsiliariorū Barcinonæ,
& Incontinenti dictus Cancellarius,
& Ioannes Dalmau de Regia Audiē-
tia,vna cum Maiordomo domus Re-
giæ accesserunt ad domum Ciuitatis
Barcinonæ,vbi erant Consiliarij, ad
disputandū Hospitia.Regis enim of-
ficium est,& patrimoniale ius suum,
officiales. & curiales suos Hospitari,
ex l.35.munus Hospitandi C.de mu-
ner.& honori.lib.10.l.3. §. munus ff.
de muner.& honori.Rex verò,& sua
familia,tranqui. & inmunes esse de-
15 bēt à solutione mercedis pro Hospi-
tio ex dicta l.2. vbi Lucas de Penna.
& Ioan.de Platea C.de meta.Iban.de
Bardaxi. super priuile. Regni Ara-
gō.hoc idem attestatur Mier., tum.1.
col.1.Regis Iacobi Primi c. 15. de al-
bergijs n.4.pag.6.in noua impre. idē
Mier.col.10.adCurias Reginæ Mariæ
c.15.col.10.a n.1.pag.412. Cæteri ve-
rò,qui non sunt de familia, salarium
debent soluere pro Hospitio. maxi-
mè in Catalonia,quod taxabitur per
Mensores. iuxta constitutionē vni-
cam titulo *de offici de aposentadors* in
finalibus verbis.
16 Ab hac autem seruitute,solū Rex,
ex sua suprema Regalia, potest libe-
ros,& exēptos aliquos declarare.Hęc
17 autem exemptio.& declaratio,debet
esse specifica,& in diuidua non verò
generalis

generalis, ex l. fina. §. penul. ff. de mu-
ne. & honori. l. 3. C. de mune. patrim.
lib. 10. refert alia, & ſequitur Maſtril.
18 de Magiſtr. lib. 3. c. 10. n. 200. Bouadil.
in ſua Politi. tom. 1. lib. 2. n. 16. quod
declarat Bouadill. dicẽs. quod hoc eſt
intelligendũ, quando Rex eſt de trã-
ſitu. & non longeuæ habitationis, ſeu
detentionis, quod promiſiſſe atteſta-
tur Imperator Federicus. in titulo de
pace. cõſtan. in fœud. c. in cauſis §. va-
ſallis. verbo, *Moram ſuperſluam in Ciui-
te, vel Epiſcopatu. pro dampno Ciuitatis,*
19 *non faciemus.* & ſic hanc Regaliã Regi
ſolum expectare, vltra ſupra relatos.
refert, & ſequitur Caſtil. Sotomaior
controuerſia. quotidiana. de vſufruc.
20 tom. 7. c. 41. n. 84. Prædicta in Catalo-
nia obſeruanda exiſtimo. cum nullibi
per cõſtitutionẽ, ſeu aliquod capitu-
lum Curiarũ innouatum reperiam.
21 Solũ enim reperitur cõſtitutio finalis.
titu. *de offici de Alcayts, y Capitans.* quę
loquitur de Cõmiſſarijs, & militibus
illos aſſociãtibus in perſecutione la-
tronum, & graſſatorum hominũ, diſ-
ponẽdo. quod ſi prædicti peruenerint
ad aliquam Ciuitatẽ, ſeu Villã, in qui-
22 bus adſint caupones, ſiue ſtabularij,
aut ſint Caſtra Regia, vbi milites poſ-
ſint Hoſpitari, debeant Cõmiſſarij, &
Milites aſſociati, in dictis Caſtris Re-
gijs, ſeu ſtabulis Hoſpitari. nulloque
modo, hoſpitentur in domibus parti-
cularium. vbi ſoluere teneãtur quod
expẽderint. vt expreſsè in dicta cõſti-
tutione cauetur. Hoſpitãdis verò fa-
miliaribus Regis, controuerſiá ſuſci-
tatã fuiſſe de anno 1561. atteſtatur Mi-
cha. Fer. 3. p. obſer. c. 380. & dicit ſe nõ
meminiſſe quid fuerit deciſũ in Re-
gia Audientia. Ego verò non quieui,
quo ad vidi deciſionẽ, ſeu cõcluſionẽ
in archiuo Regio quã reperij in libro
concluſionũ Regiæ Audientię de an-
23 nis 1561. & 1562. fol. 40. in & cũ qua
die 26. Martij 1561. fuit cõcluſũ, quod
officiales incẽdẽtes latrones, & male-
factores, & illis aſsiſtentes, teneantur
Hoſpitari in Hoſpitijs pubblicis. illis
verò nõ ſufficientibus, ſeu nõ extãti-
bus, in domibus proprijs incolarũ, &
24 habitantiũ in locis, ſoluta tamẽ mer-
cede. ſeu ſtipendio parãdi cibos, & lu-
mẽ & lectũ. Ex qua deriſione deſumi-
tur. quod Regalię ius cõſiſtit. In com-
pellendo dare Hoſpitiũ officialibus
Regiis. & militibus, & illos aſſocian-
tibus, ſoluta tamen mercede. de qui-
bus eſt intelligẽdus titu. C. de metatis
vnde Metatores dicũtur illi, qui Hoſ-
pitia eligũt. vt ex l. 3. & 5. C. de aduoc.
diuerſo. iudi. probat Prateius in ſuo
lexicon iuriſ. verbo *Metata.*
25 Belli verò tempore, ſeu eo finito
quid dicendũ erit. anxios habuit ani-
mos hoc dubium. Sed vt vera deciſio
tradatur, dicendũ eſt. Exercitum for-
mari ex hominũ magna comitiua di-
uerſarũ nationũ, & Regnorũ. qui ne-
26 ceſſario indigent abundanti annona,
pro eorũ ſuſtẽtatione, pro quibus, ne-
ceſſario debet præcedere magna pro-
uidẽtia. exẽplo Sacræ ſcripturę. vt le-
27 gitur Gen. c. 41. dũ Rex Pharao mo-
tus ex quodã ſomnio ſuo. (declarato
per Ioſeph filium Iacob magnã pro-
uiſionẽ annonæ fieri iuſsit. Vnde de-
28 bent Pręſides Prouinciarũ prouidere
in tẽpore opportuno prauiſo, vt. loca
ſint plena alimẽtis neceſſarijs, ne belli
tẽpore milites fame pereãt. ad quod
quidem poteſt cõpellere vicinos, etiã
29 tẽpore peſtis iuxta relata per Boua-
dill. in ſua politi. to. 2. lib. 4. c. 1. n. 26.
cõfirmãs ſuũ dictũ ex l. 4. C. de Ero-
ga. milita. anno. lib. 12. l. pro locis C.
de anno. & tribu. lib. 10. & ibi Bar. &
Platea & in l. omnes omnino. n. 2. C.
eod. quod ex mẽte Ripæ in tracta. de
30 peſte titu. de remedi. præſerua. n. 121.
extendit, dicẽs. hoc procedere, etiam
ſi, peſtis vigeret in eodem exercitu.

Hęc autem alimenta non tenentur
præſtari militibus ab incolis, & habi-
tatoribus vbi morãtur niſi iuſto per
eos

eos soluto valore iuxta tradita per Bo-
31 uadi. vbi supra n.27. in fine dum attes-
tatur, quod vicini recusantes dare iu-
sto prætio alimenta militibus, possunt
compelli ad eorũ præstationem. cõfir-
mat hoc dictũ idem Bouadi. lib.3 c.15.
32 n.141. & ibi glos. littera E. quam alle-
gat dictus Bouadilla; sed clarius hoc
dicit in dicto c.2. lib.4. n.23. vbi attes-
tatur quod casu quo incolę nolint iu-
sto prætio militibus vẽdere necessaria
ad eorum sustẽtationem, quod cõpel-
lãtur per Superiores, & hoc idẽ. quod
33 militibus non sint præstanda alimẽta
de iure cõmuni, tradit Rollan. à Vall.
to.1. cõ.66. à n.4. quod cõfirmat ex l.
deuotum. C. de meta. lib.11. volens ex-
tendi etiam ad lectos: & alia vtensilia
fundans suum dictum in illis verbis
dictæ l. votum. ibi. *Vt nil ab hospite quod
vel hominũ, vel animaliũ pascuis necessa-
34 rium creditur postuletur*, refert, cõfirmat;
& sequitur Pascalis de viribus patriæ
potesta. 1. p. c.3. n.30. quod etiam præ-
censit Lucas de Pena ibidẽ; extẽdens.
quod etiam si Duces militum velint,
quod eis præstentur, non sint præstan-
da. nec ipsi acceptare possint, etiam si
gratis eis offerantur.

Licet hoc de iure cõmuni statutũ sit.
35 tamen de iure Cataloniæ aliter circa
hospicia militum ita statutũ est. quod
milites nil possint ab incolis, vbi hos-
pitantur accipere, nisi iusto valore so-
luto. vt cautũ est in cõstitutione 3. sub
titulo *de offici de Alcayts, y Capitans*, quæ
constitutio fuit postea confirmata in
Curijs anni 1599. cap. 45. & clarius in
consti. 13. eiusdẽ tituli. quæ fuit cap. 15
Curiarum Serenissimi Philipi in 2.
Curia Montisoni anno 1553. & hoc idẽ
36 tradit Cancer. lib.3. vari. c.5. de longo
emisso à n.62. vbi iuribus, & Doctorũ
authoritatibus cõprobat, militibus vo-
lẽtibus de facto, sine mercede sibi ali-
mẽta præstari, posse resisti: & hoc idẽ
asseuerat Craueta con.308. n.1. cum se-
37 quen. Hospitalitatẽ tamen gratis mili-
tibus in Cataloniæ concedendam esse
attestatur n.65. non obstante consti.12
titu. *de Offici de Alcayts*, quia à disposi-
tione dictæ cõstitutionis 12. censetur
recessum per constitutionem finalem
eodem titu. quia cum in dicta consti-
tutione finali dispositum sit, quod mi-
38 lites soluant. quæ expenderint, hospi-
talitatisq; nulla mẽtio solutionis fiat.
ideo remissa censetur. quia quod de
vno dicitur, de altero afirmari vide-
tur, l. prætor, ff. de iudi. Micr. to.1. titu.
de albergis. pag.132. n.41. aserens. al-
bergas non esse præstãdas, nisi vbi cõ-
suetudo adest. quæ probanda venit.
cum sit facti ex quo censeo. quod in
Catalonia seruatur in hospitalitate
39 militum, quod eis dantur. lectũ, ignis,
sal, & acetum, & oleum. non obstanti-
bus dictis constitutionibus. quia hæc
consuetudo fuit inducta, & dedit in-
terpretationem constitutionibus. &
sic est obseruanda. iuxta tradita per
40 Fõtanel. de pac. nup. to.1. clau.1. n.44.
& 48. nã licet consuetudo contra cõs-
titutiones, ex eisdem cõstitutionibus.
sit reprobata, hoc tamen intelligẽdum
est, quando cõsuetudo nouum ius in-
ducit. secus verò est, quando consue-
tudo solum inducit interpretationem
constitutionis. vt multorũ Doctorum
authoritatibus confirmat Xammar.
41 de offi. iudi. 1. p. q.15. à n.78. asserens
hanc consuetudinem sufficere in ali-
quibus actibus fuisse seruatam, quod à
Iudicis arbitrio pẽdet ex Gratia. dis-
cepta. foren. to.3. c.158. à n.17. & à par-
uo tempore æstimari posse, quia diu-
turnitas non desideratur. Aymon.
Craueta con.201. num.12. & con.294.
Roscen. de fœu. de Rega. cap.5. con-
clu.14. num.7. littera l. data quæ di-
42 uersitate, illa est seruanda consuetu-
do, quæ pluries fuit seruata, Menoch.
con. lib.1. con.75. nu.36. Dec. con.101.
num.51. lib.1.

SVMMARIVM.

Digestorum iura, qualiter olim, & vbi interpretabantur, n.1.
Vniuersitatum creatio vnde traxerit originem, n.2.
Vniuersitates creare est Regalia, n.3.
Vniuersitates Regiæ quæ exerceant, n.4.
Vniuersitates Pontificiæ quæ exerceãt, n.5.
Vniuersitates Hispaniæ quibus authoritatibus fuerint creatæ, n.6.
Vniuersitates indigent Pontificia authoritate, n.7.
Rex solo verbo, an faciat Doctores, n. 8.
Rex qualiter faciat Doctores, n.9.
Rex an possit Doctores priuare gradu, n.10
Doctores Theologi, & Canonistæ fiunt authoritate Pontificia, n.11.
Vniuersitas Perpinani quo tẽpore creata, num.12.
Vniuersitas Barcinone quo tempore, & à quibus creata, n.13.
Vniuersitas Barcinonẽ, quæ priuilegia habeat, n.14.
Oscensi vniuersitati multa debet author. num.15.
Oscensis Vniuersitas quo tempore creata, num.16.
Oscensis Vniuersitas antiquior Hispaniæ, num.17.
Oscensis Vniuersitas quibus priuilegijs gaudeat, n.18.
Salmantina Vniuersitas, quo tempore fundata, n.19.
Doctores creare non potest Rex ignaros, num. 20.

Cap. 48. De Regalia Creandi Vniuersitates.



1 EX Proœmio Digestorum, quod legitur in principio digesti veteris, §. Hæc autem tria volumina per totum, desumitur. quod iura digestorũ, quæ in tres partitos, & diuisos libros, constituta sunt, non legerentur, neq; interpretarẽtur, nisi in locis, quibus ad hoc, priuilegiũ antiquitus erat cõcessum, interpretari ea. Statuendo, quod si secus factũ fuisset, contra eos, qui talem prohibitionem non seruarent, denarium librarũ
2 auri, idest viginti librarũ pœna, mulctarentur, iuxta interpretationẽ Accursij in glos. verb. *Denarum*. ex quo tex. desumunt, quod designatio illa Ciuitatum, & locorum facta, demõstrauit, à Principe loca esse designãda. ex hoc
3 Tex. inferunt, quod creatio Vniuersitatum, & in eis faciendi Baccallaureos, Licenciatos, & Doctores, expectat ad Regem, & quod hæc facultas concedendi, creandi, seu erigẽdi Vniuersitates, est de supremis Regalijs notant Scribentes in authen. habita. C. ne filius pro patre. Canoni. in c. 2.
4 de priui. in 6. & alij in Clemen. dudum. §. in studijs verbo *In generalibus*. ff. de sepul. l. Magistratos. C. de profesfo. & Medi. lib. 10. Nata. con. 657. n. 5. vol. 4. est autem sciendum, quod hoc cõsistit in iure ciuili in Medicina, &
5 Philosophia. quia Vniuersitas creata à Rege, solum quo ad gradus, & facultates seculares sustinebitur. quo verò
6 ad gradus in Sacra Theologia, & in iure Canonico, indiget autoritate Pontificia. & sic omnes Vniuersitates Hispaniæ obtinuerũt rescripta, à Romanis Pontificibus vt infra de illis, de quibus plenam habui notitiam, in suis locis referam, constabit. & quod
7 autem à Romano Pontifice sic obtinenda licentia attestatur Faber. in l. 1. num. 7. cum pluribus sequen. C. de Summa Trini. & fide Catoli. & in l. tanta. num. 6. C. de veter. iure enuclea. facit Tex. in c. de quibusdam. nu. 37. distinc. Camil. Borrel. de præst. Reg. Catoli. c. 34. n. 96.
8 Solet autem Rex solo verbo *Creare Doctorem*. dũ tamen (vt supra dictum est) in Regalia Creandi Ciuitates, si ani-

9 [illegible] mi [illegible] ri. [illegible] ita Aug. [illegible] in [illegible] 8. de. dotis [illegible] red. Alu [illegible] quæ [illegible] R [illegible] n. 65 [illegible] superiorit [illegible] R [illegible] diæ, licebat, A b. in [illegible]

10 ex. de præbē. allega. [illegible] Garci [illegible] de Magi. lib. 3. c. 10. n. 89. [illegible] eodem modo, poterit D [illegible] ra su proure

11 Quod autē attinet, ad cr[illegible] Doctores in sacra [illegible] gina & in iureCanonico, indiget vniu [illegible] sitas [illegible] scriptio, ita [illegible] ur Ioā. Faber in l. 1. n. [illegible] cum [illegible] C. de summa Trini. & fid. C. 10. & [illegible] ant. C. de veteri iure

12 [illegible] supra dictū est. ex [illegible] Vniu [illegible] erpinio (quæsita [illegible] in [illegible] ambabus autoritatibus Pōtificia per Clemen. 6. cum suo diplomate. d. 14. Calen. Decēb [illegible] per Nicolaum V. [illegible] 12. Calen. Aug. 144[illegible] per Serenissimu Regē Petrum IIII. Calen. April. 13[illegible]

13 Barcinonensis vero Vniuersitas [illegible] creata, cum Regio priuilegio [illegible] per Serenissimū Regē Ildef [illegible] die 3. Septēb. 1450. & per [illegible] Nicolaum V. cum sua bulla [illegible] dat. Romæ pridie Calen. Octo. 1450. In, & cui quæ Vniuersitati barci [illegible] fuerunt cōcessæ [illegible] grat [illegible] immunitates, præheminentiæ, iurisdictiones, prærogatiuæ, priuilegia, & exemptiones. [illegible]

14 ta Apostolica per summos Pon[illegible] prædecessores suos concessa Vniuersitati Tolosanæ.

15 Oscensis vero Vniuersitas, (in qua biennio ius ciuile sui interpretatus, quo honore, & aplausu retuli in Epistola ad Lectorē, quam inserui in libro

16 meo. ad Titul. ff. de con [illegible] causis, & modis, quæ [illegible] relinquuntur) [illegible] ad [illegible] cipiū attendimus. [illegible]

17 bus Hispaniæ. vt attestatur Franciscus de Ainça in suo libro. *Fundacion, y excellencias de Huesca*. lib. 5. c. 1. *De la Vniuersidad*, cum sequen. qui in primo alle[illegible]

legato c [illegible] p [illegible] tuum d [illegible] fi [illegible] tissimo Antonio Augusti. Arc [illegible] Tarraconen in *lib. de las* [illegible] *dat.* & cæ[illegible] alij infinitis Autoribus. [illegible] is [illegible] ro t[illegible]peribus. Serenissimus Rex Petrus IIII. 12. Martij 13[illegible]4. & Pontifex Paulus II. cum suo Diplomate. dat. Apud Sanctum Petrum anno 14[illegible]4. Ainça d[illegible]to lib 5. c. 4.

19 Salmatina verò Vniuersitas, in qua iuris curriculos audi[illegible] feci hanc continet inscriptionem in [illegible] is maio[illegible] us in pariete continuatam.

Alfonsus VIII. Rex Palletiæ Vniuersitatē erexit. cuius emulatione Alfonsus IX. [illegible] nis Rex, [illegible] lmantica idē Academiam [illegible]. Illa defecit, deficientibus sti[illegible]. Hæc verò in dies floruit. fauente [illegible] ipue Alfonso Rege Decimo.

Ex qua inscriptione apparet Alfonsum IX. Regem, Salmanticæ Vniuersitatē fundasse, q[illegible] re[illegible]uit an. 1188. vi[illegible] ad annum 12[illegible] iuxta scripta per A[illegible]arem [illegible] Ioannis de la Peña in sua Historia.

Li[illegible] ertamē per Vniuersitates creētur Doctores iuxta supra notata. & [illegible] fiat ex Regis facultatē Suprema (salua tamen eius clementia) non poterit Rex facere Doctores homines ill[illegible]atos, & ignaros. iuxta notata per Xa[illegible] in [illegible] lib de offi iudi. & Adm. 2. p. q. 2. à n. 50. asserentē. idem pr[illegible] [illegible] M[illegible]dos. Regu. 13. q. 13. per totā Steph. Gratia. disputa. forē. to. 1. c. 1[illegible]. n. 4 [illegible] eri. in tractā. magni cōs. n. 97. Gratia. c. 186. à n. 87. vbi late de hoc puncto.

SVMMARIVM.

Regalia alienandi bona subiecta fideicommisso propria est Regis Castellæ, n. 1.

Regalia dandi prædictam facultatem à quibus tractetur, n. 2.

Regalia dandi prædictam licētiam quando locum habeat, n. 3.

Cap. 49. De Regalia dandi licentiam alienandi bona subiecta fideicommisso.

1 
ÆC Regalia in hoc Principatu, est incognita, nec vnquã practicari vidi: neq. intellexi, propria est in Regno Castellæ, cum ibi bona maioratus præcipua sint, & inquibus maximè existit, V niuersorum fere patrimonium. Hanc Regaliam quoad suas omnes qualitates tractat Ludouicus a Molina de Hispano. primoge. lib. 4. ca. 3. in princi. verbo inprimis autem. & Iacius lib. 1. cap. 28. n. 28. & lib. 3. c. 3. n. 11. Pelaez ad Mieres, de maio. 4. p. q. 1. a n. 84. Sotomaior controu. quotidianæ de viufruc. tom. 2. c. 28. & tom. 3. c. 28. idem tom. 2. c. 41. n. 193. cum sequen. Sarmien. lib. 1. Selecta. c. 8. n. 9. in quibus locis datur pro constanti, quod potest in
2 Castella Rex ex sua suprema Regalia ad bona maioratus alienanda, dare licentiam, & facultatem amplam, & licitam, cum qualitatibus tamen, & re-
3 quisitis per supra citatos Authores traditis, & relatis, ideo, casu quo eueneerit necessitas alienandi præ dicta bona, fideicommisso perpetuo subiecta, poterit recurri ad præcitatos Authores, pænes quos reperiuntur omnes circunstantiæ declaratæ, & sic, cum quo ad ius Regaliæ situm habeamus hoc principium, quod Rex potest facultatem dare, quo verò ad reliqua, consideranda sunt casus secundum euentum, ideo eo peruento, perlegere poterunt Doctores supradictos, pænes quos inuenietur necessaria ad decisionem.

S V M M A R I V M.

Regalia est habere cortinam. n. 1.
Cortinã vbi solent Reges habere. n. 2.
Cortina qualiter existat, n. 3.
Regalia habendi cortinã declaratur, n. 4.
Regalia est deferre currũ cũ sex equitibus, & cum duobus aurigis discoopertis, n. 5.
Regalia supremæ sunt effixæ ossibus Regis, n. 6.

Cap. 50. De Regalia habendi cortinã; & deferendi sex equos incurru cum duobus aurigis discoopertis.

1 
Astillo Sotom. to. 7. suorũ operũ in fine ca. 41. inter alias Regalias, quas enumerat per tot. caput. est Regalia, qua Serenis. Reges Hispaniæ vtuntur in Eccle-
2 sijs, audiẽdo missã, quæ vulgo dicitur *Del axo de cortina*. Est enim hec obseruãtia, quod paratur quoddam stare ad similitudinẽ lecti, cũ suo auleo, & cor-
3 tinis cuiẽtibus ad quatuor partes, intus verò stat sitiale Regiũ, vbi Rex, & Regina sedẽt, quod ius dictus Sotoma R. galiã appellat, cuã nullibi apud Authores tractatã reperij, & sic cũ extraordi. ẽ, ab eo enarratã inuenerim decreui, fideliter, quę ab eo, circa eã scripta sũt, hic trãscribere. vt apud eos ad quos liber iste peruenerit, quid & quãtũ de ea dictũ sit, relatũ inueniatur

Postquam enim, dicto cap. n. 201. epilogauit Regalias, quæ de iure communi sunt tractatæ, circa mediũ prorumpit cum sequentibus verbis.

4 *Otras muchas, que a los Reyes tocan, y pertenecen priuatiuamente, y no a los señores de vassallos junta el mismo Bouadilla por el discurso de todo aquel capitulo, y omite los mas que hauemos dicho, y exornado supra. Vna ay de q no se acuerda, ni haze mencion ninguno de todos quãtos escriuen que toca, y pertenece a la su-*
5 *prema dignidad, y potestad, y majoria Real del Rey N. Senyor, y no a otro ninguno de todo*

todo el Reyno por gran senyor que sea que es traher coche de seys cavallos, y dos, ò tres cocheros descubiertos. de manera que seria excesso grande, y culpa grave, y delicto de consideracion, y demonstracion, en la pena por el exemplo, que senyor alguno de quantos ay intentasse usurparse esta Regalia, ni usasse della en parte alguna, aunque fuesse fuera de la Corte, en sus tierras Lugares, y Senyorios, y assi està dispuesto con suma razon, y consideracion justa por Pragmatica Real deste Reyno, y siempre se ha guardado, y observado assi, y no se ha visto cosa en contrario, y si se mira, y attiende al origen de los coches, y carroças, y lo que algunas vezes usaron, y guardaron algunos Emperadores en Roma se podra colegir el drecho desta Regalia demas de la costumbre, y observacion general de todos tiempos, & videri poterit Camillus Borcellus de Præstan. Regis Catoli. cap. 19. *y de los coches, y carroças, y su antiguedad,* est videnda. l. 1. C. de honorato. vehiculis lib. 10. y Ioan. Garcia de nobili. glos. 48. §. 2. fol. 380. vbi congessit plura. *Siendo pues esta Regalia, y tambien la de cortina que comunmente se dize assi en la capilla Real, y en otros templos, y partes à donde el Rey nuestro Señor, y los señores Reyes de Castilla han acostumbrado, y acostumbran la cortina assistiendo a los Santos officios, y sermones tan suprema, y grande ningun otro señor puede usar de Regalia tan grande, que seria atroz, y grave excesso, ni adquirirla por costumbre, ni prescripcion aunque fuesse inmemorial, ni vendria en concession general, que se hiziese de Regalias, ni de otra manera alguna, y esto aunque fuesse fuera de la*
6 *Corte, y en lugar proprio, y muy distante de la Corte. quoniam ea quæ ius Regale adeo supremum atingunt & insignum Regiæ Maiestatis, & supremæ potestatis, & Regaliæ Principibus reservata sunt Regiæ ipsi Maiestati, ossibusq. Regum adherent, nulli alij, nullo modo competere possunt nec titulo aliquo, seu titulo adquiri, id quod multis comprobari posset ex his, quæ longa serie ad notarunt, & tradiderunt. Peregri. de iure fisci. lib. 1. titu. 2. n. 75. Ponte de potesta. pro re. titu. de diuer. prouisio. 5. de donatio. ex n 19. Roscen. de fœud. c. 5. conclu. 12. Grego. Lopez didac. Perez Couar. Auenda. a te Auilez Villalobus & alij cum quibus Açeuedius in l. 1. tit. 15. lib. 4. n. 42. & tribus seq. fol. 478. Ioan. Garci. de nobilit. glos. 7. n. 25. & glos. 19. n. 1. Mier. de maior. 4. p. q. 21. n. 79. Ioan. Gutier. Practi. lib. 7. q. 5. de Gabel. n. 16. & sequen. don Franciscus de Alfarus de offi. fiscal. glos. 16. nu. 167. & latius don Garc. Mestril. de Magis. lib. 1. c. 13. 14. 15. & 16. a fol. 47. usque ad 64.*

SVMMARIVM.

Fiscum habere, an sint Regalia, n. 1. 22. & 28.
Fiscus, & Respubblica an sint idem, n. 2.
Fiscus quid sit, n. 3.
Fiscus qualiter dicatur Camera Imperialis, n. 4.
Camera Imperialis quid sit, n. 5. & 7.
Hereditas quid significet, n. 6.
Bona Regia quotuplitia sint, n. 8.
Bona Regia qualiter differant, n. 9.
Bona Regia quandoque reputantur priuata, n. 10.
Bona Regia nominantur substantia priuata, n. 11.
Procurator Cesaris quis dicatur, n. 12.
Bona Regia quæ propria dicantur, n. 13.
Bonorum Regiorum Administrator, qualiter nominabatur, n. 14.
Fisci Procurator quid facere poterat, n. 15.
Fiscus olim qualiter nominabatur, n. 16.
Procurator Fisci quid faciebat, n. 17.
Fiscus idem erat quod custos, n. 18.
Pecunia Regia olim qualiter disponebatur, n. 19.
Ærarium qualiter introductum, n. 20.
Thesaurarius in Catalonia cui officio successit, n. 21.
Habere Fiscum est Regalia, n. 22.
Nominatio Fisci a quo emanat, n. 23.

Cap. 51. De Regalia habendi Fiscum.

1 

Certo casu peruenito in hac Ciuitate Barcinonæ, lite quadam vertente in Regia Audientia, super iuribus Ciuitati competentibus, pro parte Ciuitatis prætensum fuit, se Fiscum habere. cuius occasione fuit opposita exceptio de Fisci defectu, & sic iuris agendi Fiscalis. pro quo dubio dixi. quod habere Fiscum erat de Regalibus. Oppositū fuit non esse. quia non reperiebatur sic dispositū in titulo vnico quæ sint Regalię in vsibus fœudorum. qua exceptione nō obstante, dixi. ius Regale esse habere Fiscum, quod ex sequentibus remanebit clarum.

2 Primo enim cōsideratur, quod Fiscus, & Respubblica inter se differūt. vt communiter scribētes aserunt. cōfirmātes hoc ex tex. in l. si pignus. ff. de cōtra emptio. quod melius apparebit

3 cognita natura ipsius Fisci. & ex amínato

nato prius, quid Fiscus sit Bar. in ru-
bri.C. de iure Fisci lib.10. quem alle-
gat Peregri. de iure Fisci lib.1. titul.1.
nu.2. asserens, Fiscum esse Cameram
Imperialem, quod etiam attestatur
Cardin. in Clementin. nolentes §.
Inquisitoribus num.3. de Hereti. Mie-
res ad constitution. Regis Ildefonsi in
Curia Barcinonæ col.11. cap.2. n.94.
& sequentib. maximè 96. Calicius in
Margarit. fisci cap. 2. per totum. vbi
de significatione Fisci. Est autem hoc
4 sic intelligendum, quod nomine *Ca-
meræ*, non intelligamus locum vbi
domus Regia est constructa, nec lo-
cum vbi Archiuus Regius existit, vbi
5 reseruantur scripturæ. Sed debet hoc
nomen, *Camera* accipi pro persona
ficta personam Fisci representãte. Si-
cuti hoc nomen *Hereditas*. quod sig-
nificat personam defuncti, l. non mi-
nus 31. & ibi glos. verbo *dominum*
ff. de leg. 1. Specula. titu. de loca iuxta
tradita per Deci. in cons. 404. col. 1.
6 & sic *Camera* accipitur. pro persona
quæ gerit vices Principis in bonis,
& Iuribus Regalibus, quæ propriè ad
7 ius Regale pertinent. namque bona
quæ Regis sunt, tanquam non Impe-
rij, hæc tanquam patrimonialia re-
putantur. non verò Regalia, de qui-
bus in titul. C. de fundis rei priuatæ
8 lib. 11. appellantur etiam *substantia
priuata*, vt in l.3. C. de quadri. præs-
crip. & est titulus. C. de fundis patri-
monia. plura de his refert Lucas de
Penna in l. quæcunq. la 2. C. de om-
ni agro. deser.

9 Differũt enim etiã res Principis,
quæ existunt in Regio patrimonio,
ab alijs. quæ licet a Principe possi-
deantur, tamen non considerantur
tanquam Regiæ. veluti Prædia, quæ
ante adeptum Regnum possidebat.
10 quæ res tanquam priuatæ reputaban-
tur. vt notant Doctores in titulo ff.
de offi. Procura. Cæsaris. quæ pro-
prio nomine *substantia priuata* ap-
pellantur C. de fundis rei priuatæ
lib.11. has autem res patrimoniũ Ce-
11 saris appellabant l. apud Iulianũ aliàs
cum seruus §. constat ff. de leg. 1. &
harum Administratorem appellabãt
Procuratorem Cesaris. quod asserere
12 videtur Mier. ad constir. Regis Mar-
tini in Curia Barcinonę col.8. cap.8.
num.24. vbi ait. Item nota quod res
Fisci dicuntur Priuatæ Principis l.1.
§. hoc autem interdictum ff. ne quid
in loco pubblico. idem Thomas Mie-
res ad constitutio. Regis Ildefonsi in
Curia Barcinonę col.11. cap.2. nu.97.
Idem tradit Garcia de Hispanorum
nobilitate. glo.3. in princip. Res verò
13 quæ in patrimonio Regio propriè
existunt, & considerantur de Regio
diademate, sunt illæ, quæ sunt con-
cessæ Princi pi in vsum suũ, pro tui-
tione Imperij, iuxta text. in l. pacta
conuenta §. fin. ff. de contra. emptio.
l. fin. §. fin. ff. qui potio. in pigno. me-
lior. text. in l.2. §. hoc interdictum ff.
ne quid in loco pubblic. & hę dicun-
tur propriæ Fiscales. l. 2. C. de
quadri. præscrip. faciunt tradita per
Lucam de Penna. in l. 1. C. de bonis
vacan. lib.10. l. quęcunque la 2. C. de
omni agro deser. lib.11. col.2. hoc au-
tem ius pubblicum appellatur, licet
sit Fisci. Thomas Miet. ad dictam cõ-
14 stitutio. Regis Marti. cap.8. num. 25.
harum autem rerum Administrato-
rem appellant *Fiscum* iuxta tex. in
dicta l. apud Iulianum. §. constat ff. de
lega. 1. Cinus ibi. in l. procurat C. de
eden. Alexand. cons.6. col.2. num. 4.
Crauet. de antiquit. tempore part.4.
§. absolutus quæst.9. Thomas Mieres
vbi supra num.97.

15 Hic autem Fiscus solum habet ius
ad res tuendas, & defendendas. non
verò habet iurisdictionem ad exa-
ctionem earum, & ad executionem
decernẽdam, nisi ex particulari pri-
uilegio, seu consuetudine particulari
obseruata, solitum esset, iuxta tradita
per

per Bald. in cap. 1. §. ad hæc col. 3. titu.
16 de pace iuramen. firmam. Peregri. de
iure fisci. lib. 1. titul. 1. num. 12. olim
enim Fiscus capere solebat pecuniã,
& fructus Regię dignitati expectan-
tes, ex quo Fiscum nominabaut *Sa-*
17 *crum*, iuxta glos. in l. in prouincijs
verbo *Fiscalis*, C. de numera. lib. 12.
Bart. & communiter Scribentes Bal.
& Salice. in rubri. C. de priui. fisci
Lupus in rubri. ex. de donatio. inter
18 virum & vxor. tradit quod *Fiscus* idẽ
erat *Custos Sacrista* & *Armarium*, quia
à principio mos erat Romanorum,
quod pecunia quæ ex tributis exige-
19 batur, in marsupium, seu bursam in-
mitteretur. Sed si marsupiũ non suf-
ficeret, ad Fiscum duceretur. decurso
verò tempore, fuit institutum æra-
20 rium, ad hoc vt pecunia Regia depo-
neretur. vt docet glos. in dicta l. in
prouintijs verbo *Fiscalis* C. de nu-
21 mera. lib. 12. Huic autem Fisco in Ca-
talonia successit *Regius Thesaurarius*.
Iuxta tradita per Antonium O.ib. de
actio. tom. 1. lib. 3. §. pœnales nu. 88.
22 Fiscum igitur habere, superiorita-
tis ius est. Belluga in Speculo Prin-
cipi. Rubri. 24. §. & primo num. 12.
& per cõsequẽs Regalia. notat Alex.
cons. 31. num. 10. in principi. & ante
eum præcensit, & afferuit Bart. in l. si
vacantia C. de bonis vacan. lib. 10. ex
23 tex. in c. vnico quæ sint Regaliæ. quia
nominatio Fisci ex superiori, & su-
prema potestate emanat, & depẽdet.
Vnde Peregri. de iure Fisci lib. 1. tit. 2.
num. 42. ex mente Bal. in l. hæredi-
tas ff. de hæredi. insti. per tex. in l. 1. &
3. C. de quadri. præscrip. & in l. 1.
num. 14. C. per quas personas nobis
24 adquiritur. dicebat. quod cum Impe-
ratoris potestas esset lata, vbiq. cen-
sebatur, Imperatorem suum Fiscem
habere. Cum igitur Fiscum habere
sit ex suprema potestate, clarum est,
25 summum Pontificem Fiscum in sua
Curia habere. faciunt longa commẽ-
tatione in huius resolutionem tradi-
ta, & ex pluribus Authoribus relatis
per Peregri. de iure Fisci lib. 1. tit. 2.
à principio cum numeris sequentibus.
bus. quod non longa Authorum cor-
roboratione indiget, cum ipsissimũ
26 sit principium, omnem ab eo iuris-
dictionem ad omnes inferiores, tan-
quã à fonte emanasse, & peruenisse.
27 Inde clarum est. Curiam Ecclesiasti-
cam Fiscum habere. vt pluribus rela-
tis afferit Barbosa de offi. & potes.
Episco. allega. 107. tom. 2. nu. 16. con-
firmans ex cap. si quis 17. quæst. 4. ca.
quia diuersitatem. vbi glos. verbo præ-
ter in fine Rubri, & Immola. de con-
cess. præben. Cardina. in Clemen. no-
lentes §. 1. quæst. 3. de Hereti. Couar.
lib. 2. vari. cap. 9. num. 11. Oldrad. con.
302. col. 2. & alij relati. Ex quo plura
licere Episcopis infert dicta allega-
tione 107. per totam. idem attestatur
Marta. de iuris. par. 4. centur. 11. casu
137. n. 33. & licet Peregri. de iure Fisci
lib. 1. titul. 2. n. 104. referat, hoc du-
bium fuisse controuersum, numero
verò 105. circa medium resoluit, com-
munem esse resolutionem. Episcopũ
habere Fiscum.
28 Reges verò Fiscum habere (cum
ius regale sit) indubitati iuris est Bar.
in l. 1. §. de qua re ff. de postulan, &
in l. 1. §. ait Senatus, ff. de petitio hæ-
redi, & in l. quo minus. secunda quęs.
ff. de flumi. & in l. hostes ff. de capti.
& in l. 1. C. ne quis in sua causa. com-
muniter Scribentes. in l. 1. C. de bo-
nis vacan. lib. 11. Alberi. & Pau. in l.
1. C. de indig. Alex. cons. 31. num. 4.
& 5. Curci. Senior. cons. 66. num. 30.
Ruin. cons. 111. nu. 13. Rolan. cons. 29.
29 tom. 3. ex suprema igitur Regalia, &
iurisdictione prouenit habere Fiscũ.
Vnde Barones non dicuntur habere
Fiscum, ex sententia aliquorum, quod
noluit disputare noster Fontanella
tom. 1. deci. 123. num. 18. asserens. quod
liceat non habeant Fiscum, habent

[illegible] aliquod imaginariũ ius, quod [illegible]
[illegible] repræsentat. Sed [illegible] Fiscũ Curiæ
Baronis non [illegible] privilegijs [illegible]
calibus, de quibus [illegible] agent hus
Fisco indeq. Civitas [illegible] olim quan-
do dominũ non recognoscebat Fiscũ
habebat. Cũ vero hodie [illegible] temporibus
30 subiaceat Papæ, iura Fiscalia [illegible]
Bald. consil. 400. & in l. [illegible] col. 2.
C. de fur. [illegible] cap. 1 [illegible] *bona va-*
cantia in titul. quæ sint Regaliæ. Ex
31 his dixi. Civitatem Barcinonæ non
habere Fiscum, cum subiaceat Regi.
hoc enim prætendebatur pro parte
Civitatis in causa, quæ [illegible] in
Regia Audientia inter eam, & arren-
datores nivis. Cum enim arrendamẽ-
tum providẽdi Civitatem nivis, fuis-
set liberatum certo pretio aliquibus,
alij imbidia moti, obtulerunt maius
pretium, liberata iam hacta Fiscali.
prætendendo, quod Civitas habebat
Fiscũ. & sicuti Fiscus ius habet rece-
dendi a prima locatione, quando ei
offertur maius pretium, ita etiam
32 Civitas. eo quod locationes quæ a
Fisco fiunt, etiam in publica subha-
statione, habet tacitam conditionem,
nisi adsit alius, qui meliorem faciat
suam conditionem ex l. [illegible] T [illegible]
27. § fina. ff. ad municip. [illegible] Car-
dina. Mantic. de tacitis & ambiguis
conventio. tom. 1. lib. 1. titul. [illegible] 36.
Peregrin. de iure Fisci lib. 6. titul. 4.
33 num 42. [illegible] Bart. in l. fina. ff.
de iure Fisci in princi. ex quibus ad
rescindendam primam locationem
non expectat deceptionem vltra di-
midiam, sed minorem ex l. si minoris.
C. de iure Fisci & [illegible] glo. [illegible]
in l. 1. ff. de iure Fisci. verbo [illegible]
pretij. faciunt tradita [illegible] Calvo in
Margarita. Fisci cap. 3. [illegible]
34 legit 32. vbi ait. quod [illegible] [illegible]
venditionem [illegible] ex de-
ceptione minori [illegible] dimidia l. [illegible]
eius titius § fina. [illegible] ad municipa. ibi
quia tempora adiectionibus præstituta fo-
lum ad eandem [illegible] [illegible]
[illegible] Aut. [illegible] § [illegible] l.
si tempora, verbis *[illegible]* [illegible]
& iure [illegible] Fiscalis. [illegible] existimat
ex [illegible]. A [illegible] chet sum [illegible] de privile.
credito. l. [illegible] de iure Fisci l. [illegible] 2
C. de venden. rebus Civitatis. glos. in
dicta l. si tempora verbo *Hostis*. Bar.
in dicta l. fina. ff. de iure Fisci Pere-
grin vbi supra. Bovadill. in sua poli-
tic. tom. 2. lib. 3. cap. 4. a num. 20. fa-
ciunt tradita per Amat [illegible] 38. a
nũm. 16. [illegible] practi [illegible] lib. 1.
cap. 8. num. [illegible] verbo *Civitas nullam*
legem habet propriam. Cardin. Man-
tic. de tacit. & ambiguis convertio.
tom. 1. lib. 4. titul. 8. num. 30. & ante
cum Bart. per dictum Mantica alle-
gatus.

35 Deputatio vero huius Principatus
Fiscum habet, [illegible] generalitatis iura
tuetur, & defendit. Nec mirum. quia
in Curijs generalibus cum interven-
tione Regis, & Brachiorum [illegible] hoc
[illegible] [illegible] ex con-
36 stitutione & sub titulo *de observar* [illegible]
[illegible] quæ est Regis [illegible] Mariæ in
Curijs anni 14[illegible]2, in dictis Curijs, cap.
27. in fine in illis verbis *E nes con-*
sentim la dita Cort aprouant que los De-
putats Generals, quod refert & sequi-
tur Mieres [illegible] Regis la-
[illegible] Secũ dl in Curia Barcinonæ 6.
1. de rescrip. & privile. num. 3. Sed
clarius fuit dispositum in cap. 10. cu-
riarum anni 1599. circa iura genera-
litatis Cataloniæ, vbi statuitur quod
[illegible] facta per Deputatos, de
officio Advocati Fiscalis, erat neces-
37 [illegible] & quod confirmaretur, iuxta
formã in dicto capitulo [illegible] pressam, &
sic cum in domo Deputationis adsit
Fiscus ex dispositione constitutionum,
nil mirum [illegible] debet [illegible] in consé-
quentiam ad hoc, vt idem sit dicen-
dum in domo Civitatis, vt dictum est
supra.

38 Est tamen sciendum. quod licet in
Catalo-

Catalonia Fisci Aduocatus habeat
votum tam in ciuilibus, quam in
criminalibus causis. Thomas Mieres
ad constitution. Regis Ferdinandi
in Curia Barcinonæ cola.9. cap. 36.
num.30. idem Mieres ad constitutio-
nes Regis Martini in Curia Barcino-
næ cola.8.in princi. & num. 58. vbi
de recusatione Fisci Aduocati in vo-
tanda causa: & non solum votat in
prima instantia, sed etiam in secũda,
39 Xammar de offic. iudic.2.p.quæst.6.
num. 68. ex quo ei prohibitum est
40 appellare in Catalonia in domo ve-
ro Deputationis non habet votum,
habet tamen interessentiam, quando
causa votatur. & sine eo facta senten-
tia seu prouisio esset nulla. l. ad Fis-
cum C. vbi causæ Fiscales l. final.
C. de Fisci Aduocato. Peregrinus
de iure Fisci lib.7.titul.2. num. 2. &
hoc esse verum attestatur Mieres ad
constitutiones Regis Martini, in Cu-
ria Barcinonæ colum.8.cap. 8. ne li-
41 ceat Fisco appellare a num. 55. refe-
rens in summa, certissimum esse,
quod in omni examine causæ Fisca-
lis, debet Fiscus Interuenire. dicta l.
vlt. C. de Aduocat. Fisci Calicius in
Margarita Fisci dubio 4. verso, *Tertio
quod Aduocatus Fisci*. Mieres vbi su-
pra. hoc enim quod Fisci Aduocatus
habeat interessentiam, ius commune
est. ex iuribus supra allegatis, Mieres
ad constitutiones Reginæ Mariæ co-
la.10.cap.28.num. 82. & quatenus ad
ius nostrum Catalanum pertinet, ex-
42 tat constitutio Regis Martini quæ
est septima in titulo de appellatione
pag. 408. qua disponitur, quod Fisci
Aduocatus sit in consilio, & præstet
suum votum. idem in constitutione
12. titulo *de la electio dels Doctors de
43 la Real Audientia*. refert Berart in
suo libro de visitatione cap.12.nu.11.
& in quantum habet votum, poterit
si suspectus fuerit, recusari tanquam
Iudex. non vero tanquam Fisci Ad-
uocatus. quia vt Fiscus non poterit
recusari. Imo poterit interesse in le-
ctura processus, supplicationes, & ce-
dulas firmare, vt refert don Ludoui-
cus a Peguera tom.2.decis.33.num.1.
licet antiquitus aliter seruaretur,
nempe quod Fisci Aduocatus, vt ta-
lis, si suspectus erat, remouebatur vt
refert Fontanella tom. 1. decis. 30.
44 num.21.

Habet etiam quilibet Fisci Aduo-
catus intra Cataloniam in vnaquaque
que Curia hoc priuilegium, quod pos-
sit recognoscere Inquisitiones, an
sint publicandæ, vel non iuxta con-
stitutionem tertiam sub titulo de
accusationibus quæ est Regis Ferdinan-
di Primi in Curia Barcinonæ anni
45 1413. cap. 28. Incipi. *Volems los no-
stres*, vt insinuant maxime illa verba,
*No sie publicada entro que per lo Ad-
uocat Fiscal de aquella stato* & sic fuit
declaratum per magnificum Michae-
lem Sala, tunc Iudicem Regiæ Cu-
riæ die 12. Augusti 1606. in facto Fis-
ci Procuratoris contra Paulum Bur-
gues Villæ de Terrassa. declarando,
quod non erat publicanda Inquisi-
46 tio dicto Burgues, quin prius fuisset
recognita per Fisci Aduocatum. Si
vero oriretur controuersia inter Iudi-
cem, & Fisci Aduocatum, circa pu-
blicationem Inquisitionis, tunc Iu-
dex fortiter prouidere debet, iuxta
tradita per Mieres ad constitutionem
Regis Ferdinandi in Curia Barcino-
næ cola.9.cap.36. a num.41. ad quem
recurre, ne sint omnia transcribenda
quæ ab eo referuntur. & maxime a
47 num. 68. vbi asserit, quod vbi Fisci
Aduocatus impedire velit, ne Inqui-
sitio publicetur, poterit pars instare
quod publicetur, ne reus sit in sus-
penso, veluti illo, de quo dicitur,
quod habet vnum pedem in mari,
48 alium in terra.

Sed an Curiæ ordinariæ habeant
Fiscum poterat quis dubitare ex su-
pra-

prædictis, cum ius habendi resolu-
tum sit, esse de Regalijs. Tum etiam,
quia data iurisdictione a Rege, li-
cet amplissimè data sit, semper cen-
setur pœnes Regem maiorem, &
ampliorem remanere. iuxta tradi-
ta per Sixtinum de Regalibus capi-
tulo 5. numero 3. Verum facilis
49 erit resolutio, adhibita distinctio-
ne, videlicet. quod si alicui sit data
iurisdictio, cum in consequentiam
censeantur concessa ea omnia, sine
quibus iurisdictio exerceri non po-
test, necessario censebitur conces-
sum, ius habendi Fiscum, qui pos-
sit facere ea, quæ erunt necessaria
ad executionem iurisdictionis con-
50 cessę. & hoc asseuerat Belluga in
Speculo Principum Rubric. 24. §.
& primo. num. 12. & ibi additiones
Camilli Borrelli verbo *Concessione*
& idem significare voluit. Calicius
in Margarita Fisci cap. 2. num. 4.
vbi Barones ex consuetudine Fis-
cum habere attestatur. & hoc idem
insinuare videtur Peregrinus de iu-
re Fisci lib. 1. titul. 2. num. 97. non
verò poterit exercere ea, quæ iura
Regaliæ concernunt. iuxta tradi-
ta per Iacobinum de Santo Geor-
gio in sua inuestitura verbo, *Cum
mero, & mixto Imperio*, à num. 17.
Lucas de Penna in l. 1. col. 7. C. de
priuileg. scola. lib. 12. Alberic. in l. 2.
in fine ff. de officio eius, & in l. Im-
perium num. 53. ff. eodem. Peregri-
51 nus de iure Fisci lib. 1. titulo. 2.
num. 74. & num. 97. circa medium.
concesso enim Castro cum territo-
rio, & iurisdictione meri, & mixti
Imperij, concessa censentur ea om-
nia, quæ veniunt pro exercitio il-
lius necessario l. 2. §. cum vrbem ff.
offici. præfec. vrbis. vbi Bartol. Bald.
& Angel. & Innocen. in cap. ex lit-
teris de iure patronatus Oldradus
cons. 255. Ioannes Andræas ad spe-
52 cula. titul. de iuris omni. iudic. in-
finitos quos allegat Peregrinus di-
cto titul. 2. lib. 1. cons. 92. dummo-
do non sint Regalia. quia in gene-
rali concessione, etiam concessa
facultate habendi Fiscum, non
venirent concessa Regalia. (vt
millies in hoc opere est dictum) &
idem Peregrin. dicto titulo 2. nu. 74.
cum sequentibus, Fisci plura refe-
53 runtur priuilegia à Calicio in Mar-
garita Fisci quem allegat Iulius Cla-
rus quæst. 79. & 80. relati ab Oliba
in dicto §. penales à num. 81. plures
autem Doctores tractantes de Fisci
Aduocati priuilegijs, refert Xam-
mar de offici. iudic. 2. part. quæst. 6.
à num. 21. cum sequentibus pœnes
quem videri poterunt.
54 Sciendum verò est, quod in con-
cursu Fisci Ecclesiæ, & Cesaris, præ-
fertur Fiscus Curiæ Ecclesiasticæ.
Belluga in Speculo Principum Ru-
brica 14. §. nunc videamus num. 25.
& hoc sine dubio, ita procedit. quod
nullo alio fundamento indiget, quam
considerare Sanctam Matrem Eccle-
siam omnium rerum matrem esse,
vt in professione fidei à Sacro Con-
silio Tridentino ordinata legitur.
55 Ne autem Fiscus indefensus re-
maneret, ei fuit abiunctus Aduo-
catus per Imperatorem Adrianum
Primum, vt ex Altia. Spartiano ad
vitam dicti Imperatoris refert Ioan-
nes Garcia de Hispanorum nobili-
tate glos. 3. num. 17. dicens, cæteros
postea subsequentes Imperatores ap-
probasse. diuersas leges ad eum ex-
pectantes decernendo. referens hoc
idem asserere Orosium in Rubrica
56 ff. de offici. Procuratoris Cesaris Af-
flictus in constitutione Regni Cici-
liæ lib. 1. Rubrica 58. est titulus C.
de Aduocat. Fisci & C. de offici. Ad-
uoca. Principi. in C. Fabria. Calicius
in Margarita Fisci cap. 1. a num. 3.
57 Sed vnum ex requisitis est. quod
electio illius fiat de præstatioribus, vt
notat

notat Bald. in l. binos C. de Aduoc.
diuers. Iudic. Peregrinus de Iure Fis-
ci lib. 7. num. 12. quia Fisci Aduo-
catus dignitas est, & inde nomen
clarissimi meretur l. 1. ¶. laudabile
l. restituendæ C. de Aduocat. diuer.
Iuditio & *expectabilis* nominatur §.
verus in authen. de iudici. l. fin. C.
58 de Decurio. plura relata a Peregri-
no dicto titul. 7. num. 15. Vnde ma-
la erit electio facta de iuuene tam
in ætate, quam in omnibus requisi-
tis ad Fisci Aduocati disertam exer-
citationem, & seruitutem, faciunt
tradita per Xammar de offici. iudic.
2. part. cap. 2. num. 39.

59 Licet autem supradictum sit, Ad-
uocatum Fisci amplam habere fa-
cultatem inuestigandi processum, &
inspiciendum, an inquisitio sit pub-
blicanda, vel non, perindeque appa-
reat latissima illius potestas. In cau-
sis verò ciuilibus restricta est in hoc
Principatu. ex constitutione 5. sub
titulo *de offici de Aduocat, y Procura-
dor Fiscal.* quæ est Reginæ Mariæ in
Curijs Barcinonæ anni 1422. quæ
60 incipit *per repos de la cosa publica.* In
qua cauetur: quod Procurator Fis-
calis non possit causam mouere, ni-
si habeat ordinatam, & subscrip-
tam supplicationem ab Aduocato Fis-
cali. Neque ipsum Aduocatum Fis-
calem eam intentare, nisi consultis
prius duobus Doctoribus Regiæ Au-
dientiæ. quam constitutionem inter-
pretatur Thomas Mieres tom. 2. ad
constitutiones Reginæ Mariæ de an-
no 1422. cap. 28. mihi pagina 459.
61 Non defuerunt tamen qui dice-
bant: In Fisci fauorem Iudices esse
veluti tutores Fisci, & sic quod in
causa Fisci poterant Iudices proce-
dere, etiam nemine petente. post
Alexandrum. & Bartol. in l. 2. §. Sena-
tus ff. de iure Fisci quos refert Hi-
poli. de Marsi. in libro suo de Ban-
nitis verbo. *Iudex* num. 68. quod for-
tius dixit Ioannes Garcia de Hispa-
norum de nobilitate glos. 3. num. 29.
vbi asserit. posse, & debere Iudices
edicere. vt Aduocatus Fiscalis videat
acta, & si visum fuerit prouocare
ad iudicium, comprobans suum di-
ctum ex l. 2. C. de delato. lib. 10.
62 in illis verbis: *Quinimo iussu Procu-
ratoris.* qui textus si recte perpenda-
tur, meo Iuditio hoc disponit, quod
pœnam delatoris non sustinet, qui
ex Iudicis præcepto non deferet: non
tamen, quod Iudices debeant ani-
maduertere Fiscum, quid facere de-
beat quia multa circa delatores erant
disposita, vt in iuribus l. deferre l.
63 Fiscus §. delatoris opera l. 2. §. Sena-
tus. & ibi communiter Scribentes.
quæ licet disposita essent circa dela-
tores, non habebant locum quando
delatio iussu Superioris fiebat, ex
dicta l. 2. C. de delato. lib. 10. cum
non voluntarie munus delatoris sus-
cepisse videatur, quid iussu fecit. Pe-
regrinus de iure Fisci lib. 2. tit. 1. vbi
late de delatoribus.

64 Sed nunquid mota causa ad in-
stantiam alicuius, contra alium, in
qua appareat Fiscum habere interes-
se, possit Fiscus se opponere dictæ
causæ sine consultatione duorum
Doctorum Regiæ Audientiæ, & cum
euenisset casus, in causa vertente in
Regia Audientia inter nobilem Guil-
marum de Cruilles, & de Santapau,
& egregios Comites de Montagut
ad relationem magnifici Raymun-
di de Marymon, cui causæ se oppo-
suit Simeon Rafeques Notarius Bar-
cinonæ Fisci Patrimonialis Procu-
rator de Consilio magnifici Christo-
fori Tumaz, non consultis Docto-
ribus Regiæ Audientiæ, fuit valde
conquestum de dictis Aduocato, &
Procuratore Fiscalibus, firmatoque
65 dubio, multis ab vtraque parte alle-
gationibus, & deductionibus factis
per partes, tandem iunctis tribus
Aulis

Aulis die 3. Nouembris 1635. cum esset prætensum, prædictos Fiscales contrafecisse dictæ constitutioni, fuit resolutum, non contrauenisse. quia non mouerunt causam. Sed causa erat iam cepta, & ipsi se opposuerunt. erat Scriba Mandati. dicti dubij. N. Sola Regius Mandati Scriba.

66 Similiter fuit, & alias dubitatum. (cum ex dictis resolutionem habeamus. quod Fiscus non potest supplicare, quia votum habuit in prima instantia) an casu quo, aliqua causa inter aliquos moueretur, in qua Fiscus habet interesse, si disputetur ea in secunda, & tertia instantia, an tunc Fisci Aduocatus possit interuenire, & votum habere. & cum hoc dubium fuisset suscitatum postea die 10. Maij 1600. iunctis tribus Aulis fuit conclusum. quod Fisci Aduocatus Regij patrimonij possit interuenire, & votum habere in causis Iuicionum secundæ, vel tertiæ instantiæ est in libro conclusionum Regiæ Audientiæ de tempore Excelentissimi Don Laurentij Suarez de Figueroa, Locumtenentis Generalis de anno 1600.

67 Fisci Aduocatum non esse de Regio Consilio. expressè attestatur Ferrer 3. par. obseru. cap. 8. ipsumque post omnes Doctores Regiæ Audientiæ sedere debere, licet fuisset creatus

68 Fisci Aduocatus ante alios Doctores Regiæ Audicntiæ, quia semper in ordine præcedentiæ, posterior sedebit Fisci Aduocatus. prout vidi in persona Christofori Funiaz vltimi Fisci

69 Aduocati Patrimonialis. tradit Xammar de offi. Iudi. & Aduo. 2. p. quæst. 6. n. 22. Verum tamen est, quando causa deciditur votat in secundo loco. videlicet inmediate post Relatorem,

70 ex consuetudine, vt attestatur Calici. Marga. Fisci. cap. 1. num. 4. & expertus sui. eo quod iu Baiulia Generali existente Assessore antiquiori Doctore Hieronymo Fontanet, & Tamboni, ipse præcedebat Doctorem Gasparem Iulianum Pexo Fisci Aduocatum, nouiori tamen loco prouisum.

Hæc sunt, quæ circa Regaliarum materiam, summarie referre mihi se obtulerunt. ex quibus percipitur in vna quaque Regalia eius substantia, & vera cognitio, non potui longius protrahere calamum, ne grandius volumen fieret, cum breuitate gaudeant moderni. tum ne grandius fieret volumen, quod mihi animaduertetunt illi, quorum expensis, erat typis mandandum, propter temporis, & monetarum angustias. cum quibus finem impono vtinam sit ad laudem Sanctissimæ Trinitatis eiusdemque Filiæ, Matris, & Sponsæ sub inuocatione Purissimæ, & Inmaculatæ Conceptionis quam æterna ætatæ in Patronam elegi.



INDEX LOCVPLETISSIMVS.

Ætas

Baiulus

Causa

Con-

Criminalis,

Dominus

Excessus

Extractus

Filij

Gratia

Ignorantia

Indignus

Iurisdictionis

Magis

Me-

Moratorias

Neceſsitatis

Palatio

Pœnæ

Piscatio

 Po-

Qualitas

KK Regis

Renuntians

*R*ex

Seruientes

cuius

Vectigalium

Laus Deo, Virginique Mariæ sine labe concepte.







